




Ama scientiam scripturarū & carnis vitia non amabis

Aurelii Augustini opuscula plu
rima: quedam nō plus impssa


VNIV. IAGELL
GRACOVIENSIS

Aurelii augustini hipponensis epi libror et tractatuu in hoc volumine comprehensorum tituli.

Tabula in librum meditationum diui augustini epi hipponensis

a ij

~~Valentinus Corgabius Pleb. Zywiecen.~~
Domus Professae Societatis JESU ad S. Barbaram Cracov. 1657
dono Generalis de Souches

Tabula in librum soliloquiorum diui augustini epī hypponensis.

Tabula in manuale diui augustini episcopi hypponensis de verbo dei q sopita celestis desiderij mēoria renouet.

Tabula capitum in enchyridion diui Augustini episcopi hipponensis ⁊ doctoris eminentissimi.

Tabula

Diui augustini episcopi hipponensis scale paradysi tabula.

Tabula in gradus duodeciꝫ abusionum sancti augustini episcopi hypponensis.

Tabula in librum de vera et falsa penitentia ad christ. deuotam.

Tabula in librum de fide ad petrum.

Tabula in librum de differētia spiritus ꝛ anime.

Tabula in librum de diffinitiōib⁹ orthodoxe fidei ꝛ ecclasticis dogmatib⁹.

Prohemiū in primū librum

de ꝯsensu euāgelistarū:⁊ primo ponit retractationē beati augustini episcopi in retractationē de ꝯsensu euangelistarū:q̄ in suo loco.s.principio primi libri de consensu euangelistarū nō ē posita hic iam ponitur ⁊ incipit sic

Per eosdē ānos quibus paulatiʒ libros de trinitate dictabaʒ scripsi ⁊ alios labore cōtinuo interponens eos illoꝝ tēporibꝰ in quibꝰ sunt libri quattuor de conensu euāgelistarū ꝓpter eos qui tanq̄ dissentientibus calumniātur. Quoꝝ primus liber aduersus eos descriptus est:qui tāq̄ maxime sapientē christum vel honorant:vel honorare se fingunt:ideo nolunt euangelio credere:q꞉ non ab ipso illa ꝯscripta sunt:sed ab eiꝰ discipulis quos existimāt ei diuinitatē qua crederet deꝰ errore tribuisse.in quo libro qd dixi ex abrahā cepisse gentem hebreoꝝ.est quidem ⁊ h̄ credibile vt hebrei q̄si abrahei dicti esse videantur Sʒ ex illo veriꝰ itelligunt̄ appellari q vocabat̄ heber tanq̄ hebrei de quo ⁊ in libro.xvi.de ciuitate dei satis disserui in scđo libro cum agerē de duobꝰ pr̄ibꝰ ioseph ab altero dixi genitū:ab altero adoptatū.Defuncto.n.qd magis credēdū ē ſm legē fuerat adoptatꝰ qm̄ q eū genuit eiꝰ mr̄em fr̄is defuncti ꝯiugē duxerat.Itē ibi dixi.lucas vero ad ipm dauid ꝑ nathan ascendit ꝑ quē ꝓphām deꝰ peccatū illiꝰ expiauit:ꝑ cuius nois ꝓphām dicere debui:ne putaret̄ idem fuisse hō cū alter fuerit ꝯuis ⁊ ipe h̄ vocaret̄.

Tabula in librum secunduʒ

de consensu euangelistarum

¶ Tabula in librum tertiũ de consensu euãgelistarum aurelij augustini hypponẽsis episcopi.

Tabula in librum quartum

de consensu euangelistarum aurelij augustini.

Tabula diui augustini hypponẽsis epi in librũ ꝑmũ de qõnib⁹ euãgeliorum.

Tabula in librūz secundum

de questionibus euangeliorum aurelii Augustini episcopi hypponensis

Tabula diui augustini hypponēsis epi in librū tertiū de q̄onibᵘˢ euāgelioꝝ.

Tabula in librum octuaginta trium questionum beati augustini epi.

uinitus magistrum. Cuius imitatione in mo-
res optimos formaretur nisi tempore senectu
tis. Et adiunxi ad hoc valere quod apostolus
dicit sub lege tanq̃ sub pedagogo paruulos cu
stoditos. Sed potest mouere cur alibi dixeri-
mus: christus in generationis humane sexta
etate tanq̃ in senectute venisse. hoc ergo quod
de iuuentute dictum est. Ad vigorez feruorẽq̃
fidei refertur: que per dilectionem operatur. Il
lud autem de senectute temporum. potest eni
intelligi vtrunq̃ in vniuersitate hominuz: qd
non potest in actibus singulorum. Sicut in cor-
pore non potest simul iuuentus esse ⁊ senectus.
In ipso autem potest illa propter alacritatem.
Ista propter grauitatem Questio.xliiij.

¶ Contra mathematicos Questio.xlv.
De ydeis Questio.xlvj.
Utrum cogitationes nostras aliquando vi
dere possimus vbi glorificata corpora qualia
nos speram⁹ habituros lucidissima atq̃ ethe-
rea esse credendum est. Sed h̄ sine membris q̃
nunc habemus ⁊ sine substantia q̃uis incorru
ptibilis: tamen cum carnis accipiatur erratur
Multo autem melius in opere de ciuitate dei
questio ista tractata est de videndis cogitatio-
nibus nostris Questio.xlvij.

¶ De credibilibus Questio.xlviij.
Quare filij israel sacrificabant visibiliter pe
corum victimas Questio.xlix.

¶ De equalitate filij Questio.l.
De homine facto ad imaginem ⁊ similitudi
nem dei: Ubi quidem dixi: homo sine vita nec
recte appellatur cum dicatur homo. etiam ca
dauer hominis: ergo saltem dicere volui non
proprie dicitur: vbi dixi: nec recte dicitur. Itẽ
dixi neq̃ inscite distinguitur: q̄ aliud sit ima-
go ⁊ similitudo dei. aliud ad imaginem dei: si-
cut hominem factum accepimus: quod nõ ita
intelligendum est quasi non homo dicatur ima
go dei. Cum dicat apostolus: Uir quidem non
debet vetare caput: cum sit imago ⁊ gloria dei
sed dicitur etiam: ad imaginem dei. quod vni-
genitus non dicitur quod tantummodo ima-
go: non ad imaginem Questio.lj.

¶ De eo q̄ dictum est: Penitet me fecisse ho-
minem Questio.lij.

¶ De auro ⁊ argento quod israhelite ab egy-
ptijs acceperunt Questio.liij.

¶ De eo quod scriptum est: Mihi autẽ adhe-
rere deo bonum est. vbi quod dixi: quod autẽ
est omni anima melius esse deum dicim⁹: ma
gis dici debuit oĩo creato spũ meli⁹ Qõ.liiij.

¶ De eo q̄ scriptum est: Quinquaginta sunt ⁊
septuaginta concubine. ⁊ adolescentularũ non
est numerus Questio.lv.

¶ De annis.lxvj. edificati tẽpli Qõ.lvj.
De cẽtũ q̄nq̄ginta trib⁹ piscib⁹ Qõ.lvij.
De ioanne baptista Questio.lviij.
De decem virginibus Questio.lix.
De die autem illo ⁊ hora nemo scit: neq̃ an-
geli celorum: neq̃ filius hominis nisi pater so
lus Questio.lx.

¶ De eo qd scptũ ẽ in euãgelio: Turbas dñm
in monte pauisse. s. q̄nq̃ panib⁹. vbi dixi duos
pisces duas il'as significare psonas regiã. s. ⁊ sa
cerdotalẽ. Ad qd ẽt sacrosancta vnctio illa ptı-
nebat. dicẽdũ poti⁹ fuit maxie ptinebat: q̄ñ vn
ctos aliq̄ñ legim⁹ ⁊ pphetas. Itẽ qd dixi: lucas
q̄ tanq̃ ascẽdẽtẽ post abolitionẽ pctõr sacerdo
tẽ christũ isinuauit. p nathan ascẽdit ad dauid
q̄ nathan ppha missus erat cui⁹ correctiõe da-
uid ipsi⁹ peccati abolitionẽ penitẽdo ipetrauit
Nõ sic accipiẽdũ ẽ tãq̃ ipe fuerit nathan ppha
q̄ fili⁹ dauid: q̄ nec h̄ dc̄m est: q̄ ipe ppha mis
sus erat. sed dc̄m ẽ q̄ nathã ppha missus erat:
vt misteriũ nõ in eodẽ hoie. s̄ in eodem nomi
ne intelligatur Questio.lxj.

¶ De eo qd scptũ ẽ in euãgelio: Q̄ baptizauit
iesus plẽs q̃ ioãnes: q̃uis ipe nõ baptizaret: s̄
discipli ei⁹. vbi qd dixi: latro ille cui dc̄m est a
dño. Amẽ dico tibi: hodie mecũ eris in padiso
Qui nec ipm baptismũ accepit lr̃is iuenim⁹. s̄
quib⁹ documẽtis satis possit ostẽdi q̄ nõ fuerit
baptizat⁹ ille latro ignorãt de q̃ re i posteriori-
bus q̄busdã opuscul' nr̃is diligẽti⁹ disputatũ ẽ
maxie i eo q̄ ad vincentiũ victorẽ de anime ori
gine scripsimus Questio.lxij.

¶ De verbo Questio.lxiij.
De muliere samaritana Questio.lxiiij.
De resurrectione lazari Questio.lxv.
De eo quod scriptũ est: An ignorat̄ fratres
scientibus eni legem loquor: quia lex donat ho
mini inquantũ tẽpus viuit vsq̃ ad eum locuz
Uiuificabit mortalia corpora nostra per inha-
bitantem spiritum eius in nobis. Ubi illud qui
dem ait apostolus: Scim⁹ quia lex spiritualis
est. ego aũt carnalis sum. Exponere volẽs dixi
i. carni consentio mundum spirituali gratia li-
beratuz: Quid non sic accipiendum ẽ quasi spi-
ritualis homo iam sub gratia constitutus etiaz
de seipso non possit dicere ⁊c̄ vsq̃ ad eum locũ
vbi dictum est: Miser ego homo: quis me libe
rabit de corpore mortis hui⁹. Quod postea di
dici sicut iam suz ante confessus. Rursus expo
nens quod ait apostolus: Corpus quidẽ mor-
tuum est. Mortuum est ppter peccatũ. Mor-
tuum corpus dicit: q̃diu est vt indigentia rex
temporalium molestet animã. sed isto melius
mihi postea visum est. Ideo mortuum corpus
dictum: q̄ habeat iam moriendi necessitatem

Liber iam ad lectorem

Barbara qđ ꝓdest vel quid romana trophea
Nosse: quid ethereas solis adire vias:
Quid leges: qđ iura iuuat: quid cũcta tenere:
Si tibi nulla anime cura salutis erit.
Nil facit ex istis ad veram crede salutem.
Nec sapiunt anime noxia verba deo.
Quere igitͬ virtutũ opus: qđ ad ethera ducat.
Quod doceat maneant gaudia quanta pijs.
Ipse ego suꝫ qui te superas comitabor ad arces
Me lege qui rectum dirigo qua sit iter.

Finis tabularum

Do

Med
ponensi
Innoc
te repar



di meo p
lis lachr
gitatem.
carnis et
meus ex
propitius
meus an
benignus
le a me a
tis dulce
lidam fid
tinuaz.
mentis i
scurrilita
uiem:op
num:cur
dinez:po
petitum:
num:con
biliuz:au
phemie
meritate
ociositat
hebetud
tionem:
tiam:con
nem:pau
innocent
az. Circa
miliares
Deus m
filium tu
tis studia
succurren
mestos:r
flebiles
re in me
malis bo



Meditationes diui Augustini episcopi hipponensis.

¶ Inuocatio dei omnipotẽtis ad morum et vite reparationem. Capitulum. i.

DOmine deus meus da cordi meo te desiderare: desiderando querere: querẽdo inuenire: inueniẽdo amare: amando mala mea redimere: redempta nõ iterare. Da domine deus meus cordi meo penitentiam: spiritui contritionẽ: oculis lachrymarum fontẽ: manibus elemosyne largitatem. Rex meus extingue in me desideria carnis et accẽde ignẽ tui amoris. Redemptor meus expelle a me spiritũ superbie: et concede propitius thesaurũ humilitatis tue. Saluator meus amoue a me furorem ire: et indulge mihi benignus scutum patiẽtie. Creator meus euelle a me animi rãcorem: et largire mihi mitis mẽtis dulcedinẽ. Da clemẽtissime pater mihi solidam fidem: spem congruam: charitatem continuam. Rector meus auerte a me vanitatem: mentis inconstantiam: cordis vagationẽ: oris scurrilitatem: oculorum elationẽ: ventris ingluuiem: opprobria proximorum: scelera detractionum: curiositatis pruriginem: diuitiarum cupidinem: potentatuum rapinam: inanis glorie appetitum: hypocrisis malum: adulationis venenum: contemptum inopum: oppressionem debilium: auaritie ardorem: inuidie rubiginẽ: blasphemie mortem. Reseca in me factor meus temeritatem iniquam: pertinaciã: inquietudinẽ: ociositatem: somnolentiam: pigritiam: mentis hebetudinem: cordis cecitatem: sensus obstinationem: morum truculentiam: boni inobedientiam: consilij repugnantiam: lingue effrenationem: pauperum predã: impotentum violentiam: innocentum calumniam: subditorum negligentiam. Circa domesticos seueritatem: aduersus familiares impietatem: erga proximos duritiam. Deus meus misericordia mea oro per dilectũ filium tuum da mihi misericordie opera: pietatis studia: compati afflictis: cõsulere erroneis: succurrere miseris: subuenire egenis: cõsolari mestos: releuare oppressos: pauperes recreare: flebiles refouere: dimittere debitoribus: parcere in me peccãtibus: odientes me diligere: pro malis bona reddere: neminẽ despicere sed honorare: bonos imitari: malos cauere: virtutes amplecti: vicia reijcere: in aduersis patientiã: in prosperis continentiam: custodiam oris: et hostium circunstantie labijs meis: terrena calcare: celestia sitire.

Hominis accusatio et commendatio misericordie diuine. ¶ Capitulũ. ij.

ECce plasmator meus multa rogaui cũ nec pauca promerui. Fateor heu fateor: non solum que postulo non debentur dona: sed multa et inexquisita supplicia. Animant tamen me publicani: meretrices et latrones: qui a faucibus hostis momentanee erepti: finibus excipiuntur pastoris. Tu enim factor omnium deus licet in cunctis operibus tuis sis mirabilis mirabilior tamen crederis esse in operibus pietatis. Unde de temetipso per quendam tuum seruum dixisti. Miserationes eius super omnia opera eius. Et quasi de singulo loquentem de vniuerso populo tuo te dixisse confidimus: misericordiam autem meam non dispergam ab eo. Nullum enim spernis: neminẽ abijcis: neminẽ perhorrescis: nisi forte qui amẽs te exhorruerit. Ergo modo iratus non percutis. sed te irritantibus dona si quieuerint tribuis. Deus meus cornu salutis mee et susceptor meus: ego infelix: ego te irritaui: ego malum coram te feci: furorem tuum prouocaui: iram promerui: peccaui et passus es: deliqui et adhuc sustines. Si peniteo parcis: si reuertor suscipis: insuper dum differo prestolaris. Reuocas errantem: inuitas repugnantem: expectas torpentem: amplexaris redeuntem. Doces ignorantem: merentem mulces: a ruina suscitas: post lapsum reparas: petenti largiris. querenti inueniris: pulsanti aperis. Ecce domine deus salutis mee quid opponam nescio: quomodo respondeam ignoro: nullum abs te confugium: nullum a te patet latibulum: ostendisti mihi bene viuendi viam: et gradiendi scientiam dedisti: minatus es mihi gehennã: et pollicitus es mihi paradisi gloriam. Nunc pater misericordiarum: et deus totius consolationis cõfige timore tuo carnes meas: quatenus que minaris metuendo euadam: et redde mihi leticiam salutaris tui. vt que spõdes diligẽdo percipiam. Fortitudo mea domine: firmamentum meum: deus meus: refugium meum et liberator meus. Suggere quid de te cogitem: doce quibus te sermonibus inuocem: da quibus operibus tibi placeã: scio nanque scio vnũ quo

tū placaris ⁊ aliud qđ nō ſpernis. Eſt vtiq̄ꝫ ti
bi ſpiritus ꝯtribulatus ſacrificiuꝫ: ⁊ acceptas
coꝛ ꝯtritū ⁊ humiliatū. His me deus meus ad
iutoꝛ meus dita muneribus. his ꝯ inimicum
muni ꝓtectiōibus: hoc de flāmis vicioꝝ p̄ſta
refrigeriū. hoc āt deſiderioꝝ paſſionibus pan
de piū refugiuꝫ. Fac dn̄e vtus ſalutis mee ne
ſim de nūero eoꝝ q ad tp̄s credūt ⁊ in tp̄e ten-
tatōis recedūt. Obūbꝛa caput meū in die bel
li: ſpes mea in die afflictōis. ⁊ ſalus in tp̄e tri-
bulatōis. En dn̄e illumiatio mea ⁊ ſalus mea
rogaui qbus egeo: intimaui q̄ timeo: ſꝫ remoꝛ
det ꝯſcia: rep̄hēdūt me coꝛdis ſecreta. ⁊ qđ a-
moꝛ miſtrat: timoꝛ diſſipat: zelus icitat: metꝰ
increpat. Acta mea foꝛmidinē: ſꝫ tua igerit pie
tas fidutiā: tua hoꝛtat̄ benignitas: mea tardat
malignitas. Et vt verius fatear occurrūt me-
moꝛie fantaſmata vicioꝝ q̄ reuerberāt auda-
ciā p̄ſumentium animoꝝ.

¶ Hominis ꝯqueſtio qui ꝓpter inobedientiā
a dn̄o non auditur. ¶ Cap. iij.

QUm enim quis odio dignus ſit: qua frōte
gratiam requirit: cui pe-
na debetur qua temerita-
te gloꝛiam depoſcit: laceſ
ſit iudicem: q poſtpoſita
ſatiſfactōe delicti q̄rit p̄mijs honoꝛari: regi in
ſultat obnoxius ſupplicio q donari flagitat in-
debito bꝛauio: ⁊ dulcē affectū patris ſtultus ex
acerbat filius: q poſt illatas ꝯtūelias aī penitu
dinē hereditatis vſurpat celſitudinem. Quid
mi pater me geſſiſſe recolo: merui moꝛtē ⁊ pe
to vitam. Commoui regem meum: cuius im
pudens inuoco p̄ſidiuꝫ. Contempſi iudicem
quē temere poſtulo adiutoꝛē. Inſolens renui
audire patrē quē demū p̄ſumo habere tutoꝛē.
Heu mihi q̄ꝫ ſero venio: heu heu q̄ꝫ tarde fe-
ſtino: heu me q: curro poſt vulnera dedignās
incolumis p̄cauere iacula. Neglexi ꝓſpicere
tela: mō vo ſolicitoꝛ de moꝛte vicina: vulne-
ra vulneribus inflixi: q: ſcelera ſceleribus ad-
dere nō timui. Recenti cicatrices labe reſpſi
q: p̄ſca flagicia modernis iniq̄tatibus recipꝛo
caui: ⁊ q̄ diuina ſolidauerat medicina: mea re
ſoluit pꝛurigo phꝛenetica. Cutis que ſuperdu
cta vulneribus moꝛbum celauerat: ſanie erū
pente putruit: q: iterata iniq̄tas ꝯceſſam mi-
ſericoꝛdiam exinaniuit. Noui q̄ppe ſcriptum
in q̄cunq̄ꝫ hoꝛa iuſtus peccauerit omnes iuſti-
cie eius obliuiſcent̄. Si iuſticia abolet̄ iuſti ru
entis q̄ꝫto magis penitentia peccatoꝛis in id

ip̄m reuertentis. Quotiens canis redij ad vo
mitum: ⁊ quaſi ſus repetij volutabꝛ: Fateoꝛ
quia nihil recoꝛdari ē impoſſibile. Quot moꝛ-
talium ignoꝛantes peccare docui volentes de
linquere p̄ſuaſi: reſiſtentes coegi: volentibus
ꝯſenſi. Quot ſane gradientibus laqueum in-
duxi: viam q̄rentibus foueam retexi: vt patra
re non hoꝛrerem. obliuiſci non metui. Sed tu
iuſtus iudex ſignās peccata quaſi in ſacculo ob
ſeruaſti omnes ſemitas meas: ⁊ cunctos greſ-
ſus meos dinumeraſti: tacuiſti ſemper ſiluiſti
patiens fuiſti. Ue mihi demum loqueris qua
ſi parturiens.

¶ Judicis timoꝛ. ¶ Cap. iiij

DEus deoꝝ dn̄e pꝛe ſtabilis ſup malicia. Noui q: ma
nifeſtus venies: noui quia non ſp
ſilebis: cum in ꝯſpectu tuo ignis
exardeſcet: ⁊ in circuitu tuo tēpeſtas valida
ingruerit cum aduocaueris celum deſuper: ⁊
terram diſcernere populum tuum. Et ecce co
ram tot milibus populoꝝ nudabunt̄ omnes
iniquitates mee. tot agminibus angeloꝝ pate-
bunt vniuerſa ſcelera mea: non ſolum actuū:
ſed etiam cogitationum ſimulq̄ꝫ locutionum
Tot iudicibus inops aſtabo: quot me p̄ceſſe-
runt in ope bono. tot arguentibus confundar:
quot mihi p̄buerunt bene viuendi exempla.
tot conuincar teſtibus: quot me monuerunt ꝓ
ficuis ſermonibus: ſeq̄ꝫ imitandos iuſtis dede
runt actionibus. Domine mi non ſuppetit qđ
dicam: non occurrit quid reſpondeam. Et cū
iā interſim ſeuo illi diſcrimini: toꝛquet me cō-
ſcientia: cruciant coꝛdis arcana: coartat auari
cia: accuſat ſuperbia: conſumit inuidia: inflam
mat concupiſcentia: infeſtat luxuria: dehone-
ſtat gula: ebꝛietas confutat: detractio lacerat:
ambitio ſupplantat: rapacitas obiurgat: diſ-
coꝛdia diſſipat: ira perturbat: leuitas diſſol-
uit: toꝛpoꝛ oppꝛimit: hypocriſis fallit: adula-
tio frangit: fauoꝛ attollit: calumnia pungit. Ec
ce liberatoꝛ meus de gentibus iracundis: ec-
ce cum quibus vixi a die natiuitatis mee: qui
bus ⁊ ſtudui: quibus ⁊ fidem ſeruaui. Ipa me
que dilexeram ſtudia damnant: que laudaue-
ram vituperant. Hi ſunt quibus acquieui a-
mici: quibus parui magiſtri: ⁊ quibus ſeruiui:
domini conſules quibus credidi: ciues quibus
cohabitaui: domeſtici quibus conſenſi. Heu
mihi rex meus: ⁊ deus meus: quia incolatus
meus ꝓlongatus eſt. Ue mihi illumiatio mea
quia habitaui cum habitantibus cedar. Et

cum dauid sanctus dixerit multum: quanto magis ego infelix dicere possum: nimis incola fuit anima mea firmamẽtum meum deus: non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Spes mea non est in filijs hominum. Quem si remota pietate iudicaueris iustum inuenies: ⁊ nisi preueneris miserando impium: non est quid glorificet pium. Credo nanq̧ salus mea quod audiui: quoniam benignitas tua ad penitentiam me adducit: tui oris mihi sonuerunt nectarea labia. Nemo potest venire ad me: nisi pater meus qui misit me traxerit eum. Enimuero quia me instruxisti tanquam propicius instructione formasti: totis medullis cordis: toto nisu mẽtis: te omnipotens pater cum dilectissimo filio tuo teq̧ dulcissima proles cum serenissimo inuoco paraclyto. trahe me quatenus post te curram in odorem vnguẽtorum tuorum dulciter.

Inuocat pater p filium. Cap. v.

INuoco te deus meus: inuoco te: quia prope es omnibus inuocantibus te in veritate. Tu eniz veritas es doce me quẽso per clementiam tuam: sancta veritas doce me inuocare in veritate: quia hoc fieri quomodo oporteat nescio. sed a te doceri beata veritas humiliter imploro. Abs te eniz sapere est dissipere. te vero nosse est perfecte scire. Erudi me diuina sapientia: ⁊ doce me legem tuam. Credo nanq̧ quẽm tu erudieris beatus erit: ⁊ de lege tua docueris eum. Desidero inuocare te: quod queso fiat in veritate. Quid est in veritate inuocare veritatem: nisi in filio patrem: Ergo sancte pater sermo tuus veritas est: principiumq̧ verborum tuorum veritas. Hoc quippe est verborum tuorum principium: quod in principio erat verbum. In ipso principio te summum adoro principium. In ipso veritatis verbo te perfecta inuoco veritas: in quo ipsa eadem veritas dirigas me in veritate ⁊ doceas. Quid enim est dulcius q̄ genitorem in nomine vnigeniti inuocare: patrem in recordatione filij ad pietatem inflectere: regem charissime sobolis denominatione mitigare: Sic enim solent rei carceribus eripi: sic commancipati vinculis liberari: sic tristem accipientes sententiam capitis: non solum absolui: sed insuper nancisci insolitam gratiam: dummodo iratis principibus dilecte prolis intimauerint charitatem. Sic delinquentes seruuli euadunt supplicia dominorum: dum pro eis interuenit dulcedo filiorum. Sic te omnipotens pater per omnipotentis filij charitatem postulo: educ de carcere ad confitendum nomini tuo animam meam: libera me a vinculis peccatorum: per coeternum flagito vnicum tibi natum: meq̧ cui propria merita letalem minantur sententiam preciosissime ad dexteram tuam consedentis prolis interpellatione restaura placatus ad vitam. Quem enim alium dirigam intercessorem tibi nescio nisi hunc qui est propiciatio pro peccatis nostris: qui sedet ad dexteram tuam interpellans pro nobis. Ecce aduocatus meus apud te deum patrem. Ecce pontifex summus qui non alieno eget expiari sanguine: quia proprio refulget perfusus cruore. Ecce hostia sancta bene placens ⁊ perfecta in odorem suauitatis oblata ⁊ accepta. Ecce agnus sine macula: qui coram se tondentibus obmutuit: qui alapis cesus sputis illitus: opprobrijs affectus: os suum non aperuit: en qui peccatum non fecit: peccata nostra pertulit: ⁊ languores nostros suo liuore sanauit.

Hic representat homo patri passionem filij. Capitulum. vi.

ASpice pater pie pijssimum filium p me tam impia passum. Respice clementissime rex quis patitur: ⁊ reminiscere begninus pro quo patitur. Nonne hic est mi domine innocens ille: quem vt seruum redimeres filium tradidisti. Nunquid non auctor vite hic est qui vt ouis ad occisionẽ ductus: tibiq̧ vsq̧ ad mortem obediens factus: atrocissime non timuit necis genus subire: Recole totius salutis dispensator: quia hic est ipse quem ⁊ si ex tua virtute genuisti: mee tamen infirmitatis participem fieri voluisti. Uere hec est tua deitas: que meam induit naturam: crucis ascendit patibulum: que in assumpta carne triste tulit supplicium. Reduc domine deus meus oculos tue maiestatis super opus ineffabilis pietatis. Intuere dulcem natum toto corpore extensum. Cerne manus innoxias pio manantes sanguine: ⁊ remitte placatus scelera q̄ patrarunt manus mee. Cōsidera inerme latus

crudeli perfossum cuspide: ⁊ renoua me sacro fonte quem inde credo fluxisse. Uide immaculata vestigia que non steterunt in via peccatorum: sed semper ambulauerunt in lege tua diris confixa clauis: ⁊ perfice gressus meos in semitis tuis: ⁊ fac me odio habere benignus omnes vias iniquitatis: viam iniquitatis amoue a me: ⁊ fac me propitius viam veritatis eligere. Oro te rex sanctorum per hūc sanctum sanctorum: per hunc redemptorem meū fac me currere viam mandatoꝝ tuorum vt ei valeam spiritu vniri qui mea non horruit carne vestiri. Nunquid non attendis pie pater adolescentis filij charissimi caput niuea ceruice deflexa preciosissimam resolutum in mortē. Aspice mitissime conditor dilecte sobolis humanitatem: ⁊ miserere super infirmi plasmatis debilitatē. Candet nudatum pectus: rubet cruentum latus: tensa arēt viscera: decora languent lumina: regia pallent ora: procera rigent brachia: crura pendent marmorea: rigat terebratos pedes beati sanguinis vnda. Specta gloriose genitor gratissime prolis lacerata mēbra: ⁊ memorare benignus que mea est substātia: conspicare dei hominis penā: ⁊ relaxa cōditi hominis miseriā. Vide redemptoris suppliciū: ⁊ redempti dimitte delictum. Hic est domine mi quē propter peccata populi tui ꝑcussisti: licet ipse sit dilectus in quo tibi bñ placuisti: hic est ille nocens in quo dolus non est inuentus: ⁊ tamen inter iniquos deputatus est.

Hic recognoscit homo se causam esse passionis. Capitulum. vij.

Quid commisisti dulcissime puer vt sic iudicareris. Quid commisisti amantissime iuuenis vt adeo tractareris. Quod scelus tuum: que noxa tua: que causa mortis: q̃ occasio tue damnationis. Ego enim sum tui plaga doloris: tue culpa occisionis. Ego tue mortis meritum: tue vindicte flagitiuꝫ. Ego tue passionis liuor: tui cruciatus labor. O mirabilis censure conditio: ⁊ ineffabilis mysterij dispositio. Peccat iniquus ⁊ punitur iust⁹: delinquit reus ⁊ vapulat innocens: offendit impius ⁊ damnatur pius: quod meretur malus patitur bonus: quod perpetrat seruus exoluit dominus: quod committit homo sustinet deus. Quo nate dei quò tua descendit humilitas. Quo tua flagrauit charitas. quo processit pietas: quo excreuit benignitas: quo tuus attigit amor: quo peruenit compassio. Ego enim inique egi: tu pena mulctaris. Ego facinus admisi: tu vltione plecteris: ego crimē edidi: tu torture subijceris: ego superbiui: tu humiliaris. ego tumui: tu attenuaris: ego inobediens extiti: tu obediens scelus inobediētie luis: ego gule parui: tu inedia afficieris: me ad illicitā rapuit concupiscentia arborem: te perfecta charitas duxit ad crucem: ego presumpsi vetitum tu subisti eculeum: ego delector cibo: tu laboras patibulo: ego fruor delitijs: tu laniaris clauis: ego pomi dulcedinē: tu fellis gustas amaritudinē: mihi ridens congaudet eua: tibi plorās cōpatitur maria: ecce rex glorie: ecce mea impietas: ⁊ tua claret pietas. En mea iniusticia ⁊ tua liquet iusticia. Quid rex meus ⁊ deus meus: quid retribuam tibi pro omnibus que retribuisti mihi? Non enim inueniri potest in corde hominis quod condigne talibus referatur premijs. Nunquid sagacitas machinari potest humana cui comparetur miseratio diuina. Nec est creature moliri officium quo iuste creatoris recompenset presidium. Est autem nate dei in hac tua admirabili dispensatione: est cui fragilitas mea in aliquo suppetit si tua visitatione compuncta mens carneꝫ suaꝫ crucifigat cum vicijs ⁊ concupiscentijs. ⁊ hoc cū a te conceditur quasi iam tibi incipit compati q꞉ ⁊ tu pro pctō meo dignatus es mori. Sicq꞉ per interioris hominis victoriam te duce armabitur ad exteriorem palmam: quatenus deuicta persecutione spirituali non vereatur pro amore tuo subijci gladio materiali. Ita exiguitas cōditionis si tue complaceat pietati magnitudini valebit respondere creatoris. Et hec celestis medicina bone iesu: hoc tui antidotū amoris. Oro te per antiquas misericordias tuas: infunde vulneribus meis quo reiecta viperee contagionis bile reintegret me incolumitati pristine. quo gustatum tue nectar suauitatis faciat me illecebrosa mundi toto affectu despicere: ⁊ nulla eius aduersa pro te formidare memorq꞉ perpetue nobilitatis semper fastidiam ventos huius transitorij tumoris. Nihil queso sine te mihi dulcescat: nihil complaceat: nil preciosuꝫ: nil preter te mihi arrideat speciosum: vilescant obsecro abs te mihi omnia sordeant vniuersa. Quod tibi aduersum est sit mihi molestum: ⁊ tuum beneplacituꝫ mihi indeficiens desiderium. Tedeat me gaudere sine te: ⁊ delectet cōtristari pro te. Sit mihi nomen tuum refocillatio: ⁊ memoria tua consolatio: fiant mihi lachryme mee panes die ac nocte inuestigando iustificationes tuas. sit bo

num mihi lex oris tui super milia auri ⁊ argẽ-
ti. Sit obedire tibi mihi amabile ⁊ resistere ti
bi execrabile. Rogo te spes mea per omnes
pietates tuas vt propicieris impietatibꝰ me
is. Adaperi aures meas mandatis tuis: ⁊ ne
declines flagito per nomen sanctum tuum in
verba malicie cor meum ad excusandas excu
sationes in peccatis. Peto etiam per admira
bilem humilitatem tuam ne veniat mihi pes
supbie: ⁊ manus peccatoris non moueat me.
¶ Hic exponit homo deo patri passionem fi-
lij in suam reconciliationẽ. ¶ Cap. viij.

Ecce omnipotens deus pater domini mei dispo-
ne benignus: queso miserearis
mei: quoniam quicquid preci-
osius inueni deuote obtuli: q̃
quid charius repperi suppliciter presentaui.
Nihil mihi reliqui quin tue exposuerim ma-
iestati nihil iam superest quod adiciam: quia
totam tibi delegaui spem meam. ¶ Direxi tibi
aduocatum meum dilectum filium tuum: mi
si gloriosam progeniem inter me ⁊ te mediatorẽ
misi in quam intercessorem per quem confido
veniam: misi verbum qꝫ pro meis dixi missum
factis: ⁊ numeraui tibi sanctissime sobolis pas
sionem quam pro me credo fuisse perpessam.
Credo a te missam deitatem: meam suscepisse
humanitatem: in qua dignum duxit alapas: vi
cula: sputa: irrisiones perferre: necnon crucem
clauos telumqꝫ suscipere. Hanc olim infantie
vagitibus demolitam pueritie pannis constri
ctam: iuuentutis sudoribus vexatam: ieiunijs
maceratam: vigilijs afflictam: itineribus fes
sam: postea affectam flagris: laceratam suppli
cijs: deputatam cum mortuis: dotatam glo-
ria resurrectionis: celorum gaudio induxit: ⁊ i
dextram tue celsitudinis collocauit. Hec pla-
catio mea ⁊ propiciatio tua. Hic attende pius
quem genueris filium: ⁊ quem redemeris ser
uum. Hic aspice factorem: ⁊ ne despicias fa-
cturam. Amplectere serenum pastorem: ⁊ re
spice misericors allatam proprijs humeris
ouem. Hic est fidelissimus pastor ille qui du-
dum errabundam per abrupta montium: per
precipitia vallium: multis varijsqꝫ quesierat
laboribus. Quicqꝫ iam morienti: iam per lõga
exilia deficienti: tamen inuicte: gaudens se sup
posuit: ⁊ miro sibi annisu charitatis annexã de
confusionis abisso leuauit: pijsqꝫ astrictam cõ-
plexibus ad nonagintanouem vnam q̃ perie
rat reportauit. Ecce domine mi rex deus om-
nipotens: ecce pastor bonus: refert tibi quod
commisisti ei. Suscepit te disponente ad sal-
uandum hominem: quem tibi restituit omni
labe immunem. Ecce tuum tibi charissimus
natus plasma reconciliauit quod a te procul d
uiauit. En gregi tuo pastor mitis reformat: qđ
predo violentus abegerat. Reddit tuis con-
spectibus seruũ quem sua fecerat conscientia
fugitiuum: vt qui per se meruit penam: per fa
ctionem huius mereatur veniam. Quicqꝫ pro
culpis sperabat gehennam tanto duce iam con
fidat reuocari ad patriam. ¶ Potui per me te
sancte pater offendere. sed non valui per me
placare. Factus est adiutor meus deus meus
tuus dilectus filius: meam participans huma
nitatem vt curaret infirmitatem: quatenꝰ vn
de causa emerserat offensionis: inde tibi immo
laret sacrificium laudis: meqꝫ per hoc redderet
tue pietati placabilem. quo sedens ad dexte-
ram tuam semper mee substantie se ostenderet
esse consortem. Ecce spes mea: ecce tota fidu
cia mea. Si me pro mea vt dignum est despi
cis iniquitate: respice me saltem misericors
pro dilecte sobolis charitate. ¶ Attende in filio
quo propicieris seruo: vide carnis sacramen
tum: ⁊ remitte carnis reatum: quotiens bea-
te prolis tibi patent vulnera: delitescant obse
cro scelera mea. Quotiens rubet p̃ciosus pio
de latere sanguis: diluatur obsecro labes mee
pollutionis. Et qꝫ caro te lacessiuit ad iram: ca
ro te flectat imploro ad misericordiã: vt sicut
me caro seduxit ad culpam: caro deducat ad ve
niam. Multum namqꝫ est quod mea meretur
impietas: longe autem maius: quod redem-
ptoris mei reposcit iure pietas. Magna enim
est mea iniusticia: satis vero maior redempto
ris iusticia. Quanto namqꝫ est superior deꝰ ho-
mine: tanto mea malicia est inferior eius bo-
nitate: in qualitate ⁊ quantitate. Quid enim de
liquit homo: quod non redemerit filius dei fa
ctus homo? Que tanta superbia tumeret: quã
non tanta humilitas sterneret. Quodnam tan-
tum mortis imperium: quod nati dei non de
strueret crucis supplicium? Mirum deꝰ me-
us si equa lãce delicta peccantis hominis ⁊ re
dimentis gratia librentur auctoris: non tan-
tum oriens ab occidente seu inferior separat
infernus a summo celi cardine. Iam lucis op
time creator: iam culpis ignosce meis: pro di-
lecti filij tui laboribus immensis. Iam eius que
so pietati mea impietas. eius modestie mea ꝑ
uersitas: ⁊ mansuetudini donetur ferocitas.
iam sua humilitas meam superbiam: patien-

tia impatientiam: benignitas duriciam: obe-
dientia inobedientiam: tranquillitas inquietu
dinem: dulcedo amaritudinem: suauitas iraz:
charitas lucrifaciat crudelitatem.

De inuocatione spiritussancti. Cap. ix.

O Jam diuini amor
numinis: patris omnipotētis
prolisqꝫ beatissime sancta com
municatio omnipotens para-
clite spiritus: merentium con-
solator clementissime: iam cordis mei penetra
libus potenti illabere virtute: ⁊ tenebrosa q̄-
que laris neglecti latibula corrusci luminis ful
gore pius habitator letifica: tuiqꝫ roris abun-
dantia longo ariditatis marcentia squalore vi
sitando fecunda. Saucia interioris hominis
arcana tui amoris iaculo: ⁊ torpentis medul-
las iecoris flammis salutaribus penetrando
inccende: sanctiqꝫ feruoris igne illustrando in
tima mentis ⁊ corporis vniuersa depasce: po
ta me torrente voluptatis tue: vt nil iam mū-
danorum degustare libeat venenate dulcedi-
nis. Judica me domine ⁊ discerne causaz me
am de gente non sancta doce me facere volū
tatem tuam: quia deus meus es tu. Credo er-
go quemcunqꝫ inhabitaueris patris ac pari-
ter filij domicilium condis. Beatus qui te me
rebitur hospitari: quoniam per te pater ⁊ filius
apud eum faciunt mansionem. Ueni iam ve
ni benignissime dolentis anime consolator: ꝓ
tegens in opportunitatibus in tribulatione ad
iutor. Ueni mundator scelerum: curator vul-
nerum. Ueni fortitudo fragilium: releuator la
bentium: veni humilium doctor: superboꝝ
destructor. Ueni orphanorum pius pater: vi-
duarum dulcis iudex. Ueni spes pauperum:
refocillator deficientium. Ueni nauigantium
sidus naufragij portus. Ueni omnium viuenti
um singulare decus: morientium vnica salus.
Ueni sanctissime spūs: veni ⁊ miserere mei:
apta me tibi: ⁊ cōdescende propitius mihi: vt
mea tue magnitudini exiguitas: roborīqꝫ tuo
mea imbecillitas secundum multitudinez tua
rum complaceat miserationum: per iesum chri
stum saluatorem meum: qui cum patre in tui
vnitate viuit ⁊ regnat in secula seculoꝝ. amē.

Oratio serui dei de se humiliter sentientis.
Capitulum. x.

S Cio domine scio et
fateor: quia non sum dignus
quem tu diligas: sed certe tu nō
es indignus quem ego diligam. Indignus qui
dem sum tibi seruire: sed tu non es indignus
seruitio creature tue: da ergo mihi domine vn
de tu es dignus: ⁊ ego ero dignus vnde sum
idignus. Fac me quomodo vis a peccatis ces
sare: vt quomodo debeo possiz tibi seruire.
Concede mihi sic custodire ⁊ regere ⁊ finire vi
tam meam: vt in pace dormiam: ⁊ in te requi
escam. Presta mihi in finem vt me excipiat
somnus cum requie: requies cum securitate:
securitas in eternitate. Amen.

Oratio ad sanctam trinitatem.

T E deum patrem ingenitum: te filiū
vnigenitum: te spiritum sanctum
paraclitum: sanctam ⁊ indiuiduam
trinitatem toto corde ⁊ ore confite-
mur laudamus atqꝫ benedicimus: tibi gloria
in secula seculoꝝ. Amen.

Confessio omnipotentis dei ⁊ maiestatis
eiusdem. Capitulū. xj.

O Summa trinitas
virtus vna ⁊ indiscreta maie-
stas: deus noster deus omnipo
tens confiteor tibi ego vltimus
seruorum tuorum: ⁊ exiguum
membrum ecclesie tue. confiteor tibi ⁊ honori
fico te debito sacrificio laudis: pro scire ⁊ posse
quod mihi tantillo donare dignatus es. Et qꝛ
exteriora mihi munera desunt que possint of-
ferre: ea que in me sunt vota laudatiōis ex do
no misericordie tue: ecce libens atqꝫ ouans of
fero tibi: de fide non ficta ⁊ conscientia pura.
Credo igitur te toto corde rex celi ⁊ terre do-
mine: ⁊ ore te confiteor patrem ⁊ filium ⁊ spi-
rituz sanctum in personis trinum: ⁊ in substan
tia vnum verum deum omnipotentem: vni-
us simplicis incorporee inuisibilis ⁊ incircun
scripte nature. nil in te maius aut inferius ha-
bentem: sed per omnem modum sine deformi
tate perfectum sine quantitate magnum. sine
qualitate bonum: sine tempore sempiternum
sine morte vitam: sine infirmitate fortem: sine
mendacio verum: sine situ vbiqꝫ p̄ntem: sine
loco vbiqꝫ totum: sine extensione omnia im-
plentem: sine contradictione vbiqꝫ occurren-
tem: sine motu omnia transcendentem: sine
statu intra omnia manentem: sine indigentia
omnia creantem. sine labore omnia regentem
sine tui initio omnibus initia dantez: sine tui
mutatione omnia mutabilia facientem: i ma
gnitudine infinitum: in virtute omnipotentē
in bonitate summum: in sapientia inestimabi-

lem:in consilijs terribilem:in iudicijs iustum:
in cogitationibus secretissimum:in verbis ve
racem:in operibus sanctum:in misericordijs
copiosum:erga delinquentes patientissimū:
erga penitentes pijssimum: semper idipsum
eternum ac sempiternum:immortalem atq;
incommutabilem:quem nec spacia dilatant:
nec breuitas locorum angustat:nec receptacu
la vlla coartant:nec voluntas variat:nec ne
cessitudo corrumpit:nec mesta perturbāt:nec
leta demulcent. Cui nec obliuio tollit: nec me
moria reddit:nec preterita transeunt: nec fu
tura succedunt. Cui nec origo initium:nec tem
pora incrementum:nec casus finem dabit:
sed ante secula ⁊ in seculis ⁊ per secula in eter
nū viuis:⁊ est tibi perennis laus ⁊ eterna glo
ria:summa potestas ⁊ singularis honor perpe
tuum regnum ⁊ sine fine imperium per infini
ta ⁊ idefessa ⁊ imortalia secula seculoꝝ. Amē.

¶ Qualiter generi humano dignatus est sub
uenire deus pater ⁊ de verbi incarnatione: ⁊
gratiarū actione. ¶ Cap. xij.

Hucusq; omnipo
tens deus cordis mei inspec
tor ⁊ scrutator:confessus sū om
nipotentiam maiestatis tue: ⁊
maiestatem omnipotentie tue:
nunc autem qualiter humano generi subueni
re dignatus es in fine seculorū. sicut corde cre
do ad iusticiam:ita ore coram te confiteor ad
salutem. Tu quidem deus pater solus nunq̄
legeris missus:de filio autē tuo ita scribit apo
stolus. Cum autem venit plenitudo temporis
misit deus filium suum. Cum dicit misit: sa
tis ostendit:quia in hunc mundum missus ad
uenit:cum de beata maria semper virgine na
tus:verus ⁊ perfectus homo in carne appa
ruit. Sed quid est quod de illo ille euangeli
starū precipuus ait in mundo erat ⁊ mundus
per ipsū factus est? Illuc vero missus est per
humanitatem vbi semper fuit ⁊ est per diuini
tatem. Quam videlicet missionem opus esse
totius sancte trinitatis toto corde credo ⁊ ore
confiteor. Quomodo autem nos amasti pater
sancte ⁊ bone:quantum nos dilexisti pie condi
tor:qui etiā proprio filio non pepercisti:sed p
nobis impijs tradidisti illum. subditus tibi
ille fuit vsq; ad mortem:mortem autem cru
cis:tollens cyrographum peccatorum nostro
rum:⁊ affigens illud cruci:crucifixit peccatum
⁊ occidit mortem. vnus ille inter mortuos li
ber:potestatem habens ponendi animam suā
pro nobis ⁊ iterum sumendi eam pro nobis.
Igitur victor ⁊ victima. ⁊ ideo victor q2 vi
ctima pro nobis tibi sacerdos ⁊ sacrificium. ⁊
ideo sacerdos quia sacrificium. Merito mi
hi spes valida in illo est:quia sanabis omnes
languores meos per eū qui sedet ad dexterā
tuam:⁊ interpellat pro nobis. Langores quip
pe mei domine magni sunt ⁊ multi:multi sunt
⁊ magni. habet enī multa in me princeps mū
di huius:scio ⁊ fateor:sed rogo te libera me per
sedentē ad dexterā tuā redemptorē nostrū
in quo nihil sui mali potuit inuenire. Per ip̄m
me iustifica qui peccatum non fecit:nec inuent᷒
est dolus in ore eius:per ipsum caput nostrum
in quo nulla est macula libera membrum eius
licet exiguū ⁊ infirmū:libera queso me a pec
catis:vicijs:culpis:⁊ negligentijs meis. Re
ple me tuis sanctis virtutibus:⁊ fac me bonis
pollere moribus: fac me in sanctis operibus
tuis propter nomen sanctum tuū perseuerare
vsq; in finē ſm tuā voluntatem.

¶ De fiducia quā habere debet aīa in domino
iesu atq; eius passione. ¶ Cap. xiij.

Desperare vtiq; po
tuissem propter nimia peccata
mea ⁊ infinitas negligētias me
as nisi verbū tuū deus caro fie
ret ⁊ habitaret in nobis. Sz de
sperare iam non audeo: q2 cū inimici essemus
reconciliati sumus per mortē filij tui: q̄nto ma
gis reconciliati salui facti sumus per eū. Ois
nanq; spes ⁊ totius fiducie certitudo mihi est i
precioso sanguine eius:qui effusus est propter
nos ⁊ ꝓpter salutē nostrā. In ipso respiro:⁊ in
ipso ꝯfisus ad te peruenire desidero:non habēs
meā iusticiā sed eā que est ex filio tuo dn̄o nr̄o
iesu xp̄o. Vn̄ clemētissime ⁊ benignissime ama
tor hominū deus:qui p iesū xp̄m filiū tuū dn̄ū
nr̄m:cū perditi fuissemus culpa nostra mirabi
liter liberasti ⁊ recuperasti nos. gratias ago pi
etati tue:⁊ multas tibi laudes refero ex totis
precordijs meis qui propter tuam inenarrabi
lē dilectionē qua nos miseros ⁊ indignos mira
bili bonitate amare dignatus es:misisti eundē
vnigenitum tuum de sinu tuo ad publicum no
strum:saluare nos peccatores tuos filios per
ditionis. Gratias ago tibi pro sancta incarna
tione ⁊ natiuitate eius: ⁊ pro gloriosa genitri
ce sua: de qua ipse carnem assumere dignatus est
propter nos: ⁊ propter nostram salutem: vt si
cut deus verus de deo:ita verus homo ex ho
mine esset. Gratias tibi ago pro passione ⁊

cruce eius: p morte & resurrectõe eius: p ascẽsione eius in celũ: & sede maiestatis eius ad dexterã tuã. Ipse eni quadragesimo die post resurrectionẽ suã ascẽdẽs vidẽtibus discipulis sup oẽs celos sedẽsqz ad dexterã tuã: spiritũ sanctũ ẽm pmissionẽ suã in filios adoptionis effudit. Gratias tibi ago p sacratissima illa effusione pciosi sanguinis eius quo sumus redẽpti simꝰ & p sacrosancto & viuifico mysterio corpis & sanguinis eius: quo quottidie in ecclesia tua pascimur & potamur: abluimur & sanctificamur: & vnius summe diuinitatis pticipes efficimur. Gratias tibi ago pro tua mira & inenarrabili charitate q̃ nos indignos sic amasti & saluasti p vnicũ & dilectũ filiũ tuũ. Sic eniz dilexisti mũdum vt vnigenituz tuũ dares: vt omnis qui credit in eũ non pereat: sed habeat vitam eternam. Hec est autem vita eterna: vt cognoscamus te verũ deũ. & quẽ misisti iesum xp̃m per fidem rectam & condigna fidei opera.

De immensa charitate patris eterni ad genus humanum. Capitulum. xiiij.

O Immensa pietas: o inestimabilis charitas: vt liberares seruũ filiuz tradidisti. Deus factus ẽ hõ: vt pditus hõ de potestate demonũ erueret. Quã benignissimus amator hominũ filius tuus deus noster cuius pijs visceribus nõ satis visum est vt se inclinaret: factus homo de virgine maria nisi etiã subiret crucis suppliciũ effuso sanguine pter nos & ppter nostrã salutez. Venit pius deus: venit p pietate & bonitate sua. venit querere & saluũ facere quod perierat. Quesiuit ouẽ pditã: quesiuit & inuenit: & humeris suis reportauit ad caulas gregis. Pius & vere multum pius. O charitas: o pietas qs audiuit talia: qs sup tanta misericordie viscera nõ obstupescat quis nõ miretur: quis nõ colletetur ppter nimiam charitatẽ tuã qua nos dilexisti: misisti filium tuũ in similitudinẽ carnis peccati. vt de peccato dãnaret peccatũ. vt nos efficeremur iusticia tua in ip̃o. Ipse eni verus est agnus immaculatus q abstulit peccata mundi: q mortẽ nostrã moriendo destruxit: & vitã resurgendo reparauit. Sed qd tibi retribuere possumus deus noster p tãtis bñficijs misericordie tue quas laudes quasue gratiarũ actiones: Etiam si illa beatorũ angelorũ scientia & potentia nobis foret: nihil tñ dignum tante pietati & bonitati tue recõpensare valeremus. Si certe omnia mẽbra nostra vterentur in linguas ad rependendum tibi debitas laudes nequaq̃ sufficeret exiguitas nostra. Supereminet eni omnem scientiam tua inestimabilis charitas: quam ostendisti nobis indignis bonitate & pietate tua. Filius nanqz tuus deus noster nõ angelos sed semen abrae apprehendit: assimilatus nobis p omnia absqz peccato: humanam itaqz nõ angelicã suscipiens naturam: & eã stola sancte resurrectionis & immortalitatis glorificans vexit sup oẽs celos: sup omẽs choros angelorũ: super cherubin & seraphin: collocãs ad dexterã tuã. hanc autem laudant angeli: adorant dominationes: & omnes virtutes celorũ tremunt sup se hominẽ deum. Hec nẽpe mihi tota est spes & omnisqz fiducia. Est enim in ip̃o iesu xp̃o dñõ nostro vniuscuiusqz nostrum portio caro & sanguis. Ubi ergo portio mea regnat: ibi me regnare credo. Ubi caro mea glorificatˀ ibi gloriosuz me esse cognosco. Ubi sanguis meus dominatur: ibi dominari me sentio. Quãuis peccator sim: d hac communione gratie non diffido. Et si peccata mea phibẽt substantia mea requirit. Et si delicta mea me excludunt: nature cõmunio non repellit. Nõ enim tam immitis est deus vt obliuiscatˀ hominis & non meminerit ipius quẽ ipe gestat. & quem mei causa suscepit: eius quẽ mei causa requirit. Mitis vero & valde benignus est dñs deus noster: & diligit carnem suam: membra sua & viscera sua. in ip̃o deo & domino nostro iesu xp̃o dulcissimo benignissimo atqz clementissimo: in quo resurreximus & iaz celos ascendimus: & iam in celestibus cõsedemus. Caro nostra nos diligit. Habemus autẽ sanguinis nostri p̃rogatiuam in ip̃o. Sumus autem membra eius: & caro eius: ipe deniqz est caput nostrum ex quo totum corpus sicut scriptum est. Os ex ossibus meis: & caro de carne mea. & erunt duo in carne vna. Et nemo vnq̃ carnem suam odio habet: sed fouet & diligit eã. Mysteriũ hoc magnũ est ego dico in xp̃o & in ecclesia. Ait apostolus.

De duplici xp̃i natura qui p nobis miseretur & p nobis interpellat. Cap. xv

GRatias itaqz ago tibi labijs & corde: & omni qua valeo virtute: infinite misericordie tue domine deus noster: p omnibus miserationibus tuis quibus mirabiliter nobis perditis subuenire dignatus es. per eundem filium tuum: saluatorem & recuperatorem nostrum. qui mortuus est ppter peccata nostra: & resur-

rexit ꝓpter iustificationem nostram: ⁊ nũc vi-
uens sine fine sedet ad dexteram tuam: ⁊ iter-
pellat ꝓ nobis: ⁊ simul tecum miseretur. quia
deus est ex te patre coeternus ⁊ ꝯsubstantialis
tibi ꝑ omnia. vnde potest in ꝑpetuũ nos sal-
uare. Sed ſm id quod homo est ex qua parte
minor te est. data est ei omnis potestas in ce-
lo ⁊ in terra vt innomine iesu omne genu fle-
ctatur: celestium terrestrium ⁊ infernoꝝ: ⁊ om
nis lingua ꝯfiteatur: quia dominus noster Je-
sus xp̃s in gloria est dei patris. Deus pr̃ om-
nipotens: ip̃e quidem constitutus est a te iu-
dex viuorum ⁊ mortuorum. tu vero non iudi
cas quenq̃ʒ sed om e iudicium tuum dedisti
filio tuo: in cuius pectore reconditi sunt omẽs
thesauri sapientie ⁊ scientie dei. Jp̃e autem te
stis ⁊ iudex est: iudex ⁊ testis quem nulla pecca
trix conscientia effugere poterit. Omnia eniʒ
nuda ⁊ aperta sunt ei. Jp̃e sane qui iniuste iu-
dicatus est iudicabit orbem terre in equitate ⁊
populos in iusticia. Benedico ergo nomẽ san
ctum tuum in eternum ⁊ glorifico ex toto cor
de meo omnipotens ⁊ misericors domine: ꝑ
illa inenarrabili ⁊ mirabili coniunctiõe diui
nitatis ⁊ humanitatis in vnitate persone: vt
non alter deus: alter homo esset: sed vnꝰ idẽ-
q̃ʒ deus ⁊ homo: homo ⁊ deus. Sed lʒ mira-
bili dignatione verbum caro factum sit: neu-
tra tamen ex duabus naturis in aliam mutata
est substantiam: trinitatis mysterio quarta nõ
est addita persona: vnita quippe est non cõfu-
sa verbi dei hominisq̃ʒ substantia: vt in deuʒ
quod ex nobis susceptum fuerat ꝑueniret: ⁊ il-
lud quod nunq̃ʒ fuerat idem quod semper fue
rat ꝑmaneret. O admirabile mysteriũ. O in
enarrabile cõmercium: o mira semperq̃ʒ mi-
randa: semperq̃ʒ amanda diuine ꝓpiciatõnis
benignitas: serui digni non fuimus: ⁊ ecce filij
dei facti sumus: heredes quidem dei: cohere
des autẽ xp̃i. Unde hoc nobis: ⁊ quis nos ad
hoc ꝑduxit? Sed rogo te clementissime pater
deus ꝑ hanc inestimabilem pietatem bonita
tem ⁊ charitatem tuam. vt dignos nos faci-
as multis ⁊ magnis ꝓmissionibus eiusdeʒ fi-
lij tui domini nostri iesu xp̃i. Manda virtuti
tue ⁊ cõfirma hoc quod operatus es in nobis
ꝑfice quod cepisti vt ad plenam tue pietatis
gratiam mereamur ꝑuenire. Fac nos ꝑ spiri-
tum sanctum intelligere ⁊ mereri ⁊ debito sꝑ
honore venerari hoc magnũʒ pietatis myste
rium quod manifestatũ est in carne: apparuit
angelis: p̃dicatũ est gentibus: creditũ ẽ in mun
do: assumptũ est in gloria.

De gratia quaʒ debet homo deo ꝓ bñficio
redemptõis. Capitulum. xvj.

O Quantum sumus ti
bi debitores dñe deus noster. tan
to redempti p̃cio: tanto saluati do
no. ⁊ tã glorioso adiuti beneficio:
q̃tum a nobis miseris es timendus amãdus
bñdicendus laudandus honorandus ⁊ glorifi
candus: qui nos sic amasti. sic saluasti. sic sanc-
tificasti. sic sublimasti. Tibi nempe debemus
omne quod possumus: omne quod viuimus:
omne quod sapimus. Sed quis habet quicq̃ʒ
nõ tuum. Tu domine deus noster: a quo bona
cuncta ꝓcedunt: ꝓpter te ⁊ nomen sanctũ tuũ
da nobis de bonis tuis. vt de bonis ac datis
tuis seruiamus tibi: ⁊ in veritate placeamus:
atq̃ʒ debitas quottidie, laudes rependamus
tibi ꝓ tantis beneficijs misericordie tue. Nõ
enim aliunde possumus tibi seruire neq̃ʒ place
re nisi de tuo munere. Omne enim datum op
timum: ⁊ omne donũm perfectum desursum
est descendens a patre luminum: apud quem
nõ est transmutatio nec vicissitudinis obum
bratio. Domine deus noster: deus pie: deus
bone: deus omnipotens: deus ineffabilis ⁊ in
circumscripte nature: deus institutor omniuʒ
rerum: ⁊ domini nostri iesu xp̃i pater. qui eun-
dem dilectum filium tuum dominum nostrũ
dulcissimum misisti de sinu tuo ad publicum
ꝓficuum nostrum suscipere vitam nostraʒ vt
nobis donaret suam: essetq̃ʒ perfectus deus
ex te patre: ⁊ perfectus homo ex matre: totus
deus ⁊ totus homo: vnus idemq̃ʒ xp̃s. Eter-
nus ⁊ temporalis: immortalis ⁊ mortalis: cre
ator ⁊ creatus: fortis ⁊ infirmus. victor ⁊ vi-
ctus. nutritor ⁊ nutritus. pastor ⁊ ouis. tempo
raliter mortuus ⁊ tecum viuens in eternum.
suis dilectoribus vite municipium promit-
tens dedit ⁊ nobis dixit. Quodcunq̃ʒ petieri-
tis patrem in nomine meo dabit vobis. Per
ip̃m summum sacerdotem ⁊ verum pontificẽ
⁊ bonum pastorem qui se tibi obtulit in sacrifi
cium: ponens animam suam ꝓ grege suo te ro
go ꝑ ip̃m qui sedet ad dexterã tuaʒ ⁊ interpel-
lat ꝓ nobis redẽptorẽ ⁊ aduocatũ nostrũ. pieta
ti ⁊ bonitati tue supplicio clemẽtissime ⁊ amã
tissime ⁊ benignissime amator hominũ deus:
des mihi cũ eodẽ filio tuo ⁊ spũ sancto. te in oĩ
bus bñdicere ⁊ glificare: cũ multa cordis cõ-
tritõe ⁊ lachrymaꝝ fonte: cũ multa reuerẽtia ⁊
tremore. Quia quoꝝ vna ẽ substãtia. vnũ ẽ ⁊
datum. Sed quoniam corpus qd̃ corrumpit

aggrauat animam. excita queso torporē meuȝ
tuis stimulis. ⁊ fac me strennue pseuerare in p̄
ceptis ⁊ laudibus tuis die ac nocte. Tribue vt
concaleat cor meum intra me: ⁊ in meditatio
ne meā exardescat ignis. Et quia ip̄e tuus v-
nicus natus dixit. nemo venit ad me nisi pa-
ter qui misit me traxerit euȝ. ⁊ nemo venit ad
patrem nisi per me: obsecro ⁊ suppliciter ro-
go trahe me semper ad ip̄m. vt ip̄e me tandē
perducat ad te illuc vbi ip̄e est in dextera tua
sedens. Ubi est sempiterna vita: sempiterne
beata. vbi est amor perfectus ⁊ timor nullus
vbi est dies eternus: ⁊ vnus omnium spiri-
tus: vbi summa ⁊ certa securitas ⁊ secura trā
quillitas: ⁊ tranquilla iocunditas ⁊ iocunda fe
licitas. ⁊ felix eternitas: ⁊ eterna beatitudo: ⁊
beata tui sine fine visio ⁊ laudatio. Ubi tu cū
illo ⁊ ille tecum in communione sancti spiri-
tus eternaliter ac sempiternaliter viuis ⁊ re-
gnas deus per oīa secula seculoꝝ. Amē.

¶ Oratio deuotissima ad christum.

¶ Capitulum. xvij.

Spes mea christe de
us: hominum tu dulcis amator:
lux via vita salus: ⁊ decus omne
tuorum. omnia pro quoꝝ volui-
sti ferre salute. carnem vincula. crucem vul-
nus. mortemqȝ sepulturam. post tres inde di-
es deuicta morte resurgens. discipulis visus
nutantia corda reformans: luce quaterdena
celoꝝ summa petisti. viuis in eternū nūc ⁊ ꝑ se
cula regnās. Tu es deus meus viuus ⁊ verus
pater meus sanctus: dn̄s meus pius: rex meꝰ
magnus: pastor meus bonus: magister meus
vnus: adiutor meus optimꝰ: dilectꝰ meꝰ pul-
cherrimus: panis meus viuus: sacerdos meꝰ
ineternū: dux meus ad patriā: lux mea vera:
dulcedo mea sancta: via mea recta: sapientia
mea p̄clara: simplicitas mea pura: concordia
mea pacifica: custodia mea tuta: portio mea
bōa: salus mea sempiterna: misericordia mea
magna: patiētia mea robustissima: victima mea
imaculata: redēptio mea sancta: spes mea fir-
ma: charitas mea ꝑfecta: resurrectio mea ve-
ra: vita mea eterna: exultatio ⁊ visio mea be-
atissima ⁊ sine fine māsura. Te dep̄cor suppli
co ⁊ rogo vt ꝑ te ābulē: ad te ꝑueniā: in te rege
scā: q es via veritas ⁊ vita: sine q̄ nemo ve-
nit ad patrē. Te eīn desidero dulcissimū ⁊ pul
cherrimū dn̄m. o splēdor p̄rne glorie: q sedes
suꝑ cherubin ⁊ itueris abissos: lumē veridicū
lumē illuminās: lumē indeficiēs: in quē deside-
rāt angeli ꝓspicere. Ecce cor meū corā te ē: dis
cute tenebras eius vt amoris tui claritate ple
nius ꝑfundat. Da mihi deus meus te: redde
mihi te: en amo te: ⁊ si paꝝ ē amē validius.
Nō possuȝ metiri vt sciā q̄ȝtū desit mihi amo
ris tui: ad id quod satis ē vt currat vita mea i
amplexus tuos: nec auertat donec abscondat
in abscōdito vultus tui. Hoc tū scio: quia ma-
le mihi est p̄ter te dn̄e: nō solū extra me: sed in
meip̄o. Ois eīn copia que deus meus non est
egestas mihi est. Bonum nāqȝ quod neqȝ in
melius: neqȝ in deterius commutari potest:
tu solus es: qui simpliciter solus es: cui non ē
aliud viuere ⁊ beate viuere: quia tua beatitu-
do tu es. Creatura vero tua: cui est aliud viue
re ⁊ aliud beate viuere. Omne quod viuit ⁊
beate viuit: non debet nisi gratie tue attribue
re. Et ideo nos egemus tui non tu nostri: qr si
omnino non essemus nihil tibi deesset ad bo-
num quod tu es. Tibi itaqȝ domio deo nostro
semper adherere necesse habemus: vt per cō-
tinuum auxilium tuum sancte ⁊ pie ⁊ recte vi
uere valeamus: pondere siquidem fragilita-
tis nostre deorsum trahimur. dono autem tuo
accendimur ⁊ sursum ferimur. inardescimus
⁊ imus: ascendimus: ascensiones in corde faci
mus: ⁊ cantamus canticum graduū: igne tuo
bono inardescimus ⁊ imus: quo iam sursum
imus: ad pacem hierusalem: quoniam iocun-
datus sum in his que dicta sunt mihi: in domū
domini ibimus. Illic collocauit nos volūtas
bona: vt nihil velimus aliud q̄ȝ permanere il
lic in eternum. Sed quia dum sumus in cor-
pore peregrinamur a te domine. Nō habemꝰ
hic ciuitatem manentem: sed futuram inqui-
rimus. Noster municipatus in celis est. Ido
duce gratia tua ingredior in cubile cordis mei
⁊ canto tibi amatoria rex meus ⁊ deus meus
gemens inenarrabiles gemitus in loco pere-
grinationis mee. Ubi cantabiles mihi facte
sunt iustificationes tue. Et recordans hierusa
lem extendo in eam sensum cordis: hierusalē
patriam meam: hierusalem matrem meam
teqȝ super eam regnatorem: illustratorem: pa-
trem: tutorem: patronum: rectorem: pastorē.
castas ⁊ fortes delitias: solidum gaudiuȝ ⁊ om
nia bona ineffabilia: simul omnia: quia vnuȝ
summum ⁊ verum bonum: ⁊ non auertar do-
nec in eius pacem matris charissime vbi sunt
primitie spiritus mei colligas totum qđ sum
a dispsione ⁊ deformitate hac: ⁊ ꝯformes atqȝ
confirmes in eternum deus meus misericor-
dia mea.

Hic distinguit inter sapiētiam que domus dei est: ⁊ sapientiā q̄ diuina ē. Cap. xviij.

Hec domus tua deus non terrena: neq₃ vlla mole corpo rea creata est: sed particeps eterni tatis tue: quia sine labe manet ineternum: statuisti eam in seculum seculi: p̄ceptum posuisti ⁊ non preteribit. Non tamen tibi deo coeterna: quia non sine initio facta est. prior quippe omnium creata est sapientia. nō itaq₃ illa sapientia patri deo plane coeterna ⁊ coequalis: per quam creata sunt omnia ⁊ i quo principio factum est celum ⁊ terra: sed profecto sapientia spiritualis nostra scilicet que cō templatione luminis lumen dicitur: ⁊ ipsa q̄uis creata sapientia. Sed quantum distat int lumen illuminans ⁊ lumen quod illuminat. tantū differt inter te summam sapientiam q̄ est creans: ⁊ ista q̄ creata ē. Et sicut int iusticiā iustificantē: q̄ tu deus noster es: ⁊ iusticiā q̄ iustificatōe nr̄a facta ē. Nā ⁊ nos sumus dicti iusticia dei pr̄is in te filio eius dn̄o nr̄o, testante ap̄lo ⁊ dicēte. Quia p̄or omniū creata ē quedā sapiētia: mēs rōnalis ⁊ intellectualis: caste. s. ciuitatis tue mr̄is nr̄e q̄ sursum ē ⁊ libera ē ⁊ eterna in celis. Quibus celis: Nisi qui te laudāt celi celoꝝ: q₃ hoc est celū celi dn̄o. Et si nō inuenimus tp̄s ante illā que creaturā tp̄is an̄cedit: q₃ p̄or omniū creata ē: ante illā tamē es tu deus eternus creator omniū: a quo ē ipsius creature eternitas. a quo facta sumpsit exordium: q̄uis non tp̄is: quia nōdum erat tp̄s ipiꝰ tū ɔditōis sue: vn̄ ita ē abs te dn̄o deo nr̄o. vt aliud sit plane q̄ tu: l₃ nec an̄ illā nec in illa inueniamus tp̄s. Est eni̇̄ idonea faciē tuā sp̄ videre: nec vsp̄iā d̄flectit ab ea. quo fit vt nulla mutatōe variet. Inest tn̄ ipi mutabilitas q̄ tenebresceret ⁊ frigesceret. nisi amore grādi cohe rēs tibi tāq₃ sup meridiē luceret ⁊ ferueret ex te. Deniq₃ tā casto amore coheret tibi deo vero ⁊ vere eterno: vt q̄uis tibi nō sit coeterna. p̄ nullius tn̄ tp̄is varietates ⁊ vicissitudines a te resoluat ⁊ defluat: s₃ in tui solius verissima ɔtēplatōe regescat. Qm̄ tu deus diligēti te q̄tū p̄cipis ondis te: ⁊ sufficit ei. Vn̄ nō declinat a te nec a se: s₃ sp̄ in eodē statu manet: te indesinēter vidēdo: te indeficiēter amādo: verū lumē ⁊ castum amorē. O beata ista ⁊ sublimis creatura creaturarum. maxime beata in herendo semper beatitudini tue. felix ⁊ nimium felix te sempiterno inhabitatore atq₃ illustratore suo. Nec inuenio quid licētius appellandum existimemus celū celi dn̄o q̄ domum tuā ɔtemplantē delectatōe₃ tuā sine defectu ⁊ absq₃ affectu egrediēdi in aliud mentē puram ɔcordissime vnam: stabilimentū pacis beatorum spirituum: in celestibus sunt ista celestia. Vn̄ intelligat aīa cuius peregrinatio lōginq̄ facta ē si iā sit tibi. si iam facte sint ei lachryme sue panes sui: si iā petat vnam: ⁊ hanc requirat: vt inhabitet in domo tua p̄ oēs dies vite sue. Et que vita eius nisi tu? Et qui dies sui: nisi eternitas tua? Sicut anni tui qui non deficiēt. Hic ergo intelligat anima q̄ pōt q̄ longe sup oīa tp̄a sis eternus: qn̄ domus tua q̄ peregrinata nō est. q̄uis tibi nō sit coeterna. indesinenter tamen ⁊ indeficienter coherendo tibi nullā tp̄is patitur varietatem: te q₃ semper p̄seuerantissima castitate hauriens mutabilitatem suam nusq̄ : ⁊ nunq̄ exierit ex te sibi presente ad quem toto affectu se tenēs nō hn̄s futuꝝ quod expectet. nec in p̄teritū transiēs qđ meminerit. p̄ nullas vices variatur. ⁊ in nulla tp̄a extenditur.

Hic orat domo vt ipsa quoq₃ domus dei oret pro eo. Capitulum. xix.

O Domus dei luminosa ⁊ speciosa dilexi decorē tuum. ⁊ locum habitationis glorie domini dei mei possessoris ⁊ fabricatoris tui. tibi suspiret peregrinatio mea nocte ac die. tibi inhiet cor meum. tibi intendat mens mea ad societatem beatitudinis tue peruēire desiderat anima mea. dico ei qui fecit te vt possideat me in te: quia i pse fecit me ⁊ te: immo tu dic: tu roga eum vt dignum me faciat participatione glorie tue. Sanctam enim societatem tuam ⁊ mirabilem pulchritudinē tuam non per meritum requiro sed per sanguinem eius quo redemptus sum adipisci non despero. tantum adiuuent me merita tua: subueniant prauitati mee sancte ⁊ purissime orationes tue: que inefficaces apud deum nullatenus esse possunt. Erraui fateor sicut ouis p̄dita ⁊ incolatus meus prolongatus est: atq₃ p̄cul piectus sum a facie domini dei mei in hanc exilij cecitatem. Vbi expulsus a paradisi gaudijs deploro quottidie mecum super miserias captiuitatis mee: lugubre carmen ingentesq₃ lamentationes cum recordor tui mater hierusalem: dum stant pedes mei in atrijs tuis: sancta ⁊ decora syon: nec dūm interiora tua conspicere in propatulo valens: sed in humeris

pastoris mei structoris tui spero me reportari tibi: vt tripudiem tecum illo inenarrabili gaudio. quo letantur illi qui tecum sunt coram ipso deo ⁊ saluatore nostro: qui dissoluit inimicitias in carne sua. ⁊ pacificauit omnia que in celis sunt ⁊ que in terra sanguine suo. Ipse eniz est pax nostra: qui fecit vtraqz vnum. Qui duos ex aduerso venientes parietes coniungēs in se beatitudinis tue permanentem felicitatem pari modo ⁊ eadem mensura se nobis daturum promisit dicens. Erunt equales angelis dei in celis. O iherusalem domus dei eterna: post christi dilectionem tu esto leticia ⁊ cōsolatio mea: dulcis memoria tui beati nominis sit releuatio meroris tediorūqz meorum.

¶ Quantis amaritudinibus vita ista sit respersa. ¶ Cap. xx.

TEdet enim me domine valde vite huius: ⁊ istius erumnose peregrinationis. Vita hec: vita misera: vita caduca: vita incerta: vita laboriosa: vita immunda: vita domina malorum: regina superborum: plena miserijs ⁊ erroribus: que non est vita dicenda: sed mors in qua momentis singulis morimur. per varios mutabilitatis defectus: diuersis generibus mortium. Nunquid ergo hoc qđ viuimus in hoc mundo dicere possumus vitam: quam humores tumidant: dolores extenuant. ⁊ ardores exiccant: aera morbidant: esce inflant: ieiunia macerāt: ioci dissoluunt: tristicie consumunt: solicitudo coartat: securitas hebetat: diuitie inflant ⁊ iactant: paupertas deijcit: iuuētus extollit: senectus incuruat: infirmitas frangit: meror deprimit: Et his malis omnibus mors furibunda succedit: simulqz cunctis gaudijs istius misere vite ita finez imponit: vt cum esse desierit non fuisse putetur. Mors ista vitalis ⁊ vita mortalis. licet his alijsqz sit respersa amaritudinibus: proh dolor qđ plurimos suis capit illecebris: ⁊ qđ multos suis falsis promissionibus decipit. Et cum ita per se sit falsa ⁊ amara vt etiaz suos cecos amatores latere non valeat. tamen infinitam stultorum multitudinem aureo calice quem in manu habet potat: ⁊ prorsus inebriat. Felices illi qui ipsi rari qui familiaritatem eius recusant perfunctoria gaudia spernunt: societatē abijciunt: ne cū pereunte deceptrice ⁊ ipsi perire cogantur.

¶ De felicitate vita quā preparauit deus diligentibus se. ¶ Cap. xxj.

O Tu vita quam preparauit deus his qui diligunt eum: vita vitalis: vita beata: vita secura: vita tranquilla: vita pulchra: vita mūda: vita casta: vita sancta: vita ignara mortis: nescia tristicie: vita sine labe: sine dolore sine anxietate sine corruptionē: sine perturbatione: sine varietate ⁊ mutatione: vita totius elegantie ⁊ dignitatis plenissima. vbi non est aduersarius impugnans. vbi nulla peccati illecebra. vbi ē amor perfectus: ⁊ timor nullus: vbi dies eternus: ⁊ vnus omnium spiritus: vbi deus facie ad faciem cernitur. ⁊ hoc vite cibo mens sine defectu satiatur. Libet me tue intendere claritati: delectant me bona tua auido corde: quāto plus valeo mecū considerare: tāto amore tuo langueo: tuo vehemēti desiderio: tuaqz dulci memoria admodum delector. Libet itaqz libet in te oculos cordis attollere: statum mentis erigere: affectum animi conformare. Libet sane de te loqui: de te audire: de te scribere: de te cōferre: de tua beatitudine ⁊ gloria quottidie legere: ⁊ lecta sepius sub corde reuoluere: vt vel sic possim ab huius mortalis peritureqz vite ardoribus: periculis ⁊ sudoribus: sub tue vitalis aure dulci refrigerio transire: ⁊ transiens in sinu tuo fessum caput dormiturus vel paululū reclinare. Huius rei gratia scripturarum sanctarum amena prata ingredior: viridissimas sententiarum herbas exarando carpo: legēdo comedo: frequentando rumino: atqz congregando tandez in alta memorie sede repono: vt tali modo tua dulcedine degustata: minus istius miserrime vite amaritudines sentiam. O tu vita felicissima: o regnuz vere beatuz carens morte: vacans fine: cui nulla tēpora succedunt euū: vbi continuus sine nocte dies nescit hēre tēpus: vbi victor miles illis hymnidicis angelorum sociatus choris: cātat deo sine cessatiōe cāticū de cāticis syon: nobile perpetua caput amplectēte corona. Utinā concessa mihi peccatorum venia: moxqz hac carnis sarcina deposita: in tua gaudia verā requiez habiturus intrarē. Et tue ciuitatis preclara atqz speciosa menia: coronā vite de manu dñi accepturus ingrederer: vt illis sanctissimis choris interessez: vt cū beatissimis spiritibus glorie conditoris assisterē: vt presentez christi vultū cernerē: vt illud summū ⁊ ineffabile ⁊ incircumscriptū lumen semper aspicerez: sicqz nullo metu mortis affici. sed de incorruptiōis perpetue munere letari potuissem sine fine.

¶ De felicitate anime sancte hic exeuntis. ¶ Capitulum. xxij.

FElix anima que terreno resoluto corpore libera celuz petit. secura est ⁊ tranquilla non timet hostem neq₃ mortem. Habet enim semper presentem: cernitq₃ indesinenter pulcherrimum dominum: cui seruiuit quem dilexit: ⁊ ad quem tandem leta ⁊ gloriosa peruenit. Hanc vero tante beatitudinis gloriam nulla dies minuet: nullus improbus poterit auferre. Uiderunt eam filie syon: ⁊ beatissimam predicauerunt. ⁊ regine ⁊ concubine laudauerunt eā dicentes. Que est ista que ascēdit de deserto delicijs affluens innixa super dilectum suuz. Que est ista que progreditur sicut aurora consurgens: pulchra vt luna: electa vt sol: terribilis vt castrorum acies ordinata. Quam leta erit: festinat: currit: cum dilectum suum sibi dicentem attonitis auribus audit. Surge propera amica mea: speciosa mea: ⁊ veni: iam enim hyems transijt: imber abijt ⁊ recessit: flores apparuerunt in terra nostra: tēpus putationis aduenit: vox turturis audita est in terra nostra: ficus protulit grossos suos: florentes vinee dederunt odorem suū. Surge propera amica mea: formosa mea: columba mea in foraminibus petre: in cauernis macerie: ostende mihi faciem tuam: sonet vox tua i auribus meis. Uox enim tua dulcis: ⁊ facies tua decora. Ueni electa mea: speciosa mea: columba mea: immaculata mea: sponsa mea: veni ⁊ ponam in te thronum meum: q₂ concupiui speciem tuam. Ueni vt leteris in conspectu meo cum angelis meis: quorum societas tibi a me repromissa est. Ueni post multa pericula ⁊ labores: ⁊ intra in gaudiuz domini tui: quod nemo tollet a te.

¶ Oratio ad sanctos vt nobis succurrant in periculis. ¶ Capitulum. xxiij.

FElices sancti dei omnes: qui iam transistis huius mortalitatis pelagus ⁊ peruenire meruistis ad portum perpetue quietis securitatis ⁊ pacis. securi ⁊ tranquilli: semperq₃ festiui atque gaudentes estis. Obsecro vos per patris charitatem: qui securi estis de vobis: soliciti estote de nobis. securi estis de vestra immarcescibili gloria: soliciti estote d̃ nostra multiplici miseria. Per ipsuz vos rogo: qui vos elegit: qui vos tales fecit de cui⁹ pulchritudine iam satiamini: de cuius imortalitate imortales facti estis: de cuius beatissima visione semp̱ gaudetis: estote iugiter memores nostri: subuenite nobis miseris. qui adhuc in salo huius vite circunstantibus agitamur p̄cellis. Uos porte pulcherrime: que in magnā surrexistis altitudinē: adiuuate nos vile pauimētū lōge iferi⁹ iacētes. Date manū ⁊ erigite iacētes super pedes vt cōualescentes de infirmitate: fortes efficiamur in bello. Intercedite ⁊ orate constanter atq₃ indesinenter pro nobis miseris multūq₃ negligentibus peccatoribus vt per vestras orationes vestro sancto consortio cōiungamur. q₂ aliter salui esse non possumus. Sumus nanq₃ valde fragiles ⁊ nullius virtutis homūciones: aīalia vētris: ⁊ carnis mācipia: in quibus vix aliquod virtutis vestigiuz apparet. Et tamen sub christi confessione positi ligno crucis ferimur. nauigātes per hoc mare magnū ⁊ spaciosuz: vbi sunt reptilia quoruz nō est numerus: vbi sunt animalia pusilla cū magnis: vbi est draco seuissimus semp̱ paratus ad deuorādū. Ubi sunt loca p̄iculosa scilla ⁊ carybdis ⁊ alia inumerabilia: in quib⁹ naufragant incauti ⁊ in fide dubij. Orate dñm oratē pijssimi: orate oīa agmina sanctoꝝ ⁊ vniuersi cetus beatorū: vt vestris precibus meritisq₃ adiuti salua naue ⁊ integris mercibus peruenire mereamur ad portū p̄petue salutis ⁊ genitis ⁊ ꝯtinue pacis ⁊ nūq₃ finiēde securitatis.

¶ Anime desiderium ad ciuitatem supernaz iherusalem. ¶ Capitulum. xxiiij.

MAter iherusalem ciuitas sancta dei charissima sponsa christi. te amat cor meū. pulchritudinez tuā nimiū desiderat mēs mea. o q̃₃ decora: q̃₃ gloriosa: q̃₃ generosa tu es Tota pulchra es ⁊ macula nō est in te. Exulta ⁊ letare formosa filia p̄cipis. q₂ cōcupiuit rex speciē tuā: ⁊ amauit decorē tuū: speciosus forma pre filijs hoīuz. Sed qualis est dilect⁹ tuus ex dilecto o pulcherrima. Dilect⁹ meus candidus ⁊ rubicundus electus ex milibus. Sicut malus inter ligna siluarū: sic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius quē desideraui: ecce leta sedeo: ⁊ fructus ei⁹ dulcis gutturi meo. Dilectus meus misit manū suā p̱ foramen: ⁊ venter meus intremuit ad tactū ei⁹ In lectulo meo p̱ noctē quesiui quē diligit aīa mea: quesiui ⁊ inueni: teneo nec dimittā illuz: donec introducat me in domū suā ⁊ in cubiculū suū gloriosa genitrix mea. Ibi eni dabis mi-

hi vbera tua abūdantius ⁊ ꝑfectius: ⁊ satiabis me sacietate mirifica: ita vt nec esuriam nec sitiam ineternum. Felix anima mea sempqꝫ felix in secula: si intueri meruero gloriam tuam: beatitudinē tuam: pulchritudinē tuaꝫ: portas ⁊ muros tuos: ⁊ plateas tuas: ⁊ mãsiones tuas multas: nobilissimos ciues tuos: ⁊ fortissimū regem tuum in decore suo. Muri nanqꝫ tui ex lapidibus p̄ciosis: porte tue ex margaritis optimis: platee tue ex auro purissimo: in quibus iocundum alleluia sine intermissione concinit̄ mansiones tue multe quadris lapidibus fundate: saphyris constructe: laterculis coop̄te aureis: in quibus nullus ingreditur nisi mūdus nullus habitat inquinatus. Speciosa facta es ⁊ suauis: in delitijs tuis mater hierusalem. Nihil in te tale quale hic patimur: qualia in hac misera vita cernimus. Non sunt in te tenebre aut nox: aut quelibet diuersitas tempoꝝ. Nō lucet in te lux lucerne aut splendor lune: vel iubar stellaꝝ. sed deus de deo: lux de luce. sol iusticie sp̄ illuminat te. agnus candidus ⁊ immaculatus: lucidū ⁊ pulcherrimū est lumen tuum Sol tuus ⁊ claritas tua ⁊ omne bonū tuū. huius pulcherrimi regis indeficiens contēplatio. Ip̄e rex regum in medio tui: ⁊ pueri eius in circūitu eius. Ibi hymnidici angelorum chori ibi societas sup̄noꝝ ciuium. Ibi dulcis solennitas omnium ab hac tristi p̄egrinatione ad tua gaudia redeūtium. Ibi ꝓphetarum ꝓuidus chorus: ibi duodenus apostoloꝝ numerus: ibi innumerabilium martyrum victor exercitus. ibi sanctorum confessoꝝ sacer conuentus. ibi veri ⁊ ꝑfecti monachi. ibi sancte mulieres que voluptates seculi ⁊ sexus infirmitatē vicerunt. ibi pueri ⁊ puelle qui annos suos sanctis moribus transcēderunt. ibi sunt oues ⁊ agni qui iam huius voluptatis laqueos euaserunt. exultant omnes in ꝓprijs mansionibus. dispar est gloria singulorum: sed cōmunis ē leticia omnium. Plena ⁊ ꝑfecta ibi regnat charitas: quia deus ē omnia in omnibus quem sine fine vidēt: ⁊ sp̄ vidēdo in eius amore ardent: amant ⁊ laudant. laudant ⁊ amant: omne opus eorum laus dei sine defectione. sine labore. Felix ego ⁊ vere in ꝑpetuum felix. si post resolutionem huius corpusculi audire meruero illa cantica celestis melodie que cantantur ad laudem regis eterni: ab illis superne patrie ciuibus: beatorumqꝫ spiritnum agminibus. Fortunatus ego nimiumqꝫ beatus si ⁊ ego ip̄e meruero cantare ea: ⁊ assistere regi meo deo meo: ⁊ duci meo: ⁊ cernere eū in gloria sua. sicut ip̄e polliceri dignatus est dicens. Pater volo vt quos dedisti mihi sint mecū. vt videant claritatem meam quā habui apd̄ te ante constitutionem mundi. Et alibi. Qui mihi ministrat me sequatur: ⁊ vbi sum ego illic ⁊ minister meus erit. Et iterum. Qui diligit me diligetur a patre meo: ⁊ ego diligā eū ⁊ manifestabo ei meip̄m.

Hymnus de gloria paradisi
Capitulum. xxv.

Ad perennis vite fontem mēs sitiuit arida.
Claustra carnis p̄sto frangi clausa querit anima.
Gliscit: ambit: eluctat̄ exul frui patria.
Dū p̄ssuris ac erūnis se gemit obnoxiam.
Quam amisit cum deliquit contemplatur gloriam.
Pn̄s malū auget boni ꝑditi memoriā.
Nam quis promat summe pacis quanta sit leticia.
Vbi viuis margaritis surgunt edificia.
Auro celsa micant tecta: radiant triclinia.
Solis gemmis preciosis hec structura nectit̄.
Auro mundo tanq̄ꝫ vitro: vrbis via sternitur
Abest limus: deest fimus: lues nulla cernitur
Hyems horrens: estas torrens: illic nunquā seuiunt.
Flos ꝑpetuus rosaꝝ: ver agit ꝑpetuum.
Candent lilia: rubescit crocus: sudat balsamū.
Virent prata: vernant sata: riui mellis influunt.
Pigmentorū spirat odor: liquor ⁊ aromatū.
Pendent poma floridoꝝ nō lapsura nemoꝝ.
Non alternat luna vices sol vel cursus sydeꝝ
Agnus est felicis vrbis lumen inocciduū.
Nox ⁊ tempus desunt ei diem fert continuū.
Nā ⁊ sancti quiqꝫ velut sol p̄clarus rutilant
Post triumphum coronati mutuo cōiubilāt.
Et ꝓstrati pugnas hostis iā securi numerant.
Omni labe defecati: carnis bella nesciunt.
Caro facta spiritalis ⁊ mens vnum sentiunt.
Pace multa ꝑfruentes scandala non ꝑferunt.
Mutabilibus exuti repetunt originem.
Et presentem veritatis contemplant̄ specię̄.
Hinc vitalem viui fontis hauriunt dulcedinē
Inde statum semper idem exeuntes capiunt.
Clari viuidi iocundi nullis patent casibus.
Absunt morbi sp̄ sanis senectus iuuenibus.
Hinc penne tenent esse nā transire transijt
Inde virēt vigēt florēt corruptela corruit.
Inmortalitatis vigor mortis ius absorbuit.

Qui scientē cuncta sciunt quid nescire nequeūt
Nam ⁊ pectoris archana penetrant alterutrꝝ.
Unū volunt vnū nolunt. vnitas est mentiū.
Licet cuiqȝ sit diuersum pro labore meritum.
Charitas hec suū facit ꝙ dum amat alterum.
Propriū sic singulorum commune fit omniū.
Ubi corpus illic iure congregantur ⁊ aquile.
Quo cum angelis ⁊ sancte recreentur anime.
Uno pane viuunt ciues vtriusqȝ patrie.
Auidi ⁊ semp̱ pleni quod habent desiderant.
Non satietas fastidit neqȝ fames cruciat.
Inhiantes semper edunt ⁊ edentes inhiant.
Nouas semp̱ armonias vox meloda ꝯcrepat
Et in iubilum prolata mulcens aures organa
Digna per quē sunt victores regi dāt p̄conia.
Felix celi que presentem regem cernit anima.
Et sub sede spectet alta orbis volui machina.
Solem lunam ⁊ globosa cuȝ planetis sydera.
Christe palma bellatorꝝ hoc in municipium.
Introduc me solutum militare cingulum.
Fac consortem donatiui beatorum ciuium.
Probes vires in exhausto laboranti prelio.
Ut quietem post precinctum debeas emerito
Teqȝ merear potiri sine fine premio. Amen.

¶ Laus ꝯtinua quā facit anima ex ꝯtēplatiōe supne diuinitatis. ¶ Capitulum. xxvj.

BEnedic anima mea domino ⁊ omnia q̄ intra me sunt nomini sancto eius. Benedic aia mea dn̄o ⁊ noli obliuisci oēs retributōes eius. Bn̄dicite dn̄o oia opa eius in oi loco dn̄atōis eius: bn̄dic aia mea dn̄o. Laudemus deum quē laudant angeli: adorant dn̄ationes tremunt potestates. cui cherubin ⁊ seraphin incessabili voce proclamant. Sanctus sanctus: sanctus. Iungamus voces nr̄as vocibus angelorum sanctorum ⁊ communē dn̄m laudemus pro modulo nostro. Illi eni laudāt dominū purissime ⁊ incessanter qui semper inherent ꝯtēplationi diuine: non per speculum ⁊ in enigmate: sed facie ad faciem. Sed quis dicere vel cogitare sufficiat qualis sit in cōspectu domini dei omnipotentis illa beatorum spirituum celestiūqȝ virtutū innumerabilis multitudo. Que sit in eis sine fine festiuitas visionis dei. que leticia sine defectu. quis amoris ardor: non crucians sed delectans. Quod sit i eis desiderium visionis dei cum satietate: ⁊ satietas cum desiderio. in quibus nec desideriū penam generat nec satietas fastidiū parit. Quomodo inherendo summe beatitudini sint beati. Quomodo coniuncti vero lumini facti sunt lux. Quomodo sp̱ aspicientes incōmutabilem trinitatē: mutati sunt in incōmutabilitatē. Sȝ quando illā angelice dignitatis celsitudinē cōp̄hendere poterimus qn̄ nec ipius aīe nr̄e nāȝ inuestigare valemus. Qualis est ista que carnē viuificare potest: se autē in sanctis cogitationibus vt volet constringere non pōt. Qualis est ista tam fortis tam infirma tā parua tā magna que rimatur secreta dei ⁊ celestia contemplatur: atqȝ humanis cōmodis multaruȝ artium peritiam perspicaci ingenio adinuenisse probatur? Qualis ergo est ista que tā multa de ceteris nouit: ⁊ se qualiter facta sit p̱rsus ignorat. Licet enim nonnulla ambigua a quibusdā super eius origine proferantur: inuenimus tamen eā esse quendā intellectualē spiritū: per creatoris potentiā factū: immortaliter iuxta modū suū viuētē: mortale corpus quod sustinet viuificantem: mutabilitati subiectum: obliuioni deditum. quem timor sepe afficit: leticia extollit. O res mira omniqȝ stupore dignissima. De deo quidem creatore omnium qui est incomprehensibilis ⁊ ineffabilis: excelsa ⁊ mirabilia nimis omni remota ambiguitate legimus loquimur ⁊ scribimus. De angelis autem ⁊ animabus quicquid dicimus non tam euidenter approbare possumus. Sȝ trāseat ob his animus: ⁊ transcendat omne quod creatum est: currat ⁊ ascendat ⁊ volitet ⁊ pertrāseat. ⁊ in eum qui creauit omnia quantum potest oculos fidei dirigat. Faciam ergo gradus ascensionis in corde meo: ⁊ per ipsos ascendaȝ animam meam: ⁊ per ipsam mentem meam ascendam ad dominum meum qui capiti meo desuper manet quicquid visibiliter cernitur: quicquid spiritaliter imaginatur: forti manu ab intuitu cordis ⁊ mentis procul remoueatur Solus intellectus purus ⁊ simplex incedens: rapido volatu ad ipsum perueniat conditoreȝ angelorum ⁊ animarum ⁊ omniuȝ rex. Mēs illa beata que ima deserit summa petit: que ponit in arduis sedem habitationis sue: ⁊ de summis rupibus cōtemplatur solem iusticie aquilinis obtutibus. Nihil enim tam pulchruȝ atque iocundum: q̄ȝ ipsum solum mentis intuitu ⁊ cordis auiditate contemplari deum: ⁊ miro modo inuisibiliter cernere inuisibilem: sicqȝ aliam non istam gustare dulcedinem: ⁊ inspicere aliam non istam lucem. Lux enim ista que loco clauditur tempore finitur noctium interruptione variatur: ⁊ quam communem cuȝ vermibus ⁊ pecoribus habemus: in comparatione illius summe lucis nō est lux dicēda sȝ nox.

Quid sit quodāmodo deū3 cernere ⁊ tenere ⁊ qualiter sit de deo sentiendum. Capitulum. xxvij.

QUanquã autē illa summa ⁊ incōmutabilis essentia lux vera: lux indeficiens: lux angelorum a nemine conspici valeat in hac vita: quod solū premiū sanctis reseruatur in celesti gloria: illud tamen credere ⁊ intelligere ⁊ sentire ⁊ ardenter inhiare: quodammodo illū cernere est atq; tenere. Sonet itaq; vox super angelos ⁊ homo intenta mente contempletur deum: verbis quibus potest: suas illi dicat laudes. Iustum nanq; est vt creatura suum laudet creatorē. Ipse enim ad laudandum se nos creauit: qui nostris nō indiget laudibus. Est autem virtus incomprehensibilis nullius indigens: ipse sibi sufficiens: magnus dominus deus noster: ⁊ magna virtus eius ⁊ sapientie eius non est numerus: magnus dn̄s deus noster ⁊ laudabilis valde. Nunc itaque mēs diligat: lingua canat: manus scribat: atq; in his sanctis studijs fidelis animus se totum exerceat. Huius videlicet celestis theorice: suauissimis dapibus vir desideriorum: ⁊ celestiū contemplator assidue reficiatur. vt hoc celesti pabulo saginatus clamet clamore magno: clamet totis medullis cordis. clamet in iubilo ⁊ ardentissimo mentis desiderio dicat.

Oratio explicans plurimas deitatis proprietates. Capitulum. xxviij.

O Summe optie omnipotentissime misericordiossime iustissime secretissime: presentissime: pulcherrime ⁊ fortissime: stabilis ⁊ incomprehensibilis: inuisibilis: oīa videns: immutabilis: omnia mutans: immortalis: illocalis: interminus: incircumscriptus: nunq; finitus: inestimabilis: ineffabilis: inscrutabilis: immotus: omnia mouens: inuestigabilis: indicibilis: metuendus atq; terribilis: honorandus atq; timendus: venerādus atq; reuerendus. Nunq; nouus: nunq; vetus: inouans omnia: ⁊ in vetustatem perducens superbos ⁊ nesciunt. Semper agēs: semper quiet⁹ colligens ⁊ non egens: omnia portans sine onere: omnia implens sine inclusione: omnia creans: protegens nutriens ⁊ proficiens: querēs cum nihil desit tibi: amans nec estuas: zelās ⁊ securus es: penitet te ⁊ non doles: irasceris ⁊ tranquillus es: opera mutas sed non consiliū. Recipis quod iuenis ⁊ nunq; amisisti. Nunq; inops ⁊ gaudes lucris: nunq; auarus ⁊ vsuras exigis: superogatur tibi vt debeas. ⁊ quis habet quicq; non tuum. Reddis debita nulli debens: donas debita nihil perdens. Qui solus viuificas omnia: qui creasti omnia: qui vbiq; es ⁊ vbiq; totus: qui sentiri potes videri non potes: qui nusq; dees ⁊ tamen ab iniquorū cogitationibus longe es. Qui nec ibi dees vbi longe es: q2 vbi non es per gratiam: ades per vindictam. Qui omnia tangis: nec tamen oīa tangis equaliter. Quedam eni3 tangis vt sint non tamen vt viuant sentiant ⁊ discernant. Quedam vero tangis vt sint ⁊ viuant non tamen: vt sentiant ⁊ discernant. Quedam vero tangis vt sint viuant ⁊ sentiant non tamen vt discernant. Quedam vero tangis vt sint viuāt sentiant ⁊ discernant. Et cum tibimetipsi nūq; dissimilis sis: dissimiliter tamen tāgis dissimilia. qui vbiq; semper presens es ⁊ inueniri vix potes. quem stantem sequimur ⁊ apprehendere non valemus qui tenes omnia: imples omnia: circumplecteris omnia: superexcēdis omnia: sustines omnia. Neq; ex alia parte sustines atq; ex alia parte superaris: neq; ex alia parte imples: ⁊ ex alia circūplecteris: sed circumplectendo imples ⁊ implēdo circūplecteris: sustinendo superexcedis: ⁊ superexcedendo sustines. Qui doces corda fideliū sine strepitu verborum. Qui attendis a fine vsq; ad finem fortiter ⁊ disponis omnia suauiter. Qui locis non distenderis nec temporibus variaris. Neq; habes accessus ⁊ recessus: sed habitas lucem inaccessibilem: quā nullus hominū videre potest: In te manens quietus: vbique circuis totum: vbiq; prorsus totus. Non eni3 scindi vel diuidi poteris: q2 vere vn⁹ es: nec in partes efficeris: q2 totus totum tenes: totū imples: totum illustras ⁊ possides. Huius videlicet mysterij immensā profunditatē mēs humana concipere non potest: nec oratoria lingua enarrare. neq; diffusi sermōes nec bibliothecarum volumina queunt explicare. Si totum mundū libri repleant: tua scientia inenarrabilis explicari non potest: quoniam vere indicibilis es: nullo modo scribi potes neq; cōcludi: q2 es fōs lucis diuine ⁊ sol claritatis eterne. Magnus enim es sine quantitate: ⁊ ideo immensus: bonus es sine qualitate: ⁊ ideo vere ⁊ summe bonus. ⁊ nemo bon⁹ nisi tu solus: cuius voluntas est opus. cuius velle posse est Qui oīa de nihilo creasti: que sola voluntate tua fecisti. Qui oēm creaturā tuā absq; indigē

tia aliq̄ possides:⁊ sine labore gubnas:⁊ absq̄
tedio regis. Et nihil ē qđ ꝑturbet ordinē im-
perij tui vel i summis vł in imis. Qui i oībꝰ
locis sine loco haberis. ⁊ oīa ꝯtines sine ābitu
⁊ vbiq̄ es pn̄s sine situ ⁊ motu. Qui nec mali
auctor es. qđq̄ facē nō potes. q nihil non po-
tes. neq̄ vnq̄ te aliqd fecisse penituit. nec vl
lius ꝯmotōis animi tui tēpestate turbaris. nec
totiꝰ terre ꝑicula damnū tuū ē. Nulla flagitia
vel scelera ꝓbas aut imꝑas. Nunq̄ mētiris:
q̄r eterna vitas es. Cuiꝰ vniꝰ bonitate facti su
mus ⁊ iusticia pēas luimꝰ:⁊ clementia libera-
mur. Nā nihil celeste. nihil igneū. nihil terre-
nū. nihilq̄ qđ corꝑis sensus attingat ꝓ te co-
lendū ē. q vere es quod es ⁊ nō mutaris. Cui
maxie ꝯuenit illđ qđ greci dicūt on: latine est
qđ sꝑ idē ipe es ⁊ āni tui nō deficiēt. Hec ⁊ a-
lia multa docuit me sancta mr̄ ecclīa cuius fa-
ctus sum mēbꝝ ꝑ grāz tuā. Docuit me sane te
solū ⁊ vnū ⁊ veꝝ deū: nō esse corporeū ⁊ passi-
bilē. Nihilq̄ de substātia tua vel natura vllo
mō esse violabile aut ꝯmutabile aut ꝯpositū
vel factū. Et ideo certū ē corꝑeis oculł te non
posse sentiri: sz nec ab vllo mortaliū in ꝓꝑa es
sentia aliqn̄ potuisse videri. Hinc eteni paten
ter daṫ intelligi ꝙ vn̄ angeli te intueṅt: inde ⁊
nos post hāc vitā te videbimꝰ. Sz nec ipi ꝑ
fecto te vidē pn̄t sicuti es. nulli deniq̄ alij to-
ta nisi tibi soli nota ē omnipotēs trinitas.

De vnitate ꝑsonaꝝ ⁊ pluralitate in deo.
Capitulum. xxix.

Tu vero vnitas es diuinitatis. ꝑsonaꝝ pł'alitate mł-
tiplex. nūerabiliṫ es innūerabilis.
ac icc̄irco mēsurabiliter imēsura-
bilł. ⁊ pōderabiliṫ impōderabił. Nō eni sum-
me bonitatis q̄ tu ipe es ꝓfitemur originem:
ex q̄ oīa: ꝑ quā oīa: in q̄ oīa. sz eius ꝑticipatōne
dicimꝰ oīa bona. Nā tua diuia eēntia sꝑ caru-
it ac caret mā: lz non careat forma: forma. s.
iformata: forma formaꝝ. forma formosissima
quā dū impmis q̄si sigillū rebꝰ singułr eas sine
tui augmēti aut tui detrimēti mutabilitate ꝓ-
culdubio a te facis differri. Quicqd aūt in nā
creaturaꝝ ē creatura tua ē. O vna trinitas: ⁊
trina vnitas ds̄: cuius oīpotētia oīa possidet ⁊
regit ⁊ iplet q̄ creauit. Nec ideo te implē oīa
dicimꝰ vt te ꝯtineāt: sz vt ipa potiꝰ a te ꝯtine
anṫ. nec ꝑticulati imples oīa. nec vllatenus ita
putādum ē vt vnaq̄q̄ creatura ꝓ magnitudi
ne portōis sue capiat te. i. maxia maiꝰ ⁊ mīma
minus: dū sis potius ipe in oībus siue oīa in te.
Cuius oīpotētia ꝯcludit vniuersa: nec euadē
di potentiā tuā qs aditū inuenire poterit. Qui
eīn te nō hz placatū neq̄q̄ euadet iratū: sicut
scriptū ē. Neq̄ ab oriēte neq̄ ab occidēte ne-
q̄ a desertis mōtibus qm̄ ds̄ iu dex ē. Et ali-
bi. Quo ibo a spū tuo ⁊ quo a facie tua fugiam
Immēsitas diuie magnitudis tue ista ē: vt in-
telligamus te intra oīa sz nō inclusum: ex̄ oīa sz
nō exclusum. Et ideo interior es vt oīa ꝯtine-
as. ⁊ ideo exterior es vt incircumscripte ma-
gnitudis tue imēsitate oīa ꝯcludas. Per id g̊
qđ exterior es ondēris esse creator. ꝑ id v̊o qđ
interior es gubernator oīum demōstraris: ac
ne oīa q̄ creata sunt sine te essent: interior es.
exterior v̊o vt oīa includanṫ a te: nō locali ma
gnitudine. sz potētiali pn̄tia q vbiq̄ pn̄s es. ⁊
oīa tibi pn̄tia q̄uis qdā intelligāt. qdā v̊o non
intelligāt. Inseꝑabił g̊ nature tue vnitas. sepa
biles nō pōt hr̄e ꝑsonas: q̄r sicut es trinitas in
vnitate ⁊ vnitas in trinitate: sic seꝑatōez non
potes hr̄e ꝑsonaꝝ. Nominanṫ qdē ille ꝑsone
aliqn̄ singule. sz ita te voluisti ds̄ trinitas inse-
parabilē ondē in ꝑsonis: vt nullū tibi nomen
sit in q̄libet ꝑsona. qđ nō ad aliā s̄m relatōnis
regulā referaṫ. sic pr̄ ad filium: ⁊ filius ad pa-
trē. sic spūssc̄ūs ad pr̄ez ⁊ filiū verissime refer
tur. Ea v̊o noīa q̄ subāz vel ꝑsonā vel potētiā
vel essentiā tuā significāt. vel qcqd ꝓpe dr̄ ds̄
oībus ꝑsonis eq̄liter ꝯueniūt. vt ds̄ magnus
oīps eternus: ⁊ oīa q̄ naturaliter de deo dicunṫ
Nō est g̊ aliqđ nature nomē qđ sic tibi deo pa
tri ꝯuenire valeat. vt aut filio tuo aut spiritui
sancto ꝯuenire neq̄at. Dicimus te pr̄ez natura
liter esse deū. sz naturaliter ē filiꝰ ds̄: naturali-
ter ⁊ spūssc̄tūs. nō tn̄ tres dij sz vnꝰ naturaliter
ds̄. pr̄ ⁊ filiꝰ ⁊ spūssc̄tūs. Iccirco inseꝑabilis es
sancta trinitas i ꝑsonis sensu intelligenda. Q̄-
uis voce seꝑabilia habeas noīa: q̄ pluralē nūe
rū in nature noībus nullatenꝰ recipis. In hoc
eīn ondiṫ ꝑsonas nō posse diuidi in sancta tri-
nitate q̄ vnus ds̄ verus ē. q̄r cuiuslibet ꝑsone
nomē sꝑ ad alterā respicit ꝑsonā. Si pr̄ez di-
co filiū ondo si filiū. noīo pr̄ez ꝓdico. si spm̄sc̄m
appello alicuius esse spiritū necesse ē intelligi
sz pr̄is ⁊ filij. Hec est. n. fides v̊a veniens de
sacra doctrina. hec certe ē fides catholica ⁊ or-
thodora: quā me docuit ds̄ in sinu matris ec-
clesie gratia sua.

Orō ad sanctā trinitatē. Caplm. xxx.

Inuocat itaq̄ dn̄e te fides mea quā dedisti mihi pro-
pter bonitatē tuā ad saluationem
meā. Fidelł āt aīa ex fide viuit: te
net in spe qđ videbit in re. Inuocat te ds̄ meꝰ

casta ꝯscia mea ⁊ suauis amor fidei mee: quam excussis ignorātie tenebris ad vitatis intelligentiā ꝑduxisti: ⁊ quā a stulta seculi amaritudie eruisti: atqȝ adhibita tue dulcedīs charitate iocundā mihi ⁊ mellifluā reddidisti. Inuocat te trinitas btā. vox clara. ⁊ sincerus amor fidei mee: quā ab ipis enutriēs cunabul' illumiasti sꝑ ꝑ illustratōez grē tue. ⁊ ꝙȝ adaugēs ꝯfirmasti in me ꝑ documēta mr̄is ecclie. Te inuoco btā ⁊ bn̄dicta ⁊ glosa trinitas: pr̄ ⁊ filius ⁊ spūs sanctus: ds: dn̄s: paclitꝰ: charitas: grā: cōicatio genitor: genitꝰ: regn̄ans: vex lumē ex lumine vo: vera illuminatio: fons: flumē: irrigatio: ab vno oia: ꝑ vnū oia: i vno oia: a quo: ꝑ quē: i quo oia: viuēs vita: vita a viuēte: viuēti ū viuificator: vnꝰ a se: vnꝰ ab vno: vnꝰ ab ābobꝰ: on a se: on ab altero: on ab vtroqȝ: veraxpr̄: vitas filiꝰ: vitas spūsctūs: vna g̃ pr̄ logos paclitꝰ qȝ essentia. vna vtꝰ: vna boitas: vna btitudo: a quo: ꝑ quē: ⁊ in quo btā sunt oia q̄cūqȝ btā sunt.

Quid ds vā ⁊ summa vita est. Cap. xxxi

DEus vera et summa vita: a quo: ꝑ quē: ⁊ in quo viuūt. oia q̄cūqȝ vere ⁊ btē viuūt. Deꝰ bonū ⁊ pulchrū a quo ꝑ quez ⁊ in quo bōa ⁊ pulchra sunt oia q̄cūqȝ bona ⁊ pulchra sunt. Deꝰ cuiꝰ nos fides excitat: spes erigit: charitas iūgit. Deꝰ q peti te iubes ⁊ inueniri te facis: ⁊ pulsanti apis. Deꝰ a quo auerti cadē ē: ad quē ꝯuerti surgē ē: in quo manere cōsistere ē. Deꝰ quē nēo amittit nisi deceptꝰ: nēo q̄rit nisi admonitꝰ: nēo inuenit nisi purgatus. Deꝰ quē nosse viuere ē: cui seruire regnare est quē laudare salus ⁊ gaudiū aie est. Te labijs ⁊ corde oiqȝ q̄ valeo vtute laudo bn̄dico atȝ adoro: tueqȝ clemētie ⁊ bonitati ꝑ vniuersis bn̄ficijs tuis grās refero: ⁊ hymnum gl'e tue cano sanctꝰ. sanctꝰ. sanctꝰ. Te inuoco o btā trinitas vt venias i me: ⁊ tēplū me facias dignuz gl'ie tue. Rogo prēz ꝑ filiū. Rogo filiuz ꝑ prēz. Rogo spmsctm̄ ꝑ prēz ⁊ filiū: vt oia vitia elōgentur a me: ⁊ oēs sancte vtutes plantent̄ in me. Deꝰ immēse a quo oia: ꝑ quē oia: in quo omia facta sunt. visibilia ⁊ inuisibilia. Qui opa tua ex̄ circūdas: ⁊ intra reples: sup̄ tegis: ⁊ ifra fers. Custodi me opꝰ manuū tuax in te sperātē: ⁊ in tua solūmō misericordia ꝯfidētē. Custodi me q̄so h̄ ⁊ vbiqȝ. nūc ⁊ sꝑ. intꝰ ⁊ foris. an̄ ⁊ retro. supra ⁊ infra. circūcirca. ita vt in me nullus pateat locꝰ insidijs inimicox. Tu es ds ops. custos ⁊ ꝓtector oīm in te sperātiū: sine quo nēo ē tutꝰ: nēo de picul' liberatꝰ. Tu es ds ⁊ nō est aliꝰ ds ꝑter te: neqȝ i celo sursum: neqȝ in terra deorsum: q facis magnalia ⁊ mirabilia ⁊ iscrutabilia quox nō ē numerꝰ. Te decet laus: te decet honor: te decet hymnꝰ: tibi oēs āgeli: tibi celi ⁊ vniuersi ꝑtātes hymnos dicunt ⁊ laudes idesinēter ꝯcinūt. vtpote creatori creature dn̄o serui: regi milites: te sanctā ⁊ indiuiduam trinitatē ois creatura magnificat: omis spūs laudat.

Laus angelox ⁊ hoim. Caplm. xxxij.

TIbi sancti et humiles corde: tibi spūs ⁊ aie iustox: tibi oēs supni ciues ⁊ cūcti btōx spirituū ordies: gloriā ⁊ honorē supplicit̄ adorātes ꝯcinūt sine fine. Laudāt te domine illi supni ciues magnifice ⁊ honorabilit̄. Laudat te hō magna portio creature tue. Sȝ ⁊ ego peccator homūcio: desiderio magno cupio te laudare. amare te opto amore ꝑcipuo. Deꝰ meꝰ vita mea. fortitudo mea ⁊ laudatio mea. dignare me laudare te. Da mihi lumen in corde: verbum in ore: vt cor meum meditē gloriā tuā: ⁊ lingua mea tota die cātet laudes tuas. Sȝ q: nō ē pulchra laus in ore pctōris ⁊ q: vir pollutꝰ labijs ego sum. munda obsecro cor meū ab oi inquamēto: sanctifica me sanctificator ops interius ⁊ exteriꝰ: ⁊ fac me dignuz laudibꝰ tuis. Suscipe benigne ⁊ acceptabil' sit de manu cordis ⁊ de mētis amore. suscipe sacrificiū labiox meox: fiatqȝ acceptabile in conspectu tuo: ⁊ ascēdat ad te in odorē suauitatis. Memoria tua sancta ⁊ dulcedo tua btissima possideat totā aiaȝ meā: atqȝ in inuisibilium amorē rapiat eā. Trāseat de visibilibꝰ ad inuisibilia. de terrenis ad celestia: de tpalibꝰ ad eterna. trāseat ⁊ videat visionē mirabilē. O eterna vitas: ⁊ vera charitas: ⁊ chara eternitas: tu es ds meꝰ. ad te suspiro nocte ac die. tibi inhio tibi intēdo. ad te ꝑuenire desidero. q nouit te nouit vitatē nouit eternitatē. Tu vitas super oia ꝑsides: quē videbimꝰ sicuti es cū ꝑtransierit hec vita ceca ⁊ mortal': in q̄ dr nob: vbi est ds tuꝰ: Et ego dico: ds meus vbi es: respiro in te paululū cū effundo sup te aiaȝ meā: in voce exultatōis ⁊ ꝯfessionis soni epulātis ⁊ festiuitatē celebrātis. ⁊ adhuc tristis ē. q: relabit̄ ⁊ fit abissus. vl' q̄n potiꝰ sentit se adhuc esse abissum: dic ei: fides mea quā accēdisti in nocte ante pedes meos. Quare tristis es aia mea: ⁊ q̄re ꝯturbas me: spera i deo: lucerna pedibꝰ meis vbū eiꝰ. Spera ⁊ ꝑseuera donec ꝑtrāseat nox mr̄ iniquox: donec ꝑtrāseat ira dei: cuiꝰ fuimꝰ aliq̄n filij. Fuimꝰ eni aliq̄n tenebre: donec transeāt iste peritꝰ q̄x residua adhuc trahimus in

corꝑe ꝓpter pctm̄ mortuo. donec aspiret dies
⁊ inclinent vmbre. spera ī dn̄o: mãe astabo: ⁊
ꝯtēplabor: sp̄qꝫ ꝯfitebor ei. Mane astabo ⁊ vi
debo salutare vultꝰ mei deū meū: q viuificat
mortalia corꝑa nr̄a: ꝓpter inhabitantē spiritū
eius in nob: vt iā simus lux: dū adhuc spe salui
facti sumus ⁊ filij lucis ⁊ filij diei: non noctis
neqꝫ tenebraꝝ. Fuimus eni aliqñ tenebre. nūc
aūt lux in te deus noster. ⁊ tñ adhuc ꝑ fidē nec
dū ꝑ spez. Spes q̄ videt nō est spes. Laudāt
te dn̄e illi populi angeloꝝ tuoꝝ immortales. ⁊
glorificāt nomē tuū celestes v̄tutes q̄ non hn̄t
opus legere hāc scripturā nostrā: ⁊ cognoscere
te sanctā ⁊ indiuiduā trinitatē. Uidēt enim fa-
ciem tuā sꝑ: ⁊ ibi legūt sine syllab tempoꝝ: qd
velit eterna voluntas tua legunt: eligūt ⁊ di-
ligunt. sp̄qꝫ legunt ⁊ nunq̄ꝫ p̄terit id qd legunt
eligēdo ⁊ diligēdo: legūt ip̄az īmutabilitatē cō
filij tui ⁊ nō claudit codex eoꝝ: nec plicabit li-
ber eoꝝ. qm̄ tu ip̄e illis li͡b es ⁊ eris in eternuz.
O btē nimiū ille celoꝝ v̄tutes que laudare te
pn̄t sancte ⁊ purissime: cum nimia dulcedine ⁊
ineffabili exultatōe. inde laudāt vn̄ gaudent:
q꞉ sꝑ vidēt vn̄ gaudē valeāt ⁊ laudare. Nos
vero molle carnis p̄ssi. ⁊ ꝓcul a vultu tuo ī hac
ꝑegrinatōe positi: atqꝫ ꝑ mundanas varieta-
tes distēti: digne laudare neq̄mus. laudamus
tñ ꝑ fidē nō ꝑ spez. illi v̄o angelici sp̄ūs ꝑ spem
nō ꝑ fidē. Hoc eni caro facit vt multo alr̄ lau-
demus q̄ꝫ illi. Sꝫ lꝫ diuersis modis laudes
dicamus: tu vnus es d̄s creator oīm cui sacri
ficiū laudis in celo ⁊ in terra offert: ꝑuenturi
tñ sumus misericordia tua ad eoꝝ ꝯsortiū cum
q̄bus te sꝑ videbimus ⁊ sine fine laudabimus.
Tribue dn̄e vt donec in h͡ fragili corꝑe positꝰ
sum laudet te cor meum: laudet te ligua mea.
⁊ oīa ossa mea dicāt. dn̄e qs silis tui. Tu es d̄s
oīps quē trinum in ꝑsonis ⁊ vnum in substan-
tia deitatis colimus ⁊ adoramus. p̄rem inge-
nitum: filium de p̄re vnigenitum. sp̄m̄ sanctuz
de vtroqꝫ ꝓcedētē ⁊ in vtroqꝫ ꝑmanētē. sctāz
⁊ indiuiduā trinitatē: vnum deum oīpotentē
q cum nō essemus potēter fecisti nos. ⁊ cum ꝑ
diti fuissemus culpa nr̄a. pietate ⁊ boitate tua
mirabiliter recuꝑasti nos: ne sinas nos esse in
gratos obsecro tātis bn̄ficijs ⁊ idignos tā mul
tis miseratōibꝰ. Te dep̄cor supplico ⁊ rogo au
ge fidē auge spē auge charitatē. Fac nos ꝑ ip̄az
gr̄az tuā sꝑ in fide stabiles: ⁊ in oꝑe efficaces:
vt ꝑ fidē rectā: ⁊ ꝯdigna fidei oꝑa ad vitam te
miserāte ꝑueniamꝰ eternā: vt ibi vidētes glo
riā tuā sicuti ē: adoremꝰ maiestatē tuā: ⁊ dica-
mus ꝑiter quos dignos feceris vidē gl̄az tuā
Gloria p̄ri q creauit nos. gl̄ia filio q redemit
nos. gl̄ia spiritui sancto q sanctificauit nos. glo
ria summe ⁊ indiuidue trinitati cuiꝰ oꝑa inse-
parabilia sunt: cuiꝰ imꝑium sine fine manet.
Te decet laus. te decet hymnꝰ. tibi debet oīs
honor. tibi bn̄dictio ⁊ claritas. tibi gr̄aꝝ actio
tibi honor virtus ⁊ fortitudo deo nr̄o in secu-
la seculoꝝ amen.

¶ Hic ꝯquerit homo q̄ nō cōpungit in ꝯtem-
platione ex quo angeli quoqꝫ tremunt deum
videntes. ¶ Capl̄m. xxxiij.

IGnosce dn̄e ignosce
pie: ignosce ⁊ miserere: ꝑce ignorā
tie mee: ⁊ multe imꝑfectiōi mee.
Noli me tāq̄ꝫ temerarium repro-
bare q̄ audiā seruus vtinā vel bonus: ⁊ nō eti
am inutilis ⁊ malus. ⁊ ideo valde malus. q꞉
te omnipotentē deum nostꝝ: terribilē ⁊ nimis
metuēdum sine cordis ꝯtritōe ⁊ lachrymaruz
fonte: sine reuerentia debita ⁊ tremore laudo
benedico atqꝫ adoro. Si eni angeli te adoran-
tes ⁊ laudantes tremunt mira exultatione re-
pleti. ego peccator dum tibi assisto: laudes di-
co: sacrificium offero: cur nō corde paueo: vul-
tu palleo: labijs tremo: toto corꝑe inhorresco
sicqꝫ abortis lachrymis coram te indesinen-
ter lugeo. Uolo sed non valeo: q꞉ neq̄o q̄ de-
sidero. Hinc enim mecum vehemēter admi
ror: dum te nimis terribilem ocul' fidei cerno
Sed quis hoc sine oꝑe gratie tue? vniuersa
eniz salus nr̄a magna misericordia tua. Mi-
seꝝ me: quō sic insensata facta est aīa mea: vt
nō terreat terrore nimio: dum stat añ deum: ⁊
suas illi laudes decantat. Miseꝝ me quō sic
induruit cor meum: vt oculi mei indesinēter ñ
ꝓducāt flumina lachrymaꝝ: dum ꝯseruꝰ ser-
mocionat corā dn̄o suo. hō cum deo: creatura
cum creatore. q factus est ex limo cum eo qui
oīa fec ex nihilo. Ecce dn̄e pone me añ te: ⁊ qd
in secretis de me sentio fraternis auribꝰ nō ta
ceo: tu diues in misericordia: ⁊ largꝰ in p̄mijs
da mihi de bois tuis vt ex eis seruiā tibi. Nō
eni aliunde possumus seruire: neqꝫ tibi placē
nisi de tuo munere. Cōfige q̄so timore tuo car-
nes meas: letet cor meum vt timeat nomen
tuum: vtinam sic te timeret peccatrix anima
quo mō ille vir sanctus q dixit. Sꝑ enim q̄si
tumentes suꝑ me fluctus timui deum. Dator
enim oīm bonoꝝ deus: da mihi inter laudes
tuas fontē lachrymaꝝ: simul cum cordis pu-
ritate ⁊ mentis iubilatione: vt ꝑfecte te dili-
gēs ⁊ digne te laudans: ip̄o cordis palato sen-
tiam gustem ⁊ sapiam: q̄ꝫ dulcis ⁊ suauis es
dn̄e: sicut scriptum est. Gustate ⁊ videte qm̄

ſuauis eſt dominus. btūs vir qui ſperat in eo:
beatus populus q ſcit iubilationē beatus vir
cuius ē auxilium abs te: aſcenſiones in corde
ſuo diſpoſuit in valle lachrymaꝝ: in loco quē
poſuit. Beati mūdo corde qm̄ ipi deum vide
būt beati q habitāt in domo tua dn̄e: in ſecula
ſeculoꝝ laudabunt te.

Oratio coꝛ multum mouēs ad deuotionē ⁊
diuinum amoꝛē. Caplm. xxxiiij.

IEſu noſtra redemptio: amoꝛ ⁊ deſideriū: deꝰ de deo
adeſto mihi famulo tuo. Te inuo
co ad te clamo clamoꝛe magno in
toto coꝛde meo. Te inuoco in aīaꝫ meā: intra
in eā: ⁊ coapta eā tibi vt poſſideas eaꝫ ſine ru-
ga ⁊ ſine macula. Mundiſſimo nāqꝫ dn̄o mū
da debet habitatio. Sanctifica ergo me vas
tuū quod feciſti: de malicia euacua: imple de
grā: ⁊ plenum ꝯſerua. ita vt dignū habitatōis
tue efficiar tēplum hic ⁊ in ꝑpetuuꝫ. Dulciſſi-
me. benigniſſime. amātiſſime. chariſſime. po
tētiſſime. deſideratiſſime. p̄cioſiſſime. amabi-
liſſime. pulcherrime. tu melle dulcioꝛ. lacte ⁊
niue cādidioꝛ. nectare ſuauioꝛ. gēmis ⁊ auro p̄
cioſioꝛ. cūctiſqꝫ terraꝝ diuitijs ⁊ honoribꝰ mi-
hi carioꝛ. Quid dico d̄s meꝰ: vna ſpes mea. tā
grādis miſericoꝛdia mea. Quid dico dulcedo
felix ⁊ ſecura? qd dico dū talia dico? Dico qd̄
valeo. ſꝫ nō dico qd̄ debeo. vtinā poſſem talia
dicere q̄lia illi hymnidici āgeloꝝ choꝛi. O q̄ꝫ
libēter me i tuis laudibꝰ totū effunderē. O q̄ꝫ
deuotiſſime illa celeſtis melodie cātica ad lau
dē ⁊ glaꝫ nois tui in medio eccl̄ie īfatigabilis
ꝑoꝛarē. Sꝫ qꝛ talia nō poſſum. nūqd tacebo.
Ue tacētibꝰ de te: q oꝛa mutoꝝ reſoluis: ⁊ lin-
guas īfātiū facis diſertas. Ue tacētibꝰ d̄ te qm̄
ipi loq̄ces muti ſunt: cū nō tuas laudes dicūt
Quis digne te laudare pōt. O ieffabil̄ v̄tus ⁊
ſapiā p̄ris. Et qm̄ nulla iuenio v̄ba qbꝰ te ſuf-
ficiēter valeā explanare cūctipotēs ⁊ omniſci
um v̄bū. dicā interī qd̄ valeo: donec iubeas me
venire ad te vbi poſſim dicē qd̄ te decet: ⁊ me
optet. Et idō ſupplicit̄ rogo vt nō reſpicias tm̄
ad id qd̄ mō dico: ſꝫ ad id qd̄ dicē opto. Cupio
em̄ deſiderio mag̊ de te eloq qd̄ optet ⁊ decet:
qꝛ te decet laus. te decet hymnꝰ. tibiqꝫ debet
ois honoꝛ. Scis ḡ occultoꝝ ꝯgnitoꝛ d̄s: qm̄ ce
lo terra ⁊ oibꝰ q̄ in ea ſunt tu mihi acceptioꝛ. tu
mihi amabilioꝛ es. diligo em̄ te ſup celū ⁊ terrā
⁊ cetera oīa q̄ i eis ſunt. imo amoꝛe nomis tui q̄
trāſitoꝛia ſunt: p̄culdubio amāda nō ſunt. Amo
te d̄s meꝰ amoꝛe mag̊: magiſqꝫ te amare cupio.
Da mihi vt amē te ſꝑ q̄ꝫtū volo: q̄ꝫtuꝫ debeo:
vt tu ſolus ſis tota intētio mea ⁊ ois meditatio
mea. Te mediter ꝑ dies ſine ceſſatōe: te ſentiaꝫ ꝑ
ſopoꝛē in nocte: te alloq̄tur ſpūs meꝰ: tecū fabu-
let mēs mea. lumie ſancte viſionis illuſtret coꝛ
meū. vt te rectoꝛe. te duce: ābulē d̄ v̄tute in v̄-
tutē. tādēqꝫ videā te deū deoꝝ in ſyō. nūc qdē
ꝑ ſpeculū in enigmate: tūc āt facie ad faciem:
vbi cognoſcā te ſic ⁊ cognitꝰ ſum. Beati mun
do coꝛde: qm̄ ipi deū videbūt. Bti q hitant in
domo tua dn̄e: i ſecula ſecl̄oꝝ laudabūt te. Ro
go itaqꝫ te dn̄e ꝑ oēs miſeratōes tuas qbus d̄
moꝛte eterna liberati ſumꝰ. mollifica coꝛ meū
duꝝ ⁊ lapideū. ſaxeū ⁊ ferreū. tua ſacratiſſima
⁊ potēti vnctōe: ⁊ fac me ꝑ ignē cōpūctōis co-
rā te oi hoꝛa hoſtiā viuā fieri. Fac me i tuo cō
ſpectu coꝛ ꝯtritū ⁊ humiliatū ſꝑ hr̄e cū lachry-
maꝝ abundātia. Fac me ex tuo deſiderio huic
mūdo funditꝰ extingui: ⁊ trāſeuntiuꝫ reꝝ obli-
uiſci. p̄ magnitudīe timoꝛis ⁊ amoꝛis tui vſqꝫ
adeo. vt de tp̄alibꝰ nō lugeā nec gaudeam nec
metuā aliqd tp̄ale: nec diligā: nec bādis coꝛ-
rūpar: nec aduerſis ꝯcutiar. Et qꝛ tua valida
ē vt moꝛs dilectio: abſoꝛbeat q̄ſo mētē meam
ab oibꝰ q̄ ſub celo ſunt ignita ⁊ melliflua vis
amoꝛis tui: vt tibi ſoli inhereā: ſolaqꝫ tue ſua-
uitatis mēoꝛia paſcar: deſcēdat dn̄e deſcendat
p̄coꝛ: deſcēdat in coꝛ meū odoꝛ tuꝰ ſuauiſſimꝰ:
ingrediat̄ amoꝛ tuus mellifluꝰ. Ueniat mihi
tui ſapoꝛis mira ⁊ enarrabil̄ fragrātia. q̄ ſem-
piternas i me ſuſcitet ꝯcupias: ⁊ ex coꝛde meo
ꝑducat venas ſaliētis aq̄ in vitā eternā. Im
mēſus es dn̄e ⁊ idō ſine mēſura debes amari ⁊
laudari ab his quos tuo p̄cioſo ſanguine rede
miſti. Amatoꝛ hoim benigniſſime clementiſſi
me dn̄e ⁊ eq̄ſſime iudex: cuio ē iudiciuꝫ dedit
p̄r ſapiētiſſimo tue eq̄tatis iudicio. Diſcernis
h̄ rectū ⁊ iuſtū eſſe. vt filij hꝰ ſeculi noctis ⁊ te-
nebraꝝ p̄ſtātioꝛi deſiderio v̄tute atqꝫ ſtudio di
ligāt ⁊ q̄rāt ꝑituras diuitias ⁊ fugitiuos hono
res: q̄ꝫ nos ſerui tui diligamꝰ te deū nr̄m ꝑ quē
facti ⁊ redēpti ſumꝰ. Si eni hō hoiēꝫ tāta dili
git dilectōe: vt alter alteꝝ vix patiat̄ abeſſe: ſi
ſpōſa ſpōſo tāto ꝯglutiat̄ mentis ardoꝛe: vt p̄
magnitudīe amoꝛis nulla ꝑfrui valeat reqe:
chari ſui abſ̄ntiā non ſine mag̊ meroꝛe ferēs: q̄
ḡ dilectōe: quo ſtudio: quo feruoꝛe aīa quā de-
ſpōſaſti tibi fide ⁊ miſeratōibꝰ oꝫ diligē te veꝝ
deū ⁊ pulcherrimū ſpōſum: q nos ſic amaſti ⁊
ſaluaſti: q ꝑ nob tot tāta ⁊ talia feciſti? Quanq̄ꝫ
āt hec īfima habeāt ſuas delectatōes ſuoſqꝫ a-
moꝛes. nō tn̄ tali mō delecrant ſic tu d̄s nr̄. In
te eni delectat̄ iuſtꝰ: qꝛ amoꝛ tuꝰ ſuauis ē ⁊ qe-
tus. nā pectoꝛa q̄ poſſides: dulcedine ⁊ ſuauita
te ⁊ trāq̄llitate reples. E contra amoꝛ ſeculi ⁊

carnis: anxius est ⁊ ꝑturbatus. aīas certe q̄s ingredit̄ q̄etas esse nō patit̄. Sp̄ eni suspitōibus ⁊ ꝑturbatōibus varijsq̄ʒ timoribus sollicitat eas. Tu itaq̄ʒ es delectatio rectoꝝ. ⁊ merito: q̄es eni valida ē apud te ⁊ imꝑturbabilis vita. Qui intrat in te bōe dn̄e intrat in gaudium dn̄i sui. ⁊ nō timebit āplius: sʒ hēbit se optime in optio loco dicēs. Hec reges mea in seculū seculi. h̄ hītabo qm̄ elegi eā. Et illud. Dn̄s regit me ⁊ nihil mihi deerit: in loco pascue ibi me collocauit. Dulcis xp̄e bōe iesu: reple sp̄ q̄so cor meū inextinguibili dilectiōe tua: continua recordatōe tua: adeo vt sic̄ flāma vrēs totus ardeā in tui amoris dulcedine: quē ⁊ aque multe in me nūq̄ʒ possint extinguere. Fac me dulcissime dn̄e amare te: ⁊ desiderio tuo deponere pōdus oim̄ carnaliū desiderioꝝ: ⁊ terrēarum ꝯcupiscētiaꝝ grauissimā sarcinā: q̄ impugnāt ⁊ aggrauāt miserā aiaʒ meā: vt post te expeditus in odore vnguētoꝝ tuoꝝ currēs vsq̄ʒ ad tue pulchritudinis visionē efficacit̄ satiandus ꝗ̄totius: te quoq̄ʒ duce merear ꝑuenire. Duo. n. amores: alter bon⁹: alter malus: alter dulcis: alt̄ amarus. nō se simul in vno capiunt pectore. Et ideo si q̄s p̄ter te aliud diligit. nō ē charitas tua d̄s in eo. amor dulcedis ⁊ dulcedo amoris: amor n̄ cruciās sʒ delectās: amor sincere ⁊ caste ꝑmanēs in seculū seculi: amor q̄ sꝑardes ⁊ nūq̄ʒ extingueris. Dulcis xp̄e bōe iesu: charitas d̄s meus: accende me totū igne tuo: amore tuo: suauitate ⁊ dulcedie tua: iocunditate ⁊ exultatōe tua. voluptate ⁊ ꝯcupiscētia tua. q̄ sctā ē ⁊ bōa. casta ē ⁊ mūda. trāq̄lla ē ⁊ secura. vt tot⁹ dulcedine amoris tui plen⁹. tot⁹ flāma charitatis tue succēsus. diligā te deū meuʒ ex toto corde meo. totisq̄ʒ medull̄ p̄cordioꝝ meoꝝ. hn̄s te in corde. in ore. ⁊ p̄ ocul̄ meis sp̄ ⁊ vbiq̄ʒ. ita vt nullus pateat in me loc⁹ adulterinis amorib⁹. Audi d̄s me⁹. audi lumē oculoꝝ meoꝝ. audi q̄ peto ⁊ da q̄ petaʒ vt audias. Pie ⁊ misericordissime dn̄e ne efficiaris mihi inexorabil̄ ꝓpt̄ pctā mea. sʒ ꝓpt̄ bonitatem tuā suscipe p̄ces serui tui. ⁊ da mihi effectū petitōis mee ⁊ desiderij mei. intercedēte ⁊ orāte ⁊ impetrāte gl̄iosa v̄gine genitrice tua maria dn̄a mea cum oībus sanctis tuis. Amen.

Oratio deuotissima ad laudes habendas. Capitulum. Cxxxv.

Christe dn̄e verbum p̄ris: q venisti in hūc mūdm pctōres saluos facē: rogo te p̄ indulgētissima misericordie tue viscera: emēda vitā meā. meliora actus. cōpone mores. tolle de me qd̄ mihi nocet. ⁊ tibi displicʒ ⁊ da qd̄ nosti tibi placere ⁊ mihi ꝓdesse. Quis pōt facē mundū de immūdo ꝯceptū semie: nisi tu solus? Tu es d̄s oꝑs infinite pietatis. q iustificas ipios ⁊ viuificas mortuos ꝓpt̄ pctm̄: qui mutas pctōres ⁊ nō sunt. Tolle ḡ de me q̄cq̄d tibi displicet in me. imꝑfecta. n. mea plurima vidēt oculi tui. mitte q̄so manū pietatis tue in me ⁊ tolle de me q̄cq̄d offendit oculos pietatis tue in me. Corā te dn̄e ē sanitas ⁊ infirmitas mea. illā p̄cor serua. istā sana. Sana me domine ⁊ sanabor. saluū me fac ⁊ salu⁹ ero. tu qui infirma sanas ⁊ sanata ꝯseruas. tu q solo nutu tuo restauras diruta ⁊ collapsa. Si. n. dignaris in agro tuo corde meo serere bonū semen necesse ē vt manu pietatis tue spinas p̄us euellas vitioꝝ meoꝝ. Dulcissime. benignissime. amātissime. charissime. desiderātissime. amabilissime. pulcherrime. infunde obsecro multitudinē dulcedinis tue ⁊ charitatis tue pectori meo. vt nihil terrenū. nihil carnale desiderem vel cogitē. sʒ te solū amē. te solū habeā in corde ⁊ in ore meo. Scribe digito tuo in pectore meo dulcē mēoriā tui melliflui nois. nulla vnq̄ʒ obliuione delendā. Scribe in tabul̄ cordis mei voluntatē tuā ⁊ iustificatōes tuas. vt te i mēse dulcedis dn̄m ⁊ p̄cepta tua sp̄ ⁊ vbiq̄ʒ habeā p̄ ocul̄ meis. Succēde mētē meā igne illo tuo. quē misisti in terrā ⁊ voluisti vehementer accēdi. vt sacrificiū sp̄ūs ꝯtribulati ⁊ cordis cōtriti aboꝛtis lachrymis quottidie offerā tibi. Dulcis xp̄e bōe iesu. sic̄ desidero. sic̄ tota mēte mea peto. da mihi amorē tuū sanctū ⁊ castuʒ. q me repleat teneat. totūq̄ʒ possideat. Et da mihi euidēs signū amoris tui. irriguū lachrymaꝝ fontē iugiter emanantē. vt ip̄e quoq̄ʒ lachryme tuū in me testent̄ amorē. ip̄e ꝓdāt. ipse loquant̄: ꝗ̄tū te diligit aīa mea: dū p̄ nimia dulcedie amoris tui: neq̄t se a lachrymis ꝯtiere. Remiscor pie dn̄e illi⁹ bōe mulieris anne: q̄ ad tabernaculū rogatura ꝓ filio venit: de q̄ scriptura refert. q̄ vult⁹ ei⁹ p⁹ lachrymas ⁊ p̄ces nō sunt āpli⁹ in diuersa mutati. Sʒ mēor tāte v̄tutis tāteq̄ʒ ꝯstātie: dolore torq̄or: ⁊ verecundia ꝯfūdor: q̄r me miseꝝ nimis deorsum iacē intueor. Si. n. ita fleuit ⁊ i fletu ꝑseuerauit mulier: q̄ q̄rebat filiū: quō plāgē ⁊ in plāctu ꝑsistere dʒ aīa mea q̄ q̄rit ⁊ amat deū: ⁊ ad eū ꝑuenire desiderat? Quō gemē ac flere dʒ tal̄ aīa q̄ q̄rit deū die ac nocte: q̄ p̄ter xp̄m nil vult amare. Miꝝ q̄ppe ē: si iā n̄ facte sunt ei lachryme sue panes die ac nocte. Respice ḡ ⁊ miserere mei q̄r dolores cordis mei mlt̄iplicati sunt. Da mihi ꝯsolatōeʒ tuā celestē: ⁊ noli sꝑnere peccatri-

ẽ aiaꝫ ꝑ q̃ mortuus es. Da mihi q̃so lachry-
mas ex toto affectu internas: q̃ pctõꝝ meoꝝ
possint soluẽ vincula. ⁊ celesti iocũditate sp̱ re
pleãt aiaꝫ meã. Si nõ cũ veris ⁊ pfectis mõa
chis quoꝝ vestigia neq̃o imitari: saltẽ cũ deuo
tis mulierib⁹ ꝯtulãcunqꝫ portõneꝫ in reğ tuo
merear adipisci. Ueit quoqꝫ mihi in mẽtẽ al-
teri⁹ mulieris deuotio mira: q̃ te i sepulchro ia-
centẽ pio amore q̃rebat: q̃ recedẽtib⁹ discipul'
de sepulchro nõ recedebat: q̃ sedebat ibi tristis
⁊ merẽs: ⁊ diu multumqꝫ flebat: ⁊ surgẽs mł-
tis lachrymis: iteꝝ iterumqꝫ ãtra defti sepul
chri vigilãtib⁹ ocul' explorabat: si forte alicubi
te vidẽ posset: quẽ feruẽti desiderio q̃rebat. iã
certe semel ⁊ iteꝝ igressa sepulchꝝ viderat: sꝫ
nimium amãti nõ satis erat: vtus. n. bõi opis
pseuerãtia ẽ. Et qꝛ p̄ ceteris dilexit ⁊ diligẽdo
fleuit: ⁊ flẽdo q̃siuit: ⁊ q̃rẽdo pseuerauit. iõ p̄ma
oim te inuenire: te vidẽ: te alloq meruit. Et ñ
solum hec. sꝫ etiã ipis discipul' glõse resurrecti
onis tue p̄nuncia extitit: te p̄cipiẽte ⁊ clemẽter
monẽte. Uade dic frib⁹ meis vt eãt in galyleã
ibi me videbunt. Si g̊ ita fleuit ⁊ i fletu pseue-
rauit mulier q̃ viuẽtẽ cũ mortuis q̃rebat: q̃ te
manu fidei tãgebat: quõ plãgẽ ⁊ in plãctu psiste
re dꝫ aia q̃ te redẽptorẽ suuꝫ iã celo p̄sidẽtẽ ⁊ v-
biqꝫ regnãtẽ. corde credit. ore ꝯfitet: Quõ g̊ ge
mere ⁊ flere dꝫ talis aia. q̃ te toto corde diligit:
teqꝫ toto desiderio vidẽ ꝯcupiscit: soluꝫ ꝯfugi-
um ⁊ vnica spes miseroꝝ. cui nunq̃ sine spe
misericordie supplicat. p̄sta mihi hãc gr̃aꝫ. ꝓpt
te ⁊ ꝓpt nomẽ sctm̃ tuuꝫ. vt quotiẽs de te cogi
to. de te loquor. de te scribo. de te lego. de te cõ
fero. quotiẽs tui remiscor. tibi assisto. laudes p̄
ces ⁊ sacrificium offero. totiẽs abortis lachry-
mis i ꝯspectu tuo copiose ⁊ dulcit flеã. ita vt ef
ficiant mihi lachryme mee pães die ac nocte
Tu qdẽ rex glie ⁊ oim v̄tutum magr̃. docuisti
nos v̄bo ⁊ exẽplo gemẽ ⁊ flere dicẽs. Beati q
lugẽt qm̃ ipi ꝯsolabunt. Tu fleuisti defunctuꝫ
aicuꝫ. ⁊ lachrymat⁹ ẽ valde sup pițurã citatẽ.
Rogo te bõe iesu p illas benignissimas lachry
mas tuas. ⁊ p oẽs miseratões tuas qb⁹ mirabi
lit nob pditis subueire dignat⁹ es. da mihi gra
tiã lachrymaꝝ quã multuꝫ desiderat. ⁊ appetit
aia mea. qꝛ sine dono tuo nõ possum hr̃e eã. sꝫ
p spm̃ sctm̃ tuuꝫ. q dura corda pctõꝝ mollit ⁊ ad
fletuꝫ ꝯpungit. Da mihi gr̃aꝫ lachrymaꝝ sic de
disti p̄rib⁹ nr̄is quoꝝ vestigia debeo imitari vt
plãgã me i oi vita mea. sic ipi se plãxert nocte
ac die. ꝓpter merita ⁊ orones eoꝝ. q tibi pla-
cuert ⁊ deuotissime seruiert. miserere mei miser
rimi ⁊ indigni serui tui. ⁊ da mihi gr̃aꝫ lachry-
maꝝ. Da mihi irriguuꝫ supi⁹ ⁊ irriguuꝫ iferi⁹.

vt sint mihi lachryme mee pães die ac nocte.
efficiarqꝫ i ꝯspectu tuo ds me⁹. p ignẽ ꝯpuncti
onis holocaustuꝫ pigue ⁊ medullatuꝫ. macter to
tus i ara cordis mei. ⁊ tãq̃ piguissimũ holocau-
stum assumar tibi i odorẽ suauitatis. Da mihi
dulcissime fõtẽ irriguũ. fontẽqꝫ pspicuũ: in quo
lauet assidue istud ingnatuꝫ holocaustũ. Licꝫ
eni me totuꝫ tibi obtuleri opitulãte gr̃a tua. in
multis tñ quottidie offẽdo ꝓpt nimiã fragili-
tatẽ meã. Da g̊ mihi gr̃aꝫ lachrymaꝝ bñdicte ⁊
amabil' ds p̄cipue ex multa dulcedine amoris
tui ⁊ ꝯmẽoratiõe miaꝝ tuaꝝ: p̄pa hãc mẽsam
famulo tuo iu ꝯspectu tuo: ⁊ da mihi eã in ptã
tẽ vt quotiẽs volo satier ex ea. Tribue p pie-
tate ⁊ boitate tua vt iste calix tu⁹ inebriãs ⁊ p̄-
clar⁹ satiet siti meã: vt ibiet tibi spũs me⁹ ⁊ ar-
deat mẽs mea i amore tuo: oblit⁹ vanitatis ⁊
miserie. Audi ds me⁹. audi lumẽ oculoꝝ meo
rũ. audi q̃ peto: ⁊ da vt petã qd audias. pie ⁊
exorabil' dñe: ne efficiaris mihi iexorabil' ꝓpt
pctã mea: sꝫ ꝓpt boitatẽ tuã suscipe p̄ces serui
tui: ⁊ da mihi effectũ petitiõis mee ⁊ desiderij
mei. p̄cib⁹ ⁊ meritis glĩose virginis marie do
mine mee ⁊ omnium sanctoꝝ. Amen.

¶ In ista orone mẽs hũana copiosius ꝯpungit
si in qete dicat. ¶ Caplm. xxxvj

IEsu dñe: Jesu pie:
iesu bone: q mori dignat⁹ es: ꝓpt
pctã nr̃a. ⁊ resurrexisti ꝓpt iustifica
tionẽ nr̃aꝫ. rogo te p gliosam resur
rectionẽ tuã. resuscita me de sepulchro vitioꝝ
⁊ pctõꝝ meoꝝ oim: ⁊ da mihi quottidie ptẽ in
resurrectõe p̄ma vt in resurrectõe tua merear
veraciter pcipe portõeꝫ. Dulcissime. benignis
sime. amãtissime. charissime. p̄ciosissime. desi
derãtissime. amabilissime. pulcherrime. ascen
disti in celũ cũ triũpho glie tue: ⁊ sedes ad dex-
terã p̄ris rex potẽtissime. trahe sursum ad te:
vt currã post te in odore vnguẽtoꝝ tuoꝝ: cur-
rã ⁊ nõ deficiã: te trahẽte te ducẽte me curren
tẽ: trahe os sitiẽtis te aie in supna fluẽta eterne
satietatis. imo trahe me ad te fõtẽ viuũ: vt iñ
p captu meo bibã vñ sp viuã: ds me⁹ vita mea
Tu eni dixisti ore tuo sancto ⁊ bñdicto. si qs si
tit veniat ad me ⁊ bibat. Fons vite da sitiẽti
aie sp bibẽ ex te. vt s̄m sctãꝫ ⁊ veridicã ꝓmis-
sionẽ tuã de vẽtre meo fluãt aq̃ viue. Fõs vite
reple mẽtẽ meã torrẽte voluptatis tue: ⁊ ine-
bria cor meuꝫ sobria ebrietate amoris tui: vt
obliuiscar q̃ vana sunt ⁊ terrena: ⁊ te solũ iugit
habeã in mẽoria mea sic scriptuꝫ ẽ. Mẽor fui
dei ⁊ delectatus sum. Da mihi spm̃ sctm̃ tuuꝫ
quẽ significabãt ille aq̃. q̃s sitiẽtibus datuꝝ te

ꝓmiſeras. Da q̄ſo toto deſiderio ⁊ oi ſtudio tē
dere quo te aſcēdiſſe poſt reſurrectōez die qua
drageſimo credimus. vt in pn̄ti q̄dez miſeria
ſolo tenear corpe: tecū āt ſim cogitatōne ſemp
⁊ auiditate. vt ibi ſit cor meum: vbi tu es the
ſaurus meꝰ deſiderabilis ⁊ incōpabilis mul-
tūqꝫ amabilis. Jn hoc enī magno huius vite
diluuio vbi circūſtantibus agitamur ꝓcellis: ⁊
non inuenit fida ſtatio ⁊ locus eminētior. vbi
pes columbe valeat aliquatenus requieſcē. nuſ-
q̄ꝫ tuta pax. nuſq̄ꝫ ſecura q̄es. vbiqꝫ bella ⁊ li-
tes. vbiqꝫ hoſtes. foris pugnē. intus timores
Et quia altera ꝑs ſumus celi: altera terre. cor-
pus quod corrumpit aggrauat animam. Jccir
co animus meus ſocius ⁊ amicus meus fati-
gatus de via veniēs. languet ⁊ iacet diſcuſſus
atqꝫ laceratus ab his q̄s ꝑtranſierat vanita-
tibus: eſurit ⁊ ſitit valde: ⁊ nō habeo quid po-
nam añ illū. quia paupꝫ ſum ⁊ mēdicus. Tu do
mine deus meus diues omnium bonoꝝ: ⁊ da
pium ſupne ſatietatis opulentiſſime largitor.
da laſſo cibū. collige diſperſum. reintegra ſciſ-
ſum. En ſtat ad oſtium ⁊ pulſat: obſecro ꝑ vi-
ſcera miſericordie tue q̄bus viſitaſti nos ori-
ens ex alto. aperi pulſanti miſero manum pie
tatis tue: ⁊ iube propiciabili dignatione vt in-
grediatur ad te: requieſcat in te: reficiatur de
te vino celeſtiqꝫ pane: quo ſatiatus reſūptiſqꝫ
viribus ad ſuperiora conſcendat: ⁊ de hac val-
le lachrymarum pēna ſancti deſiderij raptus
ad celeſtia regna volitet. Aſſumat domine: aſ
ſumat rogo ſpiritus meus pennas vt aquile: ⁊
volitet ⁊ non deficiat: volet ⁊ perueniat vſqꝫ
ad decorem domus tue: ⁊ locum habitationis
glorie tue: vt ibi ſuper menſam refectionis ci
uium supernoꝝ paſcatur de occultis tuis in lo
co paſcue tue iuxta fluenta pleniſſima: requie-
ſcat in te deus meus: cor meū: cor mare ma-
gnum tumens fluctibus. Tu qui imperaſti vē
tis ⁊ mari: ⁊ facta eſt tranquillitas magna: ve
ni ⁊ gradere ſup fluctus cordis mei vt trangl
la ⁊ ſerena fiant omnia mea: quatenus vnum
bonum meum amplectar te: ⁊ dulce lumen o-
culoꝝ meoꝝ ꝯtempler te ſine tumultuantiū
cogitationum ceca caligine. Confugiat domi-
ne mens mea ſub vmbra alaꝝ tuaꝝ ab eſtibus
cogitationū huius ſeculi. vt in tui refrigerij tē-
peramēto abſcōſa: letabunda cātet ⁊ dicat. Jn
pace inidipm: dormiā ⁊ reqeſcā. Dormiat ob-
ſecro dn̄e ds meꝰ: dormiat mēoria mea ab oi-
bus mal': iniq̄tatē odiat: iuſticiā diligat. Quid
enī pulchriꝰ: q̄due dulciꝰ: q̄ꝫ iter tenebras huiꝰ
vite: multaſqꝫ amaritudīes: diuīe dulcedini i-
hiare: ⁊ eterne beatitudini ſuſpirari: illic teneri
mēte: vbi vera habere gaudia certiſſimū eſt.
Dulciſſime. amātiſſime. benigniſſime. cha-
riſſime. ꝓcioſiſſime. deſiderātiſſime. amabiliſ-
ſime. pulcherrime: qn̄ te videbo: qn̄ apparebo
añ faciē tuā: qn̄ ſatiabor de pulchritudine tua:
qn̄ educes me de h̄ carcere tenebroſo: vt ꝯfite
ar nomini tuo: ita vt deinceps nō compūgar
Qn̄ trāſibo in illā admirabilē ⁊ pulcherrimam
domū tuā: vbi ꝑſonat vox leticie ⁊ exultatio-
nis in tabernaculis iuſtoꝝ: Beati q̄ habitant
in domo tua dn̄e: in ſecula ſeculoꝝ laudabunt
te. Beati ⁊ vere beati: quos elegiſti ⁊ aſſum-
pſiſti in illā celeſtē hereditatē. Ecce ſancti tui
dn̄e florēt añ te ſic liliū. Replent. n. ab vber-
tate domus tue. ⁊ torrente voluptatis tue po-
tas eos: qm̄ tu es fons vite: ⁊ in lumīe tuo vi
dent lumen: vſqꝫ adeo vt ipi videlicet lumen
illuminatū ꝑ te deū illuminantē: ſic ſol effulge
ant in conſpectu tuo. O q̄ꝫ mira: q̄ꝫ pulchra: q̄ꝫ
acceptabilia ſunt domus tue habitacula dn̄e
virtutum. ꝯcupiſcit intrare in ea peccatrix ani
ma mea. Dn̄e dilexi decorem domus tue: ⁊ lo
cum habitationis glorie tue. Unā petij a dn̄o:
⁊ hanc requiram: vt inhabitem in domo dn̄i
omnibus diebus vite mee. Quēadmodū cer
uus deſiderat ad fōtes aquaꝝ. ita deſiderat a-
nima mea ad te deus: qn̄ veniam ⁊ apparebo
añ faciē tuam: qn̄ videbo deum meum quem
ſitit anima mea: qn̄ videbo eum in terra vi-
uentiū: Jn iſta. n. terra morientiū videri non
poteſt mortalibus oculis. Quid faciam miſer
ego grauedine cōpedis mortalitatis mee con
ſtrictus: quid faciam: Dum ſumus in corpo-
re peregrinamur ad deum. Non habemus h̄
manentem ciuitatem: ſed futuram inq̄rimus
Noſter autem municipatus in celis eſt. Heu
mihi: qꝛ incolatus meus ꝓlōgatus ē: habita-
ui cū habitātibus cedar: multū incola fuit aīa
mea. Quis dabit mihi pennas ſicut columbe:
⁊ volabo ⁊ requieſcam. Nihil mihi tam dulce
q̄ꝫ cum domino meo eſſe. Mihi autem adhe
rere deo bonum eſt. Da mihi dn̄e donec his
fragilibꝰ aſſiſto mēbris tibi adherē. ſic ſcriptū ē
Qui adheret dn̄o vnꝰ ſpūs ē cū eo. Prebe mi
hi rogo ꝯtēplatōis pēnas: q̄bꝰ indutꝰ ad te vo
litē ſurſum. Et qꝛ oē ſiniſtꝝ deorſum iacet: te-
ne mētē meā ne ad ima tenebroſe vall' corruat
ne interueniēte vmbra terre a te vo iuſticie ſo-
le ſeper: ⁊ obducta tenebris nebule ꝓhibeat
alta reſpicē. Jccirco ſurſum tēdo ad pacis gau-
dia: luciſqꝫ delectabilē ⁊ sereniſſimū ſtatū. Te-
ne cor meū manu tua. qꝛ ſine te ad altiora nō
rapit: Jllic feſtino vbi ſumma pax regnat ⁊ iu
gis tranqllitas rutilat. Tene ⁊ rege ſpiritum

meũ: ⁊ aſſume illũ ſm voluntatẽ tuã: vt te du
ce aſcẽdat in illã regionẽ vbertatis vbi paſcit
iſrael in eternũ pabulo vitatis: vt ibi vel rapi
da cogitatione attingat, te ſũmã ſapientiã: ſup
oia manẽtẽ: cũcta trãſeuntẽ. ⁊ oia gubernantẽ.
Sed volitãti ad te aie multa ſunt que obſtre
punt: iuſſu tuo dñe cõticeſcãt mihi oia: ipſa ſibi
aia mea ſileat: oia ptranſeat: oia que creata ſũt
tranſcẽdat a ſe: ⁊ pueniat ad te: atqꝫ in te ſolo
creatore oĩuꝫ oculos fidei figat: tibi inhiet: tibi
intendat: te meditetur: te contẽplet: te ſibi ante
oculos ponat: te ſub corde revoluat verꝫ ⁊ ſum
muꝫ bonũ: ⁊ gaudiũ ſine fine manſurꝫ. Multe
deniqꝫ ſunt cõtemplationes: quibus aia deuo
ta tibi mirabiliter paſcit: ſed in nulla earꝫ ita d
lectat ⁊ requieſcit aia mea ſicut in te: ⁊ quando
te ſolũ cogitat ⁊ cõtemplat. Quã magna multi
tudo dulcedinis tue dñe: q̃ mirabiliter inſpi
ras cordibus amatorꝫ tuorꝫ: q̃ mira ſuauitas
amoris tui: quo perfruunt illi qui nihil preter
te diligunt: nihil querũt: nihil etiã cogitare cõcu
piſcũt. Felices illi quibus tu ſolus ſpes es: ⁊ oẽ
opus eorꝫ. oro. Beatus q ſedet ſolitarius ⁊ ta
cet: ⁊ ſtat ſup cuſtodiã ſuaꝫ iugiter die ac nocte:
vt adhuc in hoc fragili corpuſculo poſitus: pre
libare valeat aliquatenus dulcedinẽ tuã. Ro
go te per illa ſalutifera vulnera tua que paſſus
es in cruce pro ſalute noſtra: e quibus emana
uit ille precioſus ſanguis quo ſumus redem
pti: vulnera hanc aiaꝫ meã peccatricẽ: pro qua
etiã mori dignatus es: vulnera eaꝫ igneo ⁊ po
tentiſſimo telo tue nimie charitatis. Uiu⁹ eſt
eniꝫ ſermo dei ⁊ efficax: ⁊ penetrabilior oĩ gladio
ancipiti. Tu ſagitta electa ⁊ gladi⁹ acutiſſimus
qui dux ſcutũ humãi cordis penetrare tua po
tentia vales. Confige cor meũ iaculo tui amo
ris: vt dicat tibi aia mea: charitate tua vulne
rata ſuꝫ: ita vt ex ipſo vulnere amoris tui vb
rime fluant lachryme die ac nocte. Percute do
mine pcute obſecro hanc duriſſimã mẽtẽ meã
pia ⁊ valida cuſpide dilectionis tue: ⁊ alti⁹ ad
intima penetra potẽti virtute. Et ſic de capite
meo educ aquã imẽſaꝫ: ⁊ de oculis meis verũ
fontẽ lachrymarꝫ iugiter manentẽ: ex nimio af
fectu ⁊ deſiderio viſionis pulchritudinis tue: vt
lugeã die ac nocte: nullã in pñti vita recipiẽs cõ
ſolationẽ: donec te in celeſti thalamo merear vi
dere dilectũ ⁊ pulcherrimũ ſponſuꝫ meũ: deuꝫ
⁊ dñm meũ. vt ibi videns glorioſaꝫ admirabi
leꝫ ⁊ pulcherrimã faciẽ tuã omni dulcedine ple
naꝫ: cũ his quos elegiſti: maieſtatẽ tuã ſupplex
adorẽ: ⁊ illic tandẽ celeſti ⁊ ineffabili repletus
iubilo eterne exultationis: exclamẽ cũ diligenti
bus te dicens. Ecce qd ↄcupiui iã video: quod
ſperaui iã teneo: qd deſideraui iã hẽo. Illi nã
qꝫ in celis iunctus ſuꝫ: quẽ in terris poſitus to
ta virtute dilexi: tota charitate amplexus ſum:
cui toto amore inheſi: ipſum laudo: benedico:
atqꝫ adoro: qui viuit ⁊ regnat deus in ſecula ſe
culorum amen.

¶ Oratio in tribulatione. ¶ Ca. xxxvij.

Miſerere domine mi
ſerere pie, miſerere mihi miſer
rimo peccatori indigna agenti
⁊ digna patienti: aſſidue peccã
ti: ⁊ tua flagella quottidie ſuſti
nenti. Si penſo malũ quotidie qd feci: non eſt
tantuꝫ qd patior: grauius eſt qd cõmiſi: leui⁹ eſt
qd tolero: iuſtus es dñe ⁊ rectũ iudiciũ tuuꝫ: oia
iudicia tua iuſta ſunt ⁊ vera: iuſtus ⁊ rectus tu
es dñe deus nr̃: ⁊ nõ eſt vlla iniquitas in te. nõ
eniꝫ iniuſte neqꝫ crudeliter affligis nos pecca
tores omnipotẽs ⁊ miſericors dñe: quicũ non
eſſemus potẽter feciſti nos: ⁊ cũ prediti fuiſſe
mus culpa nr̃a: pietate ⁊ bonitate tua mirabi
liter reparaſti nos. Scio ⁊ certus ſum q̇ vita
nr̃a nõ temerarijs motib⁹ agit: ſed a te dño d
nro diſponit ⁊ gubernat. Unde tibi cura eſt de
omnibus: precipue de ſeruis tuis qui totã ſpẽ
ſuã poſuerunt in ſola miſericordia tua. Iccirco
obſecro ⁊ ſuppliciter rogo. vt non facias mihi
ſm peccata mea: qbus irã tuã merui: ſed ſcdꝫ
magnã miaꝫ tuã: que ſuperat etiã peccata toti
us mundi. Tu dñe qui exterius flagella irrogaſ
da ſemp interius indeficientẽ patientiam: ita vt
laus tua non recedat de ore meo. Miſerẽ mei
dñe miſerere mei ⁊ adiuua me ſicut tu noſti. q̇
mihi neceſſe eſt in corpore ⁊ in aia: ſcis oia: po
tes oia: qui viuis in ſecula.

¶ Orõ multũ deuota ad filiuꝫ. ¶ Ca. xxxviij.

Domine ieſu xp̃e fili dei vi
ui qui expãſis
in crũce manibus pp̃ter mortaliũ
oĩuꝫ redẽptõꝫ hauſiſti calicẽ paſſi
onis. mihi hodie pbere digneris
auxiliũ. Ecce paup venio ad te diuitem: miſer
ad miſericordẽ: ne recedã vacuus vel cõtẽpt⁹:
eſuriens icipio: ne deſinã de te ieiunus: fameli
cus accedo. ne recedã impaſtus. Et ſi ante q̃ co
medã ſuſpiro: da vel poſt ſuſpiria vt comedaꝫ.
In pmis dulciſſime ieſu corã magnificẽtia tue
ſuauitatis ↄfiteor aduerſuꝫ me iniuſticiã meã.
Ecce dñe qꝛ in peccatis fui ↄcept⁹ ⁊ natus: ⁊ tu
me abluiſti ⁊ ſcificaſti. ⁊ ego poſtea me maiori
bus ſordidaui pctis. Fui. n. in neceſſarijs nat⁹
poſtea in ſpõtaneis volutat⁹: ſꝫ tue dñe miſera
tionis nõ imemor: tuliſti me de domo pr̃is mei

carnalis:⁊ de tabernaculis pctoꝝ:⁊ inspirasti
mihi vt sequerer te cũ generatõe q̃rẽtiũ faciẽ tuã
ambulãtiũ semitã rectã:cõmorantiũ inter lilia
castitatis:⁊ tecũ discũbẽtiũ i cenaculo altissime
paupꝑtatis. Et ego tot bñficioꝝ ingrat⁹:p⁹ reli-
gionis ingressuz multa cõmisi illicita: multa ꝑ
petraui nefãda:⁊ vbi pctã emẽdare debui:pctã
pctis addidi. Hec sunt mala mea dñe qb⁹ exho
noraui te:⁊ maculaui me:quẽ ad imaginẽ ⁊ si-
militudinẽ tuã creasti:supbia: vana gloria:⁊ ce
tera multa alia mala:qb⁹ vexat̃ ⁊ affligit̃:lace-
rat̃ ⁊ destruit̃ infelix aĩa mea. Ecce dñe iniqta
tes mee supgresse sunt caput meũ:⁊ sic on⁹ gra
ue grauate sunt sup me:⁊ nisi tu cui ꝓpriũ ẽ mi
sereri sp ⁊ ꝑcere dextrã tue maiestatis suppo
nas:mergi cogor miserabilr̃ i ꝓfũduz. Attẽde
dñe ds̃ ⁊ vide qm̃ scũs:⁊ ecce isultat aduersuz
me inimic⁹ me⁹ dicẽs. ds̃ dereliqt eũ:ꝓsequar ⁊
ꝯphẽdã eũ:qꝛ ñ ẽ q eripiat: ⁊ tu dñe vsqȝquo:
conuertere ⁊ eripe aĩam meã: saluũ me fac ꝓp
miaz tuã:miserẽ filio tuo quẽ i dolore nõ modi
co pepisti:⁊ noli attẽdere malũ meũ vt obliui-
scaris bonũ tuũ:qs est pr̃ q filiũ nõ liberet: aut
qs fili⁹ quẽ pr̃ pietat͛ baculo ñ corripiat: Ergo
pr̃ ⁊ dñe lz pctõr sim nõ possuz nõ eẽ fili⁹ tu⁹:qꝛ
tu me fecisti ⁊ refecisti:sic peccaui emẽda me. ⁊
ꝑus flagello emẽdatũ trade me filio tuo. Nun
qd obliuisci põt mr̃ ifãtẽ vteri sui: Et certe si il
la oblita fuerit:tu pr̃ ꝓmisisti te non obliuisci.
Ecce clamo ⁊ nõ exaudis me. dolore crucior ⁊
nõ ꝯsolaris me. Quid dicã vl̃ qd faciã miserri
m⁹: Ego tãto destitut⁹ solatio ꝓiect⁹ suz a facie
oculoꝝ tuoꝝ. Heu me de q̃ꝫto bono i q̃ꝫtũ ma-
lũ cecidi:quo tẽdebã:⁊ quo deueni:vbi sum:⁊
vbi nõ sũ:ad quẽ aspiraui ⁊ nũc in qb⁹ suspiro:
Quesiui bona:⁊ ecce turbatio. Ecce iã morior
⁊ iesus nõ ẽ mecũ. Et ecce meli⁹ ẽ mihi nõ esse
q̃ꝫ sine iesu eẽ. Meli⁹ ẽ nõ viuere q̃ꝫ viuere sine
vita. Et tu dñe iesu vbi sunt mĩe tue antiq̃:nũ
qd irasceris mihi in finẽ: Placare obsecro:⁊
miserẽ mei:⁊ nõ auertas faciẽ tuã a me:q ꝑ me
redimẽdo nõ auertisti faciẽ tuã ab icrepãtib⁹ ⁊
ꝯspuẽtib⁹ i te. Fateor qꝛ peccaui. ⁊ ꝯscia mea me
ret̃ dãnatõez:⁊ pñia nõ sufficit ad satisfactõez
sz certũ ẽ ꝙ mĩa tua supat oẽz offensionẽ. Noli
q̃so pijssime dñe scribẽ aduersuz me amaritu-
dines meas: vt itres i iudiciũ cũ seruo tuo:sz ꝫz
multitudinẽ miserationuz tuaꝝ dele iniqtatez
meã. Ve mihi misero cũ venerit dies iudicij:
⁊ apti fuerit libri ꝯsciaꝝ ⁊ cũ dicet̃ de me. Ecce
hõ ⁊ opa ei⁹. Quid faciã tũc dñe deus me :cũ
celi reuelabũt iniqtatẽ meã:⁊ aduersuz me ter
ra ꝯsurget: Ecce nihil rñdere potero:sz demisso
capite ꝑ ꝯfusiõe corã te stabo trepidus ⁊ ꝯfusus

Heu me miseꝝ qd dicã clamabo ad te dñe ds̃
me⁹. Quare tacẽs ꝯsumor: Uerũtñ si locutus
fuero nõ qescet dolor me⁹:⁊ si tacuero amarissi
ma amaritudine crucior iteri⁹. Plãge aĩa mea
sic vidua sup viꝝ pubertatis tue: vlula misera ⁊
plora qm̃ dimisit te spõsus tu⁹.i.xp̃s. Ira oĩpo
tẽtis ne irruas sup me:qꝛ nũq̃ꝫ capi posses i me
Certe nõ est i toto me qd̃ possz tolerare te. Mi
serere ne desperẽ:sz despãdo respirẽ. Et si ego
cõmisi: vñ me dãnare potes:tu nõ amisisti: vñ
saluare soles. Tu dñe nõ vis mortẽ pctõꝝ:nec
letaris in ꝑditione morientiũ:imo vt mortui
viuerẽt tu mortu⁹ es: ⁊ mors tua pctõꝝ mortẽ
occidit. Et si ipsi te moriẽte vixerũt:obsecro do
mine vt ego te viuẽte nõ moriar. Mitte ma-
nũ tuã de alto:⁊ libera me de manu inimicoruz
meoꝝ:ne supgaudeãt mihi ⁊ dicãt. deuorabi-
mus eũ. Quis vnq̃ꝫ bone iesu de tua mĩa dif
fidat:q cũ inimici tui eẽm⁹ redemisti nos i san
guine tuo ⁊ reconciliasti nos deo: Ecce sub tue
mĩe vmbra ꝓtect⁹ ad thronũ glĩe veniã postu-
lãs:curro clamãs ⁊ pulsans donec miserearis
mihi. Si.n.ad veniã nos vocasti veniã nos q̃
rẽtes:q̃ꝫto magis veniã ipetrabim⁹ postulan
tes: Ne memineris dulcissime iesu tue iusticie
aduersus pctõrez tuũ:sz esto memor benigni-
tatis tue aduersus creaturã tuã. Ne memine
ris ire aduersus reũ:sz memor esto miseratõis
tue aduersus miseꝝ. Obliuiscere supbũ ꝓuocã
tẽ:⁊ respice miseꝝ iuocãtẽ. Quid.n.est iesus ni
si saluator: Ergo iesu ꝑ temetipsuz exurge in ad
iutoriũ mihi:⁊ dic aĩe mee salus tua ego sum.
Multũ dñe de tua bonitate ꝑsumo:qm̃ tu ipse
doces petere:q̃rere:⁊ pulsare:⁊ idõ tua orõne ad
monit⁹ peto q̃ro ⁊ pulso. Et tu dñe q iubes pe
tere:fac accipe:ꝯsulis q̃rere da ⁊ iuenire:doces
pulsare api pulsãti:⁊ ꝯfirma me ifirmũ. restau
ra me ꝑditũ. suscita me mortuũ. ⁊ oẽs sẽsus me
os. cogitat⁹ ⁊ actus dirigere ⁊ gubernare digne
ris in beneplacito tuo. vt de cetero tibi seruiã
tibi viuã tibiq̃ꝫ me tradã. Scio dñe mi qꝛ ex h
qd̃ me fecisti: debeo tibi me ipsuz. ⁊ qꝛ redemi
sti. ⁊ pro me homo factus es. deberẽ tibi plus
q̃ꝫ me si haberẽ. q̃ꝫto tu maior es pro quo dedi-
sti teipsuz. Ecce nec plus hẽo. nec qd̃ hẽo dare
tibi possuz sine te. sz accipe me tu. ⁊ trahe me ad
te. vt tu⁹ sim imitatione ⁊ dilectõe. sic tuus suz
cõditõe ⁊ creatõe. Qui viuis ⁊ regnas i secula.

¶ Oratio vtilis. ¶ Capitulum. xxxix.

D[d]omine deus omnipotens:qui es trinus ⁊ vnus. qui
es semp in oĩbus. ⁊ eras ante oĩa.
⁊ eris semp in oĩbus ds̃ bñdictus

in secula. tibi cōmēdo hodie ⁊ oī tpe aīaʒ meaʒ
corp⁹ meū. visuʒ audituʒ. gustuʒ. odoratuʒ. ⁊ ta
ctuʒ. oēs cogitationes meas. affectiōes. locu-
tōes. actōes. oīa exteriora ⁊ interiora. sensuʒ ⁊ i
tellectuʒ. memoriā meā: fidē ⁊ credulitatē meā
⁊ ꝑseuerātiā meā. in manus potētie tue. vt cu-
stodias ea diebus ⁊ noctib⁹. horis atqꝫ momē
tis. Exaudi me trinitas scā. ⁊ ꝯserua me ab oī
malo. ab oī scādalo. ⁊ ab oī mortali pctō. ab oī-
bus insidijs ⁊ infestationib⁹ demonuʒ. ⁊ inimi
coꝝ visibiliuʒ ⁊ inuisibiliuʒ. ꝑ orōnes patriar-
chaꝝ. ꝑ merita ꝓphaꝝ. ꝑ suffragia aploꝝ. ꝑ cō-
stantiā martyꝝ. ꝑ fidē cōfessoꝝ. ꝑ castitatē vir-
ginū. ⁊ ꝑ intercessionē oīuʒ scōꝝ q tibi placue-
runt ab initio mundi. Expelle a me iactātiam
mētis. ⁊ auge cōpunctionē cordis. minue super
biā meā. ⁊ ꝑfice in me humilitatē verā. susci-
ta in me fletuʒ. mollifica cor meū duꝝ ⁊ lapide
uʒ. libera me dñe ⁊ aīaʒ meā ab omnibus insi-
dijs inimici. ⁊ ꝯserua me in tua voluntate. Do
ce me dñe voluntatē tuā facere. qꝛ deus meus
es tu. Da mihi dñe sensuʒ ꝑfectuʒ ⁊ intellectū
vt suscipe valeā ꝓfundā benignitatē tuā. Illō
da mihi petere qō te audire dlectet ⁊ mihi ex
pediat. Da mihi lachrymas ex toto affectu q̄
pctōꝝ meoꝝ possint dissoluere vincula. Audi
dñs meus ⁊ ds meus. Audi lumē oculoꝝ meo
ruʒ. Audi q̄ peto. ⁊ da vt qō peto exaudias. Si
despicis pereo. si respicis viuo. Si iusticiā me
aʒ regris mortu⁹ feteo. si cum misericordia re-
spexeris fetētē resuscitas de sepulchro. Quod
odis in me lōge fac a me. ⁊ castitatis ac ꝯtinen
tie spirituʒ insere in me. vt qōcunqꝫ petiero in
ipsa petitione te nō offendā. Tolle a me qō no
cet. ⁊ ꝓbe qō iuuet. Presta mihi dñe medicinā
vñ mea possint curari vulnera. Da mihi dñe
timorē tuuʒ. cordis ꝯpunctionē. mētis humi-
litatē. ⁊ ꝯsciam purā. Presta mihi dñe vt fir-
mā semꝑ tenere valeā charitatē ⁊ mala mea ñ
obliuiscar aliena nō regrā. Parce aīe mee. par
ce malis meis. parce peccatis meis. parce cri
minib⁹ meis. Uisita me infirmuʒ. cura me egꝝ
sana me lāguētē. ⁊ suscita me mortuuʒ. Da mi
hi dñe cor qō te timeat. mētē que te diligat. sē
suʒ qui te intelligat: aures q̄ te audiāt. oculos
qui te videāt. Miserere mei ds miserere mei
⁊ respice me de sede scā maiestats tue. ⁊ tene-
bras cordis mei radio splēdoris tui illumina.
Da mihi dñe discretionē discernēdi inter bo-
nuʒ ⁊ maluʒ. ⁊ ꝯcede vt sensuʒ habeā ꝑuigileʒ.
Peto a te dñe remissionē oīum pctōꝝ meoꝝ.
ꝑ quā mihi fiat ꝓpitiatio in tēpore necessitatis
⁊ angustie mee. Sācta ⁊ imaculata virgo dei
genitrix maria ⁊ mater dñi nr̄i iesu xpi interue
nire pro me digneris apud illū cui⁹ meruisti
effici tēplū. Sctē michael: sctē gabriel: sctē ra-
phael. Scti chori angeloꝝ atqꝫ archangeloꝝ:
patriarchaꝝ atqꝫ ꝓphetaꝝ: apostoloꝝ: euange
listaꝝ: martyꝝ: ꝯfessoꝝ: sacerdotū: leuitaꝝ: mo-
nachoꝝ: virginū: oīumqꝫ iustoꝝ: ꝑ illū qui vos
elegit: ⁊ de cui⁹ cōtēplatione gaudetis: vos ro
gare presumo: vt pro me culpabili ipsi deo sup
plicare dignemini quatin⁹ de faucib⁹ diaboli ⁊
de morte ꝑpetua merear libari. Largiri mihi
digneris dñe ꝑpetuā vitā sꝫ clemētiā ac beni
gnissimā miaʒ tuā. Da dñe iesu xp̄e sacerdoti
bus ꝯcordiā: regib⁹ ⁊ principib⁹ iuste iudicanti
bus trāquillitatē ⁊ pacē. Oro dñe pro vniuer
sa scā ecclia catholica: pro viris ⁊ feīs: pro re-
ligiosis ⁊ secularib⁹. pro oībus rectorib⁹ chri-
stianoꝝ: cunctisqꝫ in te credētib⁹: qui pro amo
re tuo sancto laborāt: vt ꝑseuerantiā boni ope
ris obtineāt: Presta dñe rex eterne virginib⁹
castitatē: deo dicatis ꝯtinētiā: ꝯiugatis scimo-
niā: penitētib⁹ indulgētiā: viduis: ⁊ orphanis
sustentationē: paupib⁹ ꝓtectionē: ꝑegrinātibus
reditū: lugētib⁹ ꝯsolationē: defunctis fidelib⁹
requiē sempiternā: nauigātibus in portū veni
re salutis: optimis vt in bonitate sꝑ ꝑsistāt: bo
nis ⁊ mediocrib⁹ vt meliores fiāt: praue agē-
tibus ⁊ delinquētibus vt ego miser suʒ vt cito
se corrigāt. O dulcissime ⁊ misericordiosissime
dñe iesu xp̄e fili dei viui redēptor mūdi iter oēs
⁊ ꝑ oīa me miseꝝ pctōreʒ ꝯfiteor: sꝫ tu clemē-
tissime pr̄ ⁊ sūme: qui oīuʒ misereris: nō me pa
tiaris a tua mia fieri alienū. Et tu dñe rex regū
q inducias viuēdi ꝑstas: corrigēdi mihi deuo-
tionē tribue: excita i me mētē q̄ te regrat: te de
sideret: ⁊ te q es vbiqꝫ tot⁹ trin⁹ ⁊ vn⁹ sꝑ pre oī
bus amet te timeat: tuāqꝫ volūtatē faciat. Pre
cipue ꝗ dñe sancte pr̄ deprecor qui es bñdict⁹
⁊ gloriosus ꝑ oīa secla.: vt oēs qui mei memori
aʒ faciunt in suis orōnibus: ⁊ q indignis orōni
bus meis se cōmēdauerūt: ⁊ qui mihi aliquod
charitatis offm̄ ⁊ pietatis studiū impēderunt
seu ⁊ illos qui ꝯsanguinitate ac cognatōis affe
ctu sunt mihi ꝓpinqui: tā ⁊ illos qui nūc ꝑsistūt
in corpore qꝫ ⁊ illos qui tegunt funere miseri-
corditer gubernare digneris ne ꝑeant. Oibus
etiā christianis viuis adiutoriū ꝑstare digne-
ris: ⁊ defunctis fidelibus absolutionē ⁊ requiē
sempiternā ꝑ eterna secula. Necnō ⁊ illud ma
gnopere supplico dñe qui es alpha ⁊ o: vt cū ex
trema dies mea finisqꝫ vite mee aduenerit tu
mihi sis misericors iudex ꝯ malignū accusato
reʒ diabolū: ⁊ sis mihi ꝑpetuus defensor aduer
sus insidias hostis antiq: ⁊ in societateʒ ange-
loꝝ oīumqꝫ sanctoꝝ in sancto paradiso tuo me

pseuerare facias: qui es bñdictus in secula se-
culorum. Amen.

¶ Oratio deuota de recordatione passionis christi. ¶ Capitulum. xj.

Domine iesu xp̄e redē
ptio mea. mīa mea: salus mea: te
laudo: tibi gratias ago: q̄uis val
de impares tuis beneficijs. q̄uis
multū expertes deuotiōis: q̄uis macras a de
siderata pinguedine dulcissimi tui affect⁹: tñ
qualescūq; grās: nō quales scio me debere: s;
sic ꝑt conari tibi ꝑsoluit aīa mea. Spes cordis
mei: virtus aīe mee: ꝓpleat tua potentissima
dignitas qd conat̄ mea tepidissima imbecilli-
tas: vita mea: tu finis intētionis mee. Et si nō
dū merui tm̄ quantū debitor su; amare: vtiq;
saltē desidero te amare q̄tū debeo. Illumina
tio mea tu vides ꝯsciā; meā. q: dñe ante te est
omne desideriū meū. ꝛ tu donas si qd bñ vult
ꝯscia mea. Si bonū est dñe qd īspiras: imo q:
bonū est vt te veli; amare: da qd me facis vel
le. Da vt quantu; iubes tm̄ te merear amare.
laudes ꝛ gratias effero ne sit mihi donū tuu;
infructuosu;: qd tua spōtanea dedisti volunta
te: perfice qd incepisti: ꝛ dona qd me benigne
preueniēdo imeritu; desiderare fecisti. Cōuerte
benignissime meū torporē in feruētissimum tui
amorē. Ad hoc clemētissime tendit hec oratio
mea: hec memoria ꝛ meditatio bñficioꝝ tuoꝝ:
vt accendas in me tuū amorē. Tua me dñe bo
nitas creauit: tua misericordia creatū ab ori-
ginali peccato mūdauit. tua patiētia post illā
emundationē baptismi in alijs peccatoꝝ sor-
dibus inuolutū hactenus tolerauit: nutriuit ꝛ
expectauit. Expectas tu bone dñe correctionē
expectat aīa mea ad penitēdu;. ad bñ viuēdu;
tue grē inspirationē. Deus meus: creator me⁹
tolerator ꝛ nutritor me⁹: te sitio: te esurio: te de
sidero: ad te suspiro ꝛ cōcupisco: ꝛ sicut pupillus
benignissimi patris orbatus pñtia: flens ꝛ eiu
gulās incessanter eius dilectā faciē toto corde
amplectit̄: sic ego nō q̄tu; debeo: s; quātum
queo memor passionis tue: memor alapaꝝ tua
ru;: memor flagelloꝝ: memor vulneru; tuoꝝ:
memor qualiter pro me occisus es: qualiter cō
ditus. qualiter sepultus: similis memor tue glo
riose resurrectionis ꝛ admirabilis ascensiōis
Hec indubitata fide teneo: exilij mei erumnas
defleo: spero tui aduentus solā cōsolationē: ar-
denter desidero tui vultus gloriosa; ꝯtēplatio
nē. Heu mihi q: videre nō potui dñm ange-
loꝝ humiliatū ad ꝯuersationē hoīum: vt ho-
mines exaltaret ad conuersationez angelorum
cum deus offensus moriebatur: vt peccator vi
ueret. Heu q: tam admirabili: tam inextima-
bili pietati presens obstupescere non merui.
Cur o anima mea te presertim non transfigit
gladius doloris acutissimi cum ferre non pos-
ses vulnerari lancea latus tui saluatoris cu; vi
dere nequires violari clauis pedes ꝛ manus
tui plasmatoris: cum horrore effundi sanguine;
tui redemptoris: cur non es inebriata lachry-
marum amaritudinē cum ille potaretur ama
ritudine fellis. Cur non es compassa charissi-
me virgini: dignissime matri eius: dignissime
domine tue. Domina mea misericordiosissi-
ma quos fontes dicam erupisse de tuis pudi-
cissimis oculis: cum attenderes vnicum filiu;
tuum innocentem coram te ligari: flagellari ꝛ
mactari. Quos fletus credam perfudisse pijs
simum tuum vultum: cum suspires eundem fi-
lium tuum deum ꝛ dominum tuum in cruce si
ne culpa extendi ꝛ carnem de carne tua ab im
pijs crudeliter desecari. Quibus singultibus
extimabo purissimum pectus tuum vexatum
esse cum tu audires. Mulier ecce filius tuus:
ꝛ discipulus: ecce mater tua. Cum acciperes
discipulum pro magistro: seruu; pro domino
Utinam cum felice ioseph dominum meum de
cruce deposuissem: aromatibus condidissem. ꝛ
sepulchro collocassem: vt saltem prosecutus vl
consecutus essem: vt tanto funeri non defuis-
set aliquid mei obsequij. Utinam cum beatis
mulieribus corusca visione angelorum essem
territus: ꝛ audissem nuncium dominice resur-
rectionis: nuncium mee consolationis: nunciū
ta; ex peccatū: nunciu; tam desideratu;. Utinā
inq; audisse; ex ore angeli. Nolite timere vos
iesum queritis crucifixum. Surrexit: non est
hic. Benignissime: suauissime: serenissime qñ
restaurabis mihi: q: non vidi illam beate tue
carnis incorruptionem. q: non fui deosculatus
loca vulnerum: fixuram clauorum. quia non re
spersi lachrymis gaudij cicatrices corporis ve
ri. Admirabilis: inestimabilis: incōparabilis
quando consolaberis ꝛ compesces me a dolo
re meo. Non. n. capit in me dolor meus q̄diu
peregrinus su; a dño meo. Heu mihi dñe heu
anime mee: recessisti ꝯsolator anime mee: nec
vale dixisti. Ingrediens vias tuas benedixi-
sti tuis nec affui. Eleuatis manibus a nube su
sceptus es in celum nec vidi. Angeli promise-
runt te rediturum nec audiui. Quid dicam: qd
faciam: quo vadam: Ubi eum queram: vel
quando inueniam: Quē rogabo: Quis nuncia
bit dilecto: quia amore langueo: defecit gau-
dium cordis mei. Uersus est in luctum risus

meus. defecit caro mea ⁊ cor meũ: ds cordis
mei ⁊ ps mea ds in eternũ. Renuit consolari
aĩa mea nisi de te dulcedo mea. Quid eni mi-
hi ẽ in celo: ⁊ a te qd volui sup terrã? Te volo
te spero. te q̃ro. tibi dixit cor meũ q̃siui vultũ
tuũ: vultũ tuũ dñe regrã. ne auertas faciẽ tuaz
a me. Amator hoim benignissime: tibi dereli-
ctus ẽ paup: orphão tu eris adiutor. Mi aduo
cate tutissime: miserere mei orphani derelicti
pupillus factus sum absq; pře. aĩa mea q̃si vi
dua. Respice orbitatis ⁊ viduitatis mee la-
chrymas q̃s tibi offero donec redeas: eya iaz
dñe eya. Appare mihi ⁊ ꝯsolatus ero. Exhibe
pñtiã tuã ⁊ ꝯsecut⁹ ero desideriũ meũ. Reue-
la gl'az tuã: ⁊ erit pfectũ gaudiũ meuz. Sitiuit
in te aĩa mea: q̃ multipl'r tibi ⁊ caro mea. Si
tiuit aĩa mea ad deũ fontẽ viuũ: qñ veniã ⁊ ap
parebo añ faciẽ dñi qñ venies ꝯsolator meus.
Quẽ expectabo: o si qñ videbo gaudiũ meũ qd
desidero. O si satiabor cuz apparuerit gl'a mea
quã esurio. O si inebriabor ab vbertate dom⁹
tue ad quã suspiro. Si potab me torrẽte volu-
ptatis tue quẽ sitio. Sitiuit mihi dñe interĩ la
chryme mee panes die ac nocte: dõec dicatur
mihi. Ecce ds tuus dõec audiat aĩa me a. Ec-
ce spõsus tu⁹. Pasce interĩ me singultib⁹ meis
refocilla me dolorib⁹ meis. veniet fortasse re
dẽptor me⁹ qz bonus ẽ. nec tardabit qz pi⁹ est.
Ipi gloria in secula seculoꝝ Amen.

Finis Meditationum beati Augustini e pi
Hypponensis.

D Omine ds omps patr nřoꝝ abraã
ysaac ⁊ Jacob ⁊ semini eoꝝ iusto: q
fecisti celũ ⁊ terrã cum oĩ ornatu eo
rum. q signasti mare p̃cepti tui vbo
q ꝯclusisti abissũ ⁊ significasti terribili ⁊ lau-
dabili noi tuo qd oẽs pauẽt ⁊ tremunt a vultu
vtutis tue. Insustẽrabil' ira sup pctõres ꝯmina
tionis tue. qm tu dñs altissim⁹ sup oẽz terram
lõganimis ⁊ misericors ⁊ patiẽs sup malitias
hoim. Tu aũt dñe fm bonitatẽ tuã ꝓmisisti pe
nitẽtiã remissionis pctoꝝ. Et tu dñe iustoꝝ nõ
posuisti penitẽtiã iustis abraam ysaac ⁊ iacob
his q nõ peccauerũt. Qm peccaui sup nũeꝝ are-
ne maris: ⁊ multiplicate sunt iniqtates mee.
Incuruatus sum multo vinculo ferri: ⁊ nõ est
respiratio mihi: qz excitaui iracundiã tuam: ⁊
malum corã te feci: statuẽs abominatiões: ⁊
multiplicãs offensiones. Et nunc flecto genua
cordis mei. p̃cãs ad te bonitatẽ. dñe peccaui.
dñe peccaui. dñe peccaui. iniqtatẽ meã agnosco:
peto rogãs te dñe remitte mihi remitte mihi.
ne simul tradas me cũ iniqtatib⁹ meis: neqz
in eternũ serues mala. qz indignum saluab me
ꝑpter magnã misericordiã tuaz. Et laudabo
te in oĩbus diebus vite mee: qm te laudat ois
vi⁹ celoꝝ sp. ⁊ tibi ẽ gl'a in secula secloꝝ Amẽ.

Incipit liber Diui Augustini Hypponen-
sis epi: Soliloquioꝝ anime ad deum De inef-
fabili dulcedine dei. Caplm. j.

C Ognoscam te
dñe cognitor me⁹ cognoscã
te virtus aĩe mee. Dñe
te mihi ꝯsolator me⁹. vi
deã te lumen oculorum
meoꝝ. Ueni gaudiũ sps
mei. videã te leticia cor
dis mei. Diligam te vi
ta aĩe mee. Appare mihi delectatio mea ma-
gna. solatium meum dulce. dñe deus me⁹. vi
ta mea ⁊ gloria tota anime mee. Inueniam te
desiderium cordis mei: teneam te amor ani-
me mee. Amplectar te spõse celestis. Exulta
tio mea summa intus ⁊ extra: possideam te be
atitudo sempiterna: possideam te in medio cor
dis mei: vita beata: dulcedo summa anime
mee. Diligam te domine fortitudo mea: do-
minus firmamentum meuz ⁊ refugiũ meum
⁊ liberator meus. Amem te deus meus adiu-
tor meus: turris fortitudis mihi: ⁊ spes mea
dulcis in omni tribulatione mea. Amplectar
te bonum sine quo nihil bonum. fruar te opti-
mum sine quo nihil est optimum. Aperi pene
tralia aurium meaꝝ: vbum penetralius omni
gladio ancipiti: vt audiam vocem tuam. In-
tona domine desuper voce grandi ⁊ forti. To
net mare ⁊ plenitudo ei⁹. ꝯmoueaſ terra ⁊ oĩa
que in eis sunt. Illustra oculos meos lux in-
comprehensibilis. fulgura chorusicationem ⁊
dissipa eos: vt non videant vanitatem. Flu-
mina multiplica ⁊ conturba eos: vt appareãt
fontes aquarum: ⁊ reuelentur fundamenta or-
bis terrarum. Tribue visum lux inuisibilis: q
te videat. Crea nouum olfactum odor vite: q
post te currat in odorem vnguentoꝝ tuorum.
Gustum sana qui sapiat ⁊ cognoscat ⁊ discer-
nat q̃ magna multitudo dulcedinis tue domi-
ne quam abscondisti his qui pleni sunt chari-
tatis tue. Da cor quod te cogitet. animum q
te diligat. mentem qui te recolat. intellectum
qui te intelligat. rationem que tibi semp sum-
mo delectabili fortiter adhereat. Te sapien-
ter amor sapiens diligat. O vita cui omnia vi
uunt. vita que das mihi vitam: vita que es
mea vita p quam viuo: sine qua morior: vita
per quam resuscitor: sine qua pereo. vita per
quã gaudeo: sine qua tribulor: vita vitalis dul

cis ⁊ amabilis:semꝑ memorialis. Ubi queso
es:vbi te inueniã vt in me deficiaz ⁊ in te sub
sistã? Prope esto in animo:prope in corde:pro
pe in ore : prope in auribus : prope in auxilio :
quia amore langueo:quia sine te morior:quia
te recolẽs suscitor. Odor tuus me recreat:me
moria tua me sanat:sed satiabor cũ apparue-
rit gloria tua vita anime mee. Cõcupiscit ⁊ de
ficit anima mea de memoria tua quando ve
niã ⁊ apparebo tibi leticia mea. Nũ re faciez
tuã auertis:gaudiũ meũ per qđ gaudeo? Ubi
es absconditus pulcher quẽ desidero? Odorez
tuũ haurio: viuo ⁊ gaudeo. Te autẽ nõ video
vocẽ tuã audio ⁊ reuiuisco. Sed cur faciẽ tuã
abscondis? forte dicis. Non videbit me homo
⁊ viuet. Eya domine moriar: vt te videã: vi-
deã vt hec moriar. Nolo viuere volo mori:
dissolui cupio ⁊ esse cũ christo. Mori desidero
vt videã christũ. viuere renuo vt viuã cũ xp̃o
O domine iesu accipe spiritũ meũ: vita mea
suscipe aĩam meã. Gaudiũ meuz attrahe cor
meuz: dulcis cibus meus comedã te. Caput
meũ dirige me. Lumen oculoꝝ meoꝝ illumi-
na me/melos meus tẽpera me./Odor meus
viuifica me/verbũ dei recrea me / Laus mea
letifica aĩam serui tui/Intra in eaz gaudiũ me
um vt in te gaudeat/Intra in eã dulcedo sum
ma vt dulcia sapiat/Lumen eternũ illustra sup
eaz: vt te intelligat cognoscat ⁊ diligat. Ob h̃
eniz non te diligit domine:si non diligit q: nõ
te cognoscit: ⁊ te ideo nõ cognoscit q: non itel
ligit. Et iccirco non intelligit:q: lumẽ tuũ nõ
cõprehendit: ⁊ lux in tenebris lucet ⁊ tenebre
eã nõ cõprehenderũt. O lux mẽtis:o lucens ve
ritas:o vera claritas/que illuminas hominẽ
venientẽ in hunc mundũ. Uenientẽ quidẽ sed
non diligentẽ:q: qui diligit mundũ inimicus
dei cõstituit. Expelle tenebras desuper faciez
abyssi mẽtis mee vt videat te intelligendo: vt
cognoscat te cõprehẽdẽdo: vt diligat te cogno
scendo. Quisqs eniz cognoscit te diligit te: se
obliuiscit:amat te plus q̃z se:relinqt se ⁊ venit
ad te: vt gaudeat de te. Hic est ergo domine
q̃ non tantuz diligo quãtũ debeo q: nõ plene
cognosco te. Sed q: paruz cognosco paruz di
ligo. Et q: parum diligo paruz in te gaudeo.
Sed a te vero gaudio interiori per exteriora
recedens: dũ te solo careo adulterinas amici-
tias in his exterioribꝰ quero. Et sic miser ego
cor meum quod tibi soli debui toto amore:to-
toq̃z affectu impendere: vanis dedi. ⁊ ideo va
nus effectus sum duz vanitatẽ dilexi. Hinc ẽt
est domine q̃ in te non gaudeo: ⁊ tibi nõ adhe
reo: q: ego in exterioribus: tu in interioribus:
ego in temporalibus: tu in spiritualibus: ego
in transitorijs animo diffundor: cogitatõe ver
sor: locutione implicor: ⁊ tu domine in eternis
habitas: ⁊ eternitas es. tu in celo: ego in terra:
tu diligis alta: ego infima: tu celestia ego terre
stria. Et quando poterunt hec c̃ria conuenire?

De miseria ⁊ fragilitate hoĩs. Cap. ij.

Miser ego quando po
terit obliquitas mea tue rectitudi
ni adequari? Tu domine diligis
solitudinẽ: ego multitudinẽ: tu si-
lentium: ego clamorez: tu veritatẽ: ego vanita
tem: tu mundiciam: ego ĩmundiciam sequor.
Quid plura domine? Tu vero bonus: ego ma-
lus. tu pius: ego impius. tu sanctus: ego miser
tu iustus: ego iniustus. tu lux: ego cecus. tu vita
ego mortuus. tu medicina: ego eger: tu gaudiũ
ego tristicia. tu summa veritas: ego vniuersa
vanitas: vt omnis homo viuens. Heu quid
igitur o creator dicã: audi o creator. Creatura
tua sum: iam perij: creatura tua sum iam mori
or. Factura tua suz: iã ad nihilũ redigor. Plas
ma tuũ sum. Manus tue domine fecerunt me
⁊ psalmauerunt me: manus inquã ille que af-
fixe clauis sunt pro me. Opus manuuz tuaruz
domine ne despicias. Uulnera manuũ tuaruz
precor vt aspicias. Ecce in manibus tuis do-
mine deus descripsisti me: lege ipsam scriptu-
rã ⁊ salua me. En ad te suspiro creatura tua.
Creator es recrea me. En ad te clamo factu-
ra tua: vita es viuifica me. En ad te respicio
tuuz plasma: plasmator es restaura me. Par
ce mihi domine nihil enim sunt dies mei.
Quid est homo vt possit alloqui deum facto-
rez suum. Parce mihi colloquenti tibi. Igno-
sce seruo tuo qui presumit loqui tanto domio.
Legẽ nõ h̃z necessitas. Dolor me cõpellit di-
cere: calamitas quã patior cogit me exclama
re. Egrotus sum ad medicũ clamo/cecus sum
ad lucẽ propero/Mortuus suz ad vitã suspiro
Tu es medicus: tu lux: tu vita: iesu nazarene.
Miserere mei fili dauid: miserere mei fons
misericordie. Audi qui ad te clamat infirmum.
Lux que transis expecta cecũ/prebe ei manũ
vt ad te veniat ⁊ in lumine tuo videat lumen
Uita viuens reuoca mortuũ/Quid suz ego q
loquor tecũ? Ue mihi domine: parce mihi dñe
ego cadauer putridũ: esca vermiũ: vas fetidũ
cibus igniũ. Quid sum ego qui loquor tecum?
Ue mihi domine: parce mihi domine. Infe-
lix ego homo: homo inq̃z natus de muliere bre
ui viuẽs tẽpore repletus multis miserijs. ho
mo inq̃z vanitati similis factus: cõparatus iu-

mentis insipiētibus:⁊ iaz similis factus illis.
Quid itez ego: abyssus tenebrosa: terra mise-
ra: filius ire vas aptū in cōtumeliā: genitus p
imundiciā: viuens in miseria: moritur⁹ in an
gustia. Heu miser quid suz: heu quid futurus
sum: vas sterquilinij: concha putredis: plenus
fetore ⁊ horrore: cec⁹: pauper: nudus: plurimis
necessitatibus subditus ⁊ ignorās introituz:⁊
exitū meū: miser ⁊ mortalis: c⁹ dies sic vmbra
ptereūt: c⁹ vita sic vmbra lunatica euanescit sic
flos i arbore crescit ⁊ stati marcescit: nūc florz ⁊
statiz arz. Vita inqꝫ mea vita fragilis: vita ca
duca vita q̄ q̄to magis crescit tāto magis dcre
scit. quāto magis pcedit tanto magis ad mor
tē accedit. Vita fallax ⁊ vmbratica: plena laq̄
is mortis. Nunc gaudeo: statiz tristor: nunc vi
geo: iaz infirmor: nunc viuo stati morior: nunc
felix appareo semper miser: nunc rideo iā fleo
sicqꝫ oia mutabilitati subiacent: vt nihil vna
hora in vno statu permaneat. Hinc timor: hic
tremor: hinc fames: hinc sitis: hinc calor: hinc
frigus: hinc langor inde dolor exuberat. Sub-
sequit̄ his importuna mors que mille modis
quotidie miseros hoies inopinate rapit. Hūc
necat febribus: illū opprimit doloribus: hunc
consumit fames: illū sitis extiguit: hunc suffo
cat aquis: illū interimit laqueo. Illū perimit
flāmis: aliū dētibus bestiaꝝ ferocium vorat.
Hunc trucidat ferro: illū veneno corrumpit:
alteꝝ tantū repentino terrore miserā vitā fini-
re cōpellit. Et super hec oia magna miseria:
cū nihil sit certius morte ignorat homo finem
suū. Et cū stare putat collidit̄ ⁊ perit spes eius
Nescit eniz homo qn̄ vel vbi vel qūo moria
tur: ⁊ tamē certū est ꝙ eū mori oporteat. Ec-
ce domine q̄z magna miseria hois in qua sum:
nec time o: q̄z grandis calamitas quaz patior:
nec doleo: ⁊ ad te nō clamo. Clamabo dn̄e an̄
q̄z trāseā si forte nō trāseā sz i te maneā. Dicā ḡ
dicā miseriā meā: cōfitear: nec erubescā ante te
vilitatē meā. Adiuua me fortitudo mea p quā
subleuor. Succurre virtus per quā sustentor.
Veni lux per quā video: appare gloria per quā
gaudeo. Appare vita in qua viuam o domine
deus meus.

De mirabili lumine dei. Cap. iij.

Lux quaz videbat
thobias qn̄ oculis clausis doce
bat filiū suū viaz vite. Lux quā
videbat ysaac interius: qn̄ cali
gantibus oculis exterius filio
futura narrabat. Lux inqꝫ inuisibilis cui om-
nis abyssus humani cordis est visibilis. Lux
quā iacob videbat: quādo sicut tu intus doce-
bas filijs exterius ventura predicebat. Ecce
tenebre sunt sup faciē abyssi mētis mee: tu es
lumen. Ecce caligo tenebrosa sup aquas cor-
dis mei: tu es veritas. O verbū per qd̄ facta
sunt oia: ⁊ sine quo factū est nihil. Verbū qd̄
es ante oia: ante quod nihil. Verbū creās oia
sine quo oia nihil. Verbū regens oia: sine quo
nō sunt omnia. Verbū quod dixisti in princi-
pio: fiat lux ⁊ facta est lux. Dic etiaz mihi: fiat
lux ⁊ facta sit lux ⁊ videā lumen: ⁊ cognoscam
quicqd non est lumen: qꝛ sine te mihi tenebre
lumen: ⁊ lumen tenebre ponuntur. Et sic sine
tua luce non est veritas. Adest error: adest va
nitas: nō est discretio: adest cōfusio: adest igno-
rantia: nō est scientia: adest cecitas: nō est visio
adest inuiū. nō est via: adest mors: nō est vita.

De mortalitate humane nature. Ca. iiij.

Ece domine qꝛ lux
non est: mors est: imo non est
mors: qꝛ nihil est mors. Nam
per ipsam ad nihilū tendimus:
dum nos nihil facere per pecca
tum non formidamus. Et iuste quidē hoc do
mine: nā digna factis recipimus: dū ad nihi-
lū deuenimus tanqꝫ aqua decurrens: qꝛ sine te
factum est nihil: ⁊ nos faciendo nihil: facti su-
mus nihil: qꝛ sine te sumus nihil: per quez fa-
cta sunt omnia sine quo factū est nihil. O do-
mine verbum: o deus verbū: per quod facta
sunt omnia: sine quo factuz est nihil. Ve mihi
misero totiens obcecato: qꝛ tu lux: ⁊ ego sine te
Ve mihi misero totiens vulnerato: qꝛ tu salus
⁊ ego sine te. Ve mihi misero totiens infatua
to: qꝛ tu es veritas: ⁊ ego sine te. Ve mihi mi
sero totiens oberrato: qꝛ tu via ⁊ ego sine te.
Ve mihi misero totiens annihilato: qꝛ tu ver
bū per qd̄ facta sunt oia ⁊ ego sine te: sine quo
factū est nihil. O dn̄e verbū o deus verbū: qui
es lux per quē facta est lux: qui es via veritas
⁊ vita: in quo non sunt tenebre: error vanitas:
neqꝫ mors. Lux sine qua tenebe: via sine qua
error: veritas sine qua vanitas: vita sine qua
mors. Dic verbūz domine: fiat lux vt videā
lucē ⁊ vitē tenebras: videam viam ⁊ vitem in
uiuz videā veritatē ⁊ vitē vanitatē: videam
vitā ⁊ vitē mortē. Illuminare dn̄e lux mea
illuminatio mea: ⁊ salus mea quez timebo: do
minus meus quem laudabo. deus meus quē
honorabo: pater meus quē amabo: spōsus me
us cui me seruabo. Illuminare inqꝫ illuminare
lux huic ceco tuo: qui in tenebris ⁊ in vmbra
mortis sedet: ⁊ dirige pedes eius in viam pa

eis per quã ingrediar in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domũ dei in voce exultationis ꝛ confessionis. Vera enĩ confessio est via per quã ingrediar ad te viã: per quã egrediar ab inuio. ꝛ reuertar ad te viam: quia es tu vera via vite.

¶ Quid sit nihil fieri. ¶ Cap. v.

Confitear ergo confitear tibi pater dñe celi ꝛ terre miseriã meã: vt me venire liceat ad misericordiã tuã. Miser quippe factus sũ ꝛ ad nihilum redactus sum: ꝛ nesciui: qꝛ tu es veritas ꝛ ego non erã tecũ. vulnerauerunt me iniquitates mee ꝛ non dolui. qꝛ tu es vita: ꝛ ego nõ eram tecũ. Ad nihilũ duxerunt me: qꝛ tu es verbũ: ꝛ ego non erã tecũ per quẽ facta sunt omnia: sine quo factum est nihil: ꝛ ideo sine te factus sum nihil. Qꝛ est nihil qd ad nihilũ ducit. Omnia verbũ facta sunt quecunq; facta sunt. Et equalia facta sunt? Vidit deꝰ cuncta que fecerat: ꝛ erant valde bona. Omnia quecunq; facta sunt per verbũ facta sunt: ꝛ quecunq; per verbũ facta sunt valde bona sunt. Quare bona sunt. qꝛ omnia per verbũ facta sunt. Et sine ipso factũ ẽ nihil: qꝛ nihil bonũ sine summo bono est. Sed malũ est vbi nõ est bonũ: qd vtiq; nihil est. qꝛ nihil aliud est malum ꝙ priuatio boni: sicut nihil aliud est cecitas ꝙ priuatio luminis. Malũ itaq; nihil est qꝛ sine verbo factũ est: sine quo factum est nihil. Illud autẽ malum est quod priuatur illo bono: per quod omnia facta sunt quecunq; sunt At que non sunt per ipsũ facta non sunt: ꝛ ido nihil sunt. Et ideo mala sunt: que facta nõ sunt qꝛ oia quecunq; facta sunt per verbum facta sunt: ꝛ oia per verbum bona facta sunt. Cum igitur omnia per verbũ facta sunt: mala per ipsũ nõ sunt. Restat igitur ꝙ oia que facta nõ sunt bona non sunt: qꝛ oia q̃cũq; fcã sunt bona sunt: ꝛ iõ mala sunt: q̃ fcã nõ sunt: ꝛ iõ nihil sũt qꝛ sine verbo fcm̃ est nihil. Malũ igit̃ nihil ẽ qꝛ fcm̃ nõ ẽ. Sꝫ qualiter malũ ẽ si fcm̃ nõ est. Quia malũ priuatio boni est: per qd factum bonũ est. Esse ergo sine verbo malũ est: qd ẽẽ nõ est: qꝛ sine ipso nihil est. Sꝫ qd est separi a verbo? Si hoc q̃ris scire: audi quid est v̄bum Verbum dei dicit. Ego sũ via veritas ꝛ vita Separi ergo a v̄bo est ẽẽ sine via: sine veritate: sine vita: ꝛ iõ sine ipso nihil: ꝛ iõ malum. qꝛ separi a verbo per qd facta sunt oia valde bõa. Separi autẽ a v̄bo per qd oia fcã sunt: nihil aliud est ꝙ deficere ꝛ a facto transire in defectũ. qꝛ sine ipso est nihil. Quotiẽs ergo a bono deuias: a verbo te separas. qꝛ ipsũ est bonũ: ꝛ ideo nihil efficieris: qꝛ sine v̄bo es: sine quo factũ est nihil. nunc igitur domine illuminasti me lux vt viderẽ te: vidi ꝛ cognoui me: qꝛ totiẽs nihil factꝰ sũ: quotiẽs a te sepatus sum qꝛ bonũ qd tu es oblitꝰ sũ. ꝛ iõ malus effectꝰ sũ. Ve mihi misero: vt qd hoc nõ cognoscebã qꝛ te deserẽs nihil fiebã. Sꝫ qd hoc quero? si nihil erã: quomõ cognoscere nolebã? Scimus nihil nihil est: ꝛ qd nihil est nõ est; ꝛ qd nõ est bonũ nõ est: qꝛ nihil est. Si ergo nihil fui cũ sine te fui: quasi nihil fui: ꝛ velut idolũ qd nihil est: qd quidẽ aures hꝫ ꝛ nõ audit: nares hꝫ ꝛ non odorat: oculos hꝫ ꝛ nõ vidit: os hꝫ ꝛ nõ loquit̃: manus habet ꝛ nõ palpat: pedes habet: ꝛ non ambulat: ꝛ omnia liniamenta habet mẽbrorum sine sensu eorum.

¶ De casu anime in peccatis. ¶ Cap. vj.

Cum igitur fui sine te: nihil fui: ꝛ iõ cecus erã surdus ꝛ insensibilis: qꝛ nec bonũ discernebã: nec malũ fugiebã: nec dolorẽ vulneꝝ sentiebã: nec tenebras meas videbã: qꝛ erã sine te vera luce: que illuminas oẽm hoiẽ veniẽtẽ in hunc mundũ. Ve mihi vulnerauerunt me ꝛ nõ dolui: traxerunt me ꝛ non sensi: qꝛ nihil erã: qꝛ sine vita erã: que est v̄bũ p̄ qd facta sunt oia. Iõ dñe lux mea inimici mei de me fecerunt quecunq; voluerunt: percusserunt: nudauerunt: polluerunt: corruperunt: vulnerauerunt: ꝛ occiderunt me: qꝛ recessi a te: ꝛ factus sũ nihil sine te. Heu dñe vita mea que fecisti me: lux mea que direxisti me. Defensor vite mee miserere mei ꝛ resuscita me: dñe deꝰ meus spes mea: virtꝰ mea: fortitudo mea: cõsolatio mea: in die tribulatõis mee respice inimicos meos ꝛ eripe me: fugiãt a facie mea: q oderũt me: ꝛ ego viuã i te p̄ te. Ipsi. n. dñe p̄siderauerũt me: ꝛ vidẽtes me sine te despexerũt me. Diuiserũt sibi vestimẽta v̄tutũ qbꝰ ornaueras me: fecerũt sibi viã p̄ me: sub pedibꝰ suis p̄culcauerũt me: fecibꝰ pc̄toꝝ polluerũt tẽplũ scũ tuũ: posuerũt me desolatũ ꝛ merore cõfectũ. Ibã post eos cecꝰ ꝛ nudus ꝛ illaq̃atꝰ funibꝰ pc̄toꝝ: trahebãt me post se in circuitu de vitio in vitiũ: ꝛ de luto in lutũ: ꝛ ibã absq; fortitudine ante faciẽ subsequẽtis. Seruus erã ꝛ seruitutẽ amabã. Cecus erã ꝛ cecitatẽ desiderabam. Vinctus erã ꝛ vincula non horrebam. Amarũ dulce ꝛ dulce amarũ credebã. Miser eram nec cognoscebam: ꝛ hoc qꝛ sine verbo erã: sine quo factũ est nihil: per quod omnia

ꝯseruant: sine quo oīa annihilant. Sicut enim
oīa ꝑ ipsā facta sunt ꝛ sine ipso factū est nihil:
sic per ipm̄ oīa ꝯseruant: quecūqz sunt siue in ce-
lo siue in terra siue in mari: ꝛ in oībus abyssis.
Nec pars parti in lapide adheret nec in aliquo
creatoꝝ nisi qꝛ per verbū ꝯseruant ꝑ qđ oīa fa-
cta sunt. Adhereā ergo tibi verbū vt ꝯserues me
qꝛ vbi a te recessi perij in me nisi qꝛ tu qui me fe
ceras refecisti me. Ego peccaui: tu me visitasti.
Ego cecidi tu me erexisti. Ego ignoraui: tu me
docuisti. Ego non vidi tu me illuminasti.

De multiplicibus beneficijs dei. Ca. vij.

Miser ego deus meus
quātū teneor diligere te dn̄e mihi:
q̄ztū debeo laudare te: demonstra
mihi: q̄ztū debeo placere tibi inno-
tesce mihi. Intona dn̄e desup voce grandi ꝛ for
ti in interiorē aurē cordis mei: doce me ꝛ salua
me: ꝛ collaudabo te: qui creasti me cū nihil essez:
qui illuminasti me cū in tenebris essez: qui resusci
tasti me cū mortuus essez: qui pauisti me a iuuen
tute mea oībus bonis tuis. Nunc inutilē ver-
mē fetētē peccatis nutris oībus optimis donis
tuis. Aperi mihi o clauis dauid: qui apis ꝛ ne-
mo claudit illi cui tu aperis. claudis ꝛ nemo ape
rit illi cui tu claudis. aperi mihi ostiū luminis
tui vt ingrediar ꝛ videā ꝛ cognoscā ꝛ cōfitear ti
bi in toto corde meo. qꝛ misericordia tua magna
est sup me: ꝛ eruisti aīam meā ex inferno inferio
ri. Dn̄e deus noster q̄z admirabile ꝛ laudabile
est nomē tuū in vniuersa terra. Et quid ē homo
ꝙ memor es eius: aut filius hoīs qm̄ visitas eū.
Dn̄e spes scōꝝ ꝛ turris fortitudinis eoꝝ: deus
vita aīe mee ꝑ quā viuo: sine qua morior: lumen
oculoꝝ meoꝝ per qđ video: sine quo orbor: gau
diū cordis mei ꝛ leticia spiritus mei: diligā te to
to corde meo ꝛ toto aīo meo: ꝛ totis medullis ꝛ
visceribus meis: qꝛ tu prior dilexisti me. Et vn
de hoc mihi o creator celi ꝛ terre ꝛ abyssi qui bo
noꝝ meoꝝ nō indiges. Unde hoc mihi quia di
lexisti me. O sapiētia que apis os mutoꝝ: o ver
bū per qđ facta sunt oīa: aperi os meū: da mihi
vocē laudis vt enarrē oīa beneficia tua: que mi
hi dn̄e a pricipio ꝯtulisti. Ecce eniz suz: qꝛ tu crea
sti me: ꝛ qđ me creares ꝛ in numero creaturaruz
tuaꝝ numerares: ab eterno tu preordinasti: anq̄z
quicq̄z faceres a pricipio: anteq̄z extēderes celos
nec dū erāt abyssi: adhuc terrā non feceras: nec
mōtes fundaueras: nec dū fōtes eruperāt. Anq̄z
hec oīa que fecisti ꝑ verbū faceres: me creaturaz
tuā fore certissima veritatis tue prouidentia
preuidisti: ꝛ eē me creaturā tuā voluisti. Et hoc
vnde mihi domine benignissime deus altissi
me. pater misericordissime: creator potētissi-
me ꝛ semper mitissime: que mea merita: que
mea gratia: vt cōplaceret ante ꝯspectū tue ma
gnifice maiestatis creare me. nō eraz ꝛ creasti
me: Nihil fuerā ꝛ de nihilo me aliquid fecisti
Quale aūt aliqd: nō stillā aque: nō ignē: nō auē
vel piscē: nō serpētē vel aliquid ex brutis ani
malibus: nō lapidē vel lignuz: non ex eorū ge
nere que tantū habēt eē: vel ex eoꝝ que tantū
esse possunt ꝛ crescere. Non ex eorū genere q̄
tm̄ esse ꝛ crescere ꝛ sentire pn̄t. Sed super oīa
hec voluisti me eē ex his que tantuz habēt eē.
qꝛ sum: ꝛ ex his que tm̄ habent esse ꝛ crescere
qꝛ sum: ꝛ cresco: ꝛ ex his que sunt crescunt ꝛ sen
tiunt: qꝛ sum cresco ꝛ sentio. Et paulominus
parē me creasti angelis. qꝛ rationem te cogno
scēdi cū ipsis a te cōmunē accepi. Sed paulo
minꝰ vtiqz dixi. Nā illi tuā felicē noticiā iam
hn̄t per speciē: ego aūt per spem. Illi facie ad
faciē: ego per speculū in enigmate. Illi plene:
ego aūt ex parte.

De dignitate hoīs futura. Cap. viij.

Sed cuz venerit quod
perfectū est euacuabit quod ex ꝑ
te est: quādo iā reuelata facie tuā
faciē videbimus. Quid iā prohi-
bebit non nos eē minores paulominus ab an
gelis: quos tu dn̄e corona spei que ornata est
gloria ꝛ honore coronaueris: quos tu nimis q̄
si amicos tuos honorificaueris: imo per om-
nia pares ꝛ equales angelis. Nēpe ꝛ hoc ve-
ritas tua dicit. equales sunt angelis ꝛ filij dei
sunt. Quid nisi filij dei sunt si pares fiunt ange
lis. Uere quidē erunt filij dei: qꝛ filius homi-
nis factus est filius dei. Hoc vtiqz ꝯsideranti
mihi fiducia est dicere: nō homo minor paulo
minus est ab angelis: non vtiqz tantū equalis
angelis: sed supior angelis. qꝛ homo deꝰ: ꝛ de
us homo: non angelus. Et dicam propter hoc
hoīez eē creaturā dignissimā. qꝛ verbū quod
erat in principio deus apud deū: verbuz per
qđ deus dixit: fiat lux ꝛ facta est lux: angelica
s. natura: verbū per quod deus creauit omnia i
principio. idē verbū caro factū ē: ꝛ habitauit i
nobis: ꝛ vidimus gloriaz eius. Ecce gloria ꝑ
quā glorior quādo sane glorior. Ecce gaudium
per quod gaudeo quando sane gaudeo. Domi
ne deus meus vita ꝛ tota gloria anime mee.
Confiteor ergo tibi domine deus meus: cum
me creasti rationis capacē: angelis quodāmo-
do parē creasti. qꝛ perfici possum per verbuz
tuuz vt veniā ad equalitatē angeloꝝ vt habeā
adoptionē filioꝝ per vnigenitū verbū tuum

dñe: ꝑ filiũ tuũ dilectũ: in quo tibi bñ cõplacuit:
ꝑ vnicũ coheredē ⁊ ꝯsubalē tibi ⁊ coeternũ iesuꝫ
xp̃m vnicũ dñm ⁊ redemptorē nostꝝ. illuminato
rē ⁊ ꝯsolatorē nr̃m: aduocatũ nr̃m apud te: ⁊ lu-
men oculoꝝ nostroꝝ: qui est vita nr̃a ⁊ saluator
noster: ⁊ spes vnica nostra: q nos dilexit magis
q̄ȝ se. ꝑ quē habemus fiduciã repositã: ⁊ firmam
apud te spem: ⁊ accessum veniēdi ad te. qm̃ de-
dit ptãtē filios dei fieri. his q credũt in noīe eius.
Laudē tribuã nomini tuo dñe q me ad imaginē
⁊ silitudinē tuã creãdo tante glorie fecisti me fore
susceptibilē: vt possim filius dei fieri. Hoc vtiqȝ
nõ pñt arbores. nõ pñt lapides. nõ gñaliter om-
nia q̄ mouent vel crescunt in aere vel in mari vl'
in terra. q: nõ dedit eis ptãtem filios dei fieri: q:
rõnē nõ hñt. Nã ⁊ hec ptãs in rõne ꝯsistit ꝑ quaꝫ
cognoscim⁹ deũ. Dedit aũt hãc ptãtē hoībus quos
creauit rõnabiles ad imaginē ⁊ silitudinē suam.
Et ego vtiqȝ dñe ꝑ tuã grãꝫ hõ sum ⁊ filius tuus
esse possum ꝑ grãꝫ: qđ illa nõ pñt. Vñ h̃ mihi dñe
veritas summa: vaqȝ summitas ⁊ pncipiũ oīm
creaturaꝝ? Vñ h̃ mihi dñe vt possum fieri filius
dei quod illa nõ pñt? Tu es q manes in eternũ: q
oīa creasti simul. Simul creasti homīes ⁊ iumē-
ta: lapides ⁊ virentia terre. Nõ. n. pcesserũt me
rita. nulla coꝝ intercessit grã. q: oīa tua tm̃ boni-
tate creasti. ⁊ pares oēs creature fuere in meri-
tis. q: omniũ nulla fuere merita. Et vñ ergo ma
gis tua bonitas in hac tua creatura quã fecisti rõ
nalem q̄ȝ in omnibus alijs q̄ sunt sine rõne appa-
ruit? Quare nõ ego sic oēs ille: aut cur oēs ille si-
cut ego: aut ego solus sic ille? Que mea merita: q̄
mea grã: vt me filiũ dei posse fieri susceptibilem
creares: qđ illis oībus denegares? Absit domine
vt h̃ sentiã. Tua tm̃ grã: tua tm̃ bonitas hoc fe-
cit vt essem pticeps dulcedinis eius. Illa igitur
grã q̄ me de nihilo creasti. illaꝫ q̄so dñe da mihi
grãꝫ: vt tibi de hoc referã grãꝫ.

De oīpotentia dei. Caplm̃. ix.

Omnipotens man⁹ tua
sp̃ vna ⁊ eadē: creauit in celo ange-
los: ⁊ in terra vermiculos: nõ supe-
rior in illis: nõ inferior in istis. Sic
eñi nulla alia manus angelũ: ita nulla posset cre-
are vermiculũ: sicut nulla celum: ita nulla posset
creare minimũ arboris foliũ. sic nulla corpus ita
nulla vllũ capillũ albũ posset facere aut nigrum.
Sȝ oĩps manus tua: cui oīa pari mõ sunt possibi-
lia. Nec. n. possibilius ē ei creare vermiculuꝫ q̄ȝ
angelũ: nec impossibilius extēdere celũ q̄ȝ foliũ:
nec leuius formare capillũ q̄ȝ corpus: nec diffici-
lius fundare terrã sup aq̃s q̄ȝ aq̃s sup terrã: sȝ oīa
q̄cũqȝ voluit fecit sicut voluit in celo ⁊ in terra: in
mari ⁊ in omnibus abissis. ⁊ me inter omnia si-
cut voluit potuit ⁊ sciuit. Potuit quidem manus
tua domine: me lapidem vel auem: vel serpen-
tem vel beluam: aliquam creare ⁊ sciuit: sed no-
luit ꝓpter suam bonitatē. Quare ergo ego nõ suꝫ
lapis vel arbor vel aliq̃ belua? Quia sic ordina-
uit bonitas tua. Et vt hoc ordinaret nõ pcesserẽt
merita mea.

De incõphēsibili laude dei. Caplm̃. x.

Vnde hoc mihi dñe vñ
mihi laudes ad laudandũ te? Si-
cut fecisti me sine me: sicut compla-
cuit ante te. ita laus tibi est sine me:
sicut complacet añ te. Ante te domine laus tua
tuip̃e es. Laudent te opa tua f̃m multitudinē ma
gnitudinis tue: laus tua domine incomprehensi
bilis est. Corde non cõphenditur: ore nõ men
suratur: aure nõ percipitur. quia ista transeunt ⁊
laus tua domine manet in eternum. Cogitatio
incipit: ⁊ cogitatio finitur: vox sonat ⁊ vox tran-
sit. auris audit ⁊ auditus desinit: laus vero tua
in eternum stat. Quis ergo est q te laudet? Quis
homo annũciet laudem tuam? Laus tua perpe-
tua est. transitoria nõ est. Hic te laudat qui teip-
sum laudem tuam credit. Hic te laudat qui se-
ip̃m noscit in tua laude nõ posse pertingere: laus
perpetua que nunquã transit. In te est laus no-
stra: in te laudabitur anima mea. Nõ nos lauda
mus te: sed tu te: ⁊ per te: ⁊ in te: ⁊ nobis etiam ē
laus in te. Tunc veram habemus laudem: quã-
do a te habemus laudem. quando lux approbat
lucem. quia tu vera laus tribuis veram laudē.
Quotiens ab alio q̄ȝ a te querimus laudem: toti-
ens tuam amittimus laudem. quia illa transito-
ria est sed tua eterna. Si transitoriam q̃rimus:
eternam amittimus laudem. Si eternam volu
mus: transitoriam nõ amemus. Laus eterna do
mine deus meus a q̃uo omis laus: sine quo nul
la est laus. nõ valeo laudare te sine te. habeam
te ⁊ laudabo te. Quid. n. ego sum domine ꝑ me
vt laudem te. puluis ⁊ cinis ego suꝫ. canis mor-
tuus. ⁊ fetens ego sum. vermis ⁊ putredo ego
sum. Quis ego sum vt laudem te domine deus
fortissime spiritus vniuerse carnis qui inhabi-
tas eternitatem? Nunquid tenebre laudabũt lu-
cem: aut mors vitam? Tu lux ego tenebre. tu vi
ta ego mors. Nunquid vanitas veritatem lau-
dabit. Tu es veritas: ego homo similis factus
vanitati. Quid ergo domine laudabo te. Nũ-
quid miseria mea laudabit te? nunquid fetor lau
dabit odorem? nunquid mortalitas hominis q̄
hodie est ⁊ cras tollitur laudabit te? Nunq̃d lau
dabit te homo putredo ⁊ filius hominis vermis
Nunquid laudabit te domine qui in peccatis cõ
ceptus est ⁊ natus ⁊ nutritus? Nõ est. n. specio-

fa laus in ore peccatoris. Laudet te dñe ōs me⁹ incomꝑhensibilis potentia tua. incircūscriptibilis sapiētia tua: ⁊ ineffabilis bonitas tua. laudet te supereminēs clemētia tua. supabūdans misericordia tua. sempiterna quoqꝫ virtus ⁊ diuinitas tua. Laudet te omnipotētissima fortitudo tua. summa quoqꝫ benignitas tua ⁊ charitas tua propter quā creasti nos domie deus vita anime mee.

¶ De spe erigēda ad deū. ¶ Caplm. xi

Ego autem creatura tua sub vmbra alarum tuarum sperabo in bonitate tua qua creasti me Adiuua creaturam tuam quam creauit benignitas tua. Nō pereat in malicia mea quod operata est bonitas tua. Nō pereat in miseria mea quod fecit summa clemētia tua. Que est. n. vtilitas in creatione tua si descendam in corruptionem meam? Nunquid. n. vane deus ꝯstituisti omnes filios hominū? Creasti me domine: rege quod creasti. Opera manuum tuarū ne despicias deus. Me fecisti de nihilo. si me nō regis domine: iterum reuertar ad nihilum Sicut. n. domine nō eram ⁊ de nihilo fecisti me. sic si me non regis adhuc ad nihiluꝫ redigar in me. Adiuua me domie vita mea ne peream in malicia mea. Si nō creasses me domine nō essez. quia creasti me iam sum. Si non regis iam non sum. Nō. n. mea merita. nō mea gratia te coegerunt vt creares me. sed benignissima bonitas tua ⁊ clementia tua. Illa charitas tua domie deus meus que te ad creationem coegit. ipā queso modo cogat te ad regēdum. Quid. n. prodest qđ compulit charitas tua ad creandum: si pereā in miseria mea ⁊ non me regat dextera tua. Hec te cogat domine deus meus clementia ad saluandum quod creatum est: que te compellit creare quod creatum nō est. Ipā te vincat charitas ad saluandum que te vicit ad creandum: quia nec nunc minor est. quia ipā charitas tu ipe es: q sem per idem es. Non est abbreuiata manus tua vt saluare nequeat: neqꝫ aggrauata est auris tua vt nō audiat: sed peccata mea diuiserunt inter me ⁊ te: inter tenebras ⁊ lucem: inter imaginem mortis ⁊ vitam: inter vanitatem ⁊ veritatem: inter lunaticam hanc vitam meam: ⁊ sempiternam tuam.

¶ De laqueis ꝯcupiscētiarꝫ. ¶ Cap. xij.

He sunt vmbre quibus operior in hac abisso caliginosa carceris huius: in qua prostratus iaceo donec aspiret dies ⁊ inclinētur vmbre. fiatqꝫ lux in firmamento virtutis tue: vox domini in virtute. vox domini in magnificentia dicatqꝫ fiat lux ⁊ effugentur tenebre ⁊ appareat arida. germinetqꝫ terra herbam virentem ⁊ facientem semen ⁊ fructum bonum iusticie regni tui. Domine pater ⁊ deus vita per quam omnia viuūt: ⁊ sine qua omnia mortua computantur: ne derelinquas me in cogitatu maligno ⁊ extollerantiam oculorum meorum ne dederis mihi. Aufer a me concupiscentias: ⁊ animo irreuerēti ⁊ infrunito ne tradas me: sed posside cor meum vt te cogitet semper. Illumina oculos meos vt te videant: ⁊ non extollantur: ante te gloria sempiterna. sed humiliter sentiant. Nō in mirabilibus super se: ⁊ que a dextris sunt videant: ⁊ non que a sinistris abs te: ⁊ palpebre tue precedant gressus meos. nam ⁊ palpebre tue interrogant filios hominum. Allide concupiscentiam meam dulcedine tua quam abscondisti timentibus te: vt concupiscam te concupiscentijs sempiternis: ne vanis illectus ⁊ deceptus interior gustus ponat amarum dulce. ⁊ dulce amarum. tenebras lucem: ⁊ lucem tenebras. vt liberari in medio tot decipularum possim ab inimico super faciem vie huius positarum ad capiendas animas peccatorū: quibus plenus est totus mūdus: quod his qui vidit sub silentio non transiuit inquiens. Quicquid est in mundo: aut est cōcupiscentia carnis: aut concupiscentia oculorum aut superbia vite. Ecce domie deus meus: mūdus totus plenus est concupiscentiarum laqueis: quos parauerunt pedibus meis. Et quis effugiet hos laqueos? profecto a quo tu abstuleris extollentiam oculorum suorum: vt non eum capiat concupiscentia oculorum: ⁊ a quo tu abstuleris carnis concupiscentiam: ne eum capiat carnis concupiscētia: ⁊ a quo tu abstuleris animum irreuerentem ⁊ infrunitum: ne eum callide decipiat superbia vite. O ꝙ̄ felix cui hec tu facies quippe transibit immunis. Nunc redemptor te precor per te: adiuua me ne corruam in conspectu aduersariorum meorum: captus laqueis eorum: quos parauerunt pedibus meis vt incurrant animam meam. Sed erue me virtus salutis mee: ne sibi risum exhibeant de me inimici tui qui oderūt te. Exurge domine deus meus fortis meus: ⁊ dissipentur inimici tui ⁊ fugiant qui oderunt te a facie tua. sicut fluit cera a facie ignis: sic pereant peccatores a facie tua. Et ego abscondar in abscondito faciei tue. ⁊ gaudeam cum filijs tuis satiatus omnibus bonis tuis. Et tu domine deus pater orphanorum: ⁊ tu mater pupillorum tuorum: audi eiulatum filiorum tuorum: ⁊ extende alas tuas: vt fugiamus sub eis a facie inimici. Turris fortitudinis israel: qui non dormitas neqꝫ dormies custodiens israel. quia

nō dormit neqꝫ dormitat hostis qui impugnat israel.

De miseria hominis ⁊ beneficijs dei. Capitulum. xiij.

O Lux quam non videt

alia lux: lumen quod nō videt aliud lumen: lux que obtenebrat omnem lucem. ⁊ lumē quod excecat omne extraneum lumē: lux a qua omnis lux: lumē a quo omne lumen: lumen ad quod omne lumen est tenebra: ad quod omnis lux obscuritas: lux cui omnes tenebre lumen: cui omis obscuritas lux: lux suprema quam cecitas non obnubilat: quam caligo non hebetat: quā tenebre non obscurāt: quā nulla obstantia claudit: quā nunquā separat aliqua vmbra: lux que illumias omnia tota simul semel ⁊ semper: absorbe me in claritatis abissum: vt videam vndiqꝫ te in te: ⁊ me in te: ⁊ cūcta sub te. Ne derelinquas me ne accrescāt vmbre ignorantie mee: ⁊ multiplicētur delicta mea Sine te enim omnia sunt mihi tenebre: omnia mala. quia nihil bonum sine te vero solo ⁊ summo bono. Hoc confiteor. hoc scio domine deus meus: quia vbicunqꝫ sum sine te: male est mihi preter te: non solum extra me: sed etiam in me quia omnis copia que nō est deus meus mihi est egestas. Satiabor tūc cum apparuerit gloria tua Et tu domine vita mea beata: fac vt miseriam meam confitear tibi: ex quo ab vnitate bonitatis tue summo ⁊ vno bono temporalium reruꝫ multiformitas lapsum me per carnales sensus dissipauit: ⁊ ab vno in multa diuisit: ⁊ facta ē mihi abūdātia laboriosa ⁊ egestas copiosa: dum aliud ⁊ aliud sequebar: ⁊ a nullo implebar: dum nō in me inueniebam te incommutabile ⁊ singulare ⁊ indiuisum vnum bonum: quod consecutus nō egeo: quod consecutus nō doleo: quod possidēs satiatur totum desiderium meum. Heu miseria super miseriā cum misera aīa mea a te refugit: cum quo semper abūdat ⁊ gaudet: ⁊ sequitur mūdum cū quo semper eget ⁊ dolet. Mundus clamat deficio. tu dn̄e clamas: reficio ⁊ miseria mea praua magis sequit̄ deficientē ꝙ reficiētem plane infirmitas mea hec est. Medice spirituū sana illā vt ꝯfiteor tibi: salus aīe mee toto corde meo: sup oībus bn̄ficijs tuis: qbus pascis me a iuuētute mea ⁊ vsqꝫ in senectā ⁊ seniū. Te depcor p teipm ne derelinqs me: fecisti me cuꝫ nō essem. redemisti me cū pijssem. pierā. mortu⁹ fuerā. ad mortuū descēdisti. mortalitatē suscepisti. ad seruū rex descēdisti vt seruū redimeres teipm tradidisti: vt ego viuerē. tu mortē suscepisti mortē vicisti. me restaurasti cū te humiliasti. perierā. abierā in pctis. venūdatus erā. venisti p me vt redimeres me. ⁊ tm̄ me dilexisti vt sanguinem tuum in preciū dares pro me. dilexisti me domine plus ꝙ te: quia mori voluisti p me. Tali pacto tā charo precio reduxisti me de exilio. redemisti me de seruitio. retraxisti me de supplicio. vocasti me noīe tuo. signasti me sanguie tuo vt memoriale tuū sp esset apud me: ⁊ nunꝙ recederet a corde meo qui pro me non recessit a cruce. Unxisti me oleo tuo: quo tu vnctus fuisti: vt a te xp̄o dicerer xp̄ianus. En in manibus tuis descripsisti me: vt sp sit memoria mea apud te. si tamen memoria tua iugiter fuerit apud me. Sic igit̄ gratia tua semper ⁊ misericordia p̄uenerunt me. De multis nanqꝫ ⁊ magnis periculis sepe liberasti me liberator meus. quādo erraui ad viam reduxisti me. quando ignoraui docuisti me. quando peccaui corripuisti me. qn̄ fui tristis cōsolatus es me. qn̄ desperaui cōfortasti me. qn̄ cecidi erexisti me. quando steti tenuisti me. quādo iui deduxisti me. quando veni suscepisti me. qn̄ dormiui custodisti me. quando clamaui exaudisti me.

Quō deus ppetua inspectōe ꝯsiderat opā ⁊ intentōes hoim. Caplm. xiiij

h Ec enīꝫ et multa alia

beneficia fecisti mihi domine deus meus vita anime mee: de qbus dulce esset mihi semper loqui: semper cogitare: semper tibi gratias agere: vt possim te semper pro omnibus bonis tuis laudare ⁊ amare te toto corde meo: ⁊ tota aīa mea: ⁊ tota mente mea: ⁊ tota fortitudine mea: simul ex omnibus medullis ⁊ intimis cordis mei: ⁊ omnium compagum mearum: beata dulcedo domine deus meus omnium qui delectantur in te. Sed imperfectū meū viderunt oculi tui. oculi inquā tui multo lucidiores sunt sole: circūspiciētes oēs vias hoim ⁊ pfundū abissi: ⁊ in oī loco ꝯtēplantur sp bonos ⁊ malos. Cū. n. cunctis presidias singula implēs. totus sp vbiqꝫ presens: cunctorūqꝫ curam agens que creasti: quia nihil odisti eoruꝫ que fecisti. sic gressus meos semitasqꝫ ꝯsideras: ⁊ die noctuqꝫ super custodiam meā vigilas: oēs semitas meas diligēter notans: speculator ppetuus: veluti si totius creature tue celi ⁊ terre oblitus tm̄ me solū consideres: ⁊ nihil sit tibi cure de alijs. Neqꝫ enim crescit lux incommutabilis visionis tue: si tantum vnum aspiciat: neqꝫ minuitur si innumera videat ⁊ diuersa. Quia sicut vnum totum simul perfecte consideras: sic singula quelibet licet diuersa perfecte simul totaqꝫ totus conspicit visus tuus. Sed sic omnia sicut vnum: ⁊ sicut vnum sic singula. totus simul sine diuisione vel cōmutatione vel diminutōne con-

sideras. Itaqz totus tu in toto tempore sine tem-
pore: totum me simul semperqz consideras: ac si
nihil aliud ꝯsiderare habeas. Sic igitur sup cu-
stodiam meam stas: sicut si omnium oblitus sis:
⁊ mihi soli intendere velis. Semper quippe te
ꝑsentem exhibes: semp te paratuz offers: si me
paratum inuenis. Quocunqz iero tu me domi-
ne nõ deseris: nisi prior ego te deseram. Ubicuqz
fuero nõ recedis. quoniam vbiqz es: vt quocũqz
iero inueniam te per quem possim esse ne peream
sine te: cum sine te esse non possim. Fateor qdem
quia quicquid facio ⁊ quecunqz facio: ante te fa-
cio: ⁊ quicquid est quod facio melius tu vides
ꝙ ego qui facio. Quicquid. n. semper operor: tu
pariter semp pñs assistis. vtpote ppetuus inspe-
ctor omnium cogitationum. intentionum. dele-
ctationum ⁊ opationum meaꝝ. Domine ante
te est semper omne desiderium meum: ante te to
ta cogitatio mea. Tu domine vides vnde veni
at spiritus. vbi sit ⁊ quo vadat: quia tu es omni
um spirituum ponderator. ⁊ vtrum radix sit dul-
cis an amara de qua foris pulchra folia emittun
tur. Tu iudex interius melius ipe nosti: ⁊ etiam
medullas radicum subtilius pscrutaris: ⁊ non so
lum intentionem sed radicis eius medullam in-
timam dissertissima tue lucis veritate colligis
numeras intueris ⁊ consignas: vt reddas vni-
cuiqz nõ solummodo ẜm opera vel intentionez:
sed etiam ẜm ipam interiorem absconditã me-
dullam radicis. de qua procedit intentio operã-
tis. Ad quid tendo cum operor. quicquid cogito
⁊ in quocunqz delector. tu vides. aures tue audi
unt. oculi tui vident ⁊ considerant: signas atten-
dis notas ⁊ scribis in libro tuo siue bonum fue-
rit siue malum: vt reddas postea p bono pmia ⁊
p malo supplicia. quãdo aperientur libri ⁊ iudi-
cabũtur ẜm hec que fuerunt scripta in libris tu-
is. Hoc est forte quod iam dixisti nobis. Consi-
derabo nouissima eoꝝ. Et quod de te domine di
citur. Uniuersoꝝ finem ipe considerat: quoniam
tu quidem in omnibus que agimus finem intẽ-
tionis magis ꝙ actum operatõis attẽdis. Cũqz
hoc diligenter cõsidero domine deus meus ter-
ribilis ⁊ fortis. timore pariter ⁊ ingenti rubore
confundor: quoniam nobis magna est indita ne-
cessitas iuste recteqz viuendi: qui cũcta facimus
añ oculos iudicis cũcta cernẽtis.

Nõ hõ per se nihil potest sine diuina gratia
Capitulum xv

Fortissime magnipo-
tẽs deus spirituum vniuerse carnis
cuius oculi sunt super omnes vias
filioꝝ adam a die natiuitatis eoruz
vsqz in diem exitus eoꝝ: vt reddas vnicuiqz ẜm
opa sua bona vel mala. Ostende mihi ⁊ confite-
ar tibi pauptatẽ meã: qm̃ dixi ꝙ diues eẽm ⁊ nul
lius egerem: ⁊ nesciebam qm̃ paup eram: cecus:
nudus: miser ⁊ miserabilis. Credebã. n. me fore
aliquid cum nihil essem. Dixi sapiens efficiar: ⁊
stultus factus sum. Cogitabã me esse prudẽtem
⁊ deceptus sum. Et video nunc: quia donũ tuuz
est sine quo nihil possumus facere: qz nisi tu do-
mine custodieris ciuitatem frustra vigilat qui
custodit eã. Sic docuisti me vt cognoscerẽ me:
quia dereliquisti me. ⁊ pbasti me: nõ propter te
ꝙ cognosceres me. sed ppter me vt cognosce-
rem me. Nam vt dixi domine credebã me ali-
quid fore ex me. existimabam me sufficere per
me: nec percipiebã qm̃ tu regebas me: dõec ali-
quãtulum te elongasti a me: ⁊ cecidi statim in me
⁊ vidi ⁊ cognoui qm̃ tu regebas me: ⁊ ꝙ cecidi fu
it ex me: ⁊ ꝙ surrexi fuit ex te. Aperuisti mihi ocu
los lux: ⁊ excitasti ⁊ illuminasti me: ⁊ vidi qm̃ tẽ
ptatio est vita hominis sup terram: ⁊ ꝙ gloriari
nõ valeat añ te omnis caro: nec iustificatur omis
viuẽs: quoniã si quid boni ẽ parui vel magni do
num tuũ est: ⁊ nostꝝ nõ nisi malum est. Unde igitur
gloriabitur oĩs caro? Nunquid de malo? Hec nõ
est gloria sed miseria. Sed nunquid gloriabit
de bono? nunquid de alieno? Tuũ domine est bo
num: tua est gloria. Qui. n. de bono tuo gloriam
sibi q̃rit. ⁊ nõ tibi querit: h fur est ⁊ latro: ⁊ silis ẽ
dyabolo: qui voluit furari gloriam tuã. Qui. n.
laudari vult de tuo dono: ⁊ nõ q̃rit in illo gloriaz
tuam sed suam: h lz ppter tuũ donũ laudetur ab
hoibus: a te tñ vituperatur. quia de dono tuo non
tuã sed suã gloriam quesiuit. Qui aũt ab hoibus
laudatur vituperante te: non defendetur ab ho
minibus iudicante te: nec liberabitur ꝯdemnã-
te te. At tu dñe formator meus ex vtero matris
mee: nõ me sinas cadere in illam exprobratõez
vt exprobret mihi furari voluisse gloriam tuam
Tibi. n. sit gloria cuius est omne bonum: nobis
autem ꝯfusio faciei ⁊ miseria. quoꝝ est omne ma
lum: nisi tu volueris misereri. Misereris quip-
pe domine: misereris omniuz: ⁊ nihil odisti eoꝝ
q̃ fecisti. ⁊ das nob de bonis tuis: ⁊ ditas nos do
mine deus inopes optimis donis tuis. Qm̃ di-
ligis paupes ⁊ diuites facis eos diuitijs tuis. Ec
ce nũc dñe paupes filij tui sumus: ⁊ pusill⁹ grex
tuus. aperi nobis ianuas tuas: ⁊ edent paupes
⁊ saturabuntur ⁊ laudabunt te qui requirunt te.
Scio etiã dñe ⁊ confiteor docente te: qm̃ illi soli
qui cognoscũt se paupes: ⁊ ꝯfitent tibi pauptatez
suam ditabũtur a te: qm̃ qui se diuites existimãt
cum sint pauperes a tuis diuitijs inuenient ex-
clusi. Ego igitur confiteor tibi domine deus me-
us paupertatem meam: ⁊ sit tibi tua gloria tota
quoniam tuum est omne bonum p me gestum.

Domine ꝯfiteor vt docuisti me. nihil aliud sum
q̄ vniuersa vanitas: ⁊ vmbra mortis: ⁊ abyssus
quedam tenebrosa: ⁊ terra inanis ⁊ vacua: que
sine tua benedictione nil germīat: fructū quoq;
nō facit nisi ꝯfusionem peccatum ⁊ mortem. Si
quid boni vnq̄ habui a te recepi. quicquid boni
habeo tuum est vel a te habeo. Si quando steti
per te steti. sed quādo cecidi ꝑ me cecidi: ⁊ semꝑ
in luto iacuissem nisi tu me erexisses. semper ce-
cus fuissem nisi tu me illuminasses. Quādo ceci
di nunq̄ surrexissem nisi tu mihi manū porrexis
ses. Postq̄ me etiam erexisti semper cecidissem
nisi tu me sustinuisses. Sepius perissem: nisi me
gubernasses. Sic semper domīe: sic semper gra-
tia tua ⁊ misericordia tua preuenit me: liberans
me ab omnibus malis. saluās a preteritis. susci-
tās a presentibus: ⁊ muniēs a futuris. precidēs
etiam añ me laqueos peccatorum: tollēs occasi-
ones ⁊ causas. quia nisi tu hoc mihi fecisses ego
omia peccata mūdi fecissem. Qm̄ scio domīe ꝙ
nullum peccatum est quod vnq̄ fecerit homo:
quod nō possit facere alter homo: si creator desit
a quo factus est homo. Sed ꝙ nō facerem tu fe
cisti: ꝙ abstinerem tu iussisti: ⁊ ꝙ tibi crederem
gratiam tu infudisti. Tu nāq; domine regebas
me tibi: seruabas me tibi: ⁊ mihi vt adulterium
⁊ om̄e aliud peccatū nō ꝯmitterē grām ⁊ lumē do
nasti.

De dyabolo ⁊ multiplicibus temptationi-
bus eius.

Capitulum. xvi.

TEmptator defuit: et
vt deesset tu fecisti: locus ⁊ tempus
defuit: ⁊ vt hec deēnt tu fecisti. Af-
fuit tēptator: nō defuit locus: nō de-
fuit tempus. sed vt nō ꝯsentirem tu me tenuisti.
Uenit temptator tenebrosus vt est: ⁊ vt eum de
spicerē tu me ꝯfortasti. Ueīt temptator armatꝰ
⁊ fortis: ⁊ vt me nō vinceret: tu eū refrenasti: ⁊
me roborasti. Ueīt temptator trāsfiguratus ī an
gelū lucis: ⁊ vt me nō deciperet tu eū increpasti: ⁊
vt eū cog̊scerē tu me illumīasti. Ipe. n. ē draco il
le magnus ⁊ rufus. serpens antiquus. vocatus
dyabolus ⁊ sathanas: hñs capita septē ⁊ cornua
decē: quē creasti ad illudēdū huic mari magno
⁊ spacioso: in quo reptāt aīalia quorum nō ē nume-
rus: ⁊ aīalia pusilla ⁊ magna. i. diuersa demonio
rū gña: q nihil aliud die noctuq; opāt: nisi q̄ cir-
cūeunt q̄rētes quē deuorēt: nisi tu eripias. Ipe. n.
ē antiquus ille draco: q ortus ē in ꝑadiso volupta
tis: q cauda sua trahit tertiā ꝑtē stellarum celi: ⁊ eas
mittit in terrā: q veneō suo corrūpit aq̄s terre:
vt bibētes hoīes moriātur: ⁊ q sternit sibi aurum q̄-
si lutū: ⁊ hꝫ fiduciā ꝙ influat iordanis in os suum
qui factus est vt nullū timeat. Et qs defendet a
morsibus eius: quis eruet ab ore eius: nisi tu do
mine q ꝯfregisti capita draconis magni. Pretē
de dñe super nos alas tuas vt fugiamus sub eis
a facie draconis huius q nos ꝑsequit: ⁊ scuto tuo
libera nos a cornibus eius. Hoc. n. est ꝯtinuum
studiū eius. hoc vnicū desideriū suū: vt animas
quas creasti deuoret. Et ideo deus meus ad te
clamamus: libera nos ab aduersario nostro quot-
tidiano: qui siue dormiamus: siue vigilemus: si-
ue ꝯmedamus: siue bibamus: siue quodcūq; opꝰ
operemur: oībus modis instat die ac nocte fraudi-
bus ⁊ artibus: nūc palā: nūc occulte: sagittas ve-
nenatas ꝯ̈ nos dirigēs: vt īterficiat aīas nostras
Et tñ dñe pessima insania nostra. quia cum ꝯti-
nue videamus ꝯ̈ nos draconem ore aperto pa-
ratum ad deuorādum: nihilominus dormimus
⁊ lasciuimus in pigricijs nostris tāq̄ securi ante
eum: qui nihil aliud desiderat q̄ vt nos perdat.
Inimicus vt occidat semꝑ vigilat sine somno.
⁊ nos vt custodiamus nos nolumus euigilare a
somno. Ecce tetēdit añ pedes nostros laqueos ī
finitos: ⁊ oēs vias nostras varijs repleuit deci-
pulis ad capiēdas aīas nostras. Et quis effugi-
et: Laqueos posuit in diuitijs: laqueos posuit ī
pauꝑtate: laqueos tetēdit in cibo: in potu: in vo-
luptate: in somno: ⁊ in vigilia: laqueos posuit in
verbo ⁊ in opere: ⁊ in oī via nostra. Sed tu domi
ne libera nos de laqueo venātiū ⁊ a verbo aspe-
ro vt ꝯfiteamur tibi dicētes. Bñdictus domi-
nus qui nō dedit nos in captionem dētibus eo-
rum. Aīa nostra sicut passer erepta est de laqueo
venātium. laqueus ꝯtritus est: ⁊ nos liberati su
mus.

Qd deus ē lux iustorum. Cap. xvii.

ET tu quidem domine
lux mea illumīa oculos meos vt vi
deam lumē: ⁊ ambulem in lumīe tuo
⁊ nō impigar in laqueos eius. Quis
eni euadet laqueos istos m̄ltos nisi videat eos
⁊ qs videbit eos nisi quē illumīaueris lumīe tuo
Ipe. n. pr̄ tenebrarum laqueos suos abscōdit in te-
nebris suis: vt capiātur in eis oēs q sunt in tene
bris suis: q sunt filij tenebrarum harum: nō vidētes lu
mē tuum. in quo qui ambulat nō timebit. q. n.
ambulat in die nō offendit: q autem in nocte am
bulat offendit: quia lux nō est in eo. Tu lux domi
ne: tu lux filiorum lucis. tu dies qui nescis occasum
in qua ambulāt filij tui sine offensiōe: ⁊ sine qua
oēs qui ambulāt in tenebris sunt. quia te lucem
mūdi nō habent. Ecce quottidie cernimus. quia
quo magis a te vero lumīe quis elōgatur: eo ma
gis peccatorum inuoluitur tenebris: ⁊ quo ma-
gis est in tenebris: eo minus videt laqueos in

via sua: ⁊ ideo minus cognoscit. ⁊ iccirco sepius
capitur ⁊ cadit in eis. ⁊ quod est horribilius etiã
se cecidisse ignorat. Qui vero suum casum igno-
rat: eo minus curat surgere. quia se existimat ad
huc stare. Tu vero lux mẽtis domĩe deus meus
nũc illumĩa oculos meos vt videam ⁊ cogno-
scam: ne corruam in ꝯspectu aduersarioꝝ meo-
rum. Etenim in exterminiuz nostrum laborat
inimicus noster: quem petimus vt facias lique-
fieri a facie nostra: sicut cera liq̃scit a facie ignis.
Quoniam domĩe ip̃e est latro primus ⁊ vltimus
qui ꝯsilium fecit vt raperet gloriam tuam. quo-
niam inflatus ⁊ elatus crepuit ⁊ cecidit in faciez
suam: ⁊ deiecisti eum de mõte sancto tuo: ⁊ de me
dio lapidum ignitorum: in quorum medio am-
bulauit. Et nũc vita mea domĩe deus meus: ex
quo cecidit non cessat persequi filios tuos. Et in
odium tuum o rex magne: cupit perdere hanc cre
aturam tuam: quam creauit omĩpotẽs bonitas
tua ad imaginem tuaz: vt possideat gloriam tu-
am: quam ip̃e perdidit per superbiam suã. Sed
ꝯtere eum fortis noster: añ nos agnos tuos: ⁊ il-
lumina nos vt videamus laqueos quos ip̃e pa
rauit: ⁊ euadamus ad te o leticia israel. Et hec
ꝯmĩa tu domĩe melius nosti. qui nosti ꝯtẽtionez
eius ⁊ ceruicem eius durissimam. Nec hoc dico
vt ostẽdam tibi. quia omĩa vides ⁊ nulla te la-
tet cogitatio. Sed añ pedes tue maiestatis de
inimico meo querimoniam facio. iudex eterne
vt ⁊ ip̃m damnes: ⁊ nos filios tuos salues: quo-
rum fortitudo tu es. Uersutus est. n. domĩe iste
hostis ⁊ tortuosus: nec facile deprehẽdi possunt
circũitus vie eiũs: nec cognosci species vultus
eius: nisi tu illumĩes. Nam nũc hic: nũc illic: nũc
agnum: nũc lupum: nũc tenebras: nũc lucem se
ostẽdit: ⁊ singulis quibuslibet qualitatibus locis
⁊ temporibus ƀm varias rerum mutatões: va-
rias exhibet temptationes. Nam vt tristes de-
cipiat tristatur ⁊ ip̃e: vt gaudẽtes illudat fingit
se ⁊ ip̃e gaudere: vt spirituales defraudet in an-
gelum lucis se trãsfigurat. vt fortes comprimat
apparet agnus. vt mites deuoret appet lupus.
Hec quidem omĩa ƀm similitudinem variaruz
temptationum effici habet: sicut alios a timore
nocturno: alios a sagitta volante in die: alios a
negocio perambulãte in tenebris: alios ab incur
su: alios a demonio meridiano. Et ad hec quis
idoneus vt cognoscat? quis reuelabit speciem
indumẽti eius? ⁊ gyrum dẽtium eius quis agno
scet? En abscõdit sagittas suas in pharetra: ⁊ la-
queos etiam abscõdit sub specie lucis: ⁊ hoc dif
ficilius perpẽditur: nisi a te domine spes nostra
lumẽ assumamus vt videamus. Nam nõ soluz
in carnis operibus que de facili cognoscũtur: nõ
tãtum in ip̃is vitijs: sed in ip̃is spiritualibus ex-
ercitijs laqueos abscõdit subtiles: ⁊ sub virtutum
colore ip̃a vita induit ⁊ trãsmutat se in angelum
lucis. Hec ⁊ multa alia nititur cõtra nos ip̃e fili-
us belial. ip̃e sathã: domĩe deus noster. Et nunc
vt leo: nũc vt draco: manifeste ⁊ occulte: itus ⁊ ex
tra: die ac nocte insidiatur: vt rapiat animas no-
stras. Et tu eripe nos domĩe qui saluas speran-
tes in te: vt ip̃e de nobis doleat: ⁊ tu lauderis ĩ
nobis dñe deus noster.

Jtex de bñficijs dei. ¶ Cap. xviij

Ego autem filius an-
cille tue que me recommẽdauit ma
nui tue: iaz his meis paupculis cõ-
fessionibus confitear tibi liberator
meũs: toto corde meo: ⁊ recolam ad mẽtem me-
am omĩa bona que fecisti mihi a iuuẽtute mea in
omni vita mea. Scio nãqꝫ ꝙ ingratitudo mul-
tum tibi displiceat: que est radix totius mali spi-
ritualis: ⁊ vẽtus quidam desiccãs ⁊ vrẽs om-
ne bonum: obstruẽs fontem diuine misericor-
die tue super hominem: qua ⁊ mortua iam non
oriũtur. ⁊ viua iam opera moriũtur ⁊ vltra non
adipiscũtur. Et ego domine gratias tibi ago ne
sim ingratus tibi liberator meus: qm̃ liberasti
me. Quotiẽs iam me absorbuerat ille draco: ⁊ tu
domine ab ore eius extraxisti me. Quotiens ego
peccaui ⁊ ip̃e paratus fuit deglutire me: sed tu
domĩe deus meus defendisti me. Cum cõtra te
inique agebam cum tua mãdata frãgebam. sta-
bat ip̃e paratus: vt me raperet ad infernuz: sed
tu prohibebas. Ego te offẽdebam: ⁊ tu me de-
fendebas. Ego te nõ timebam: ⁊ tu me custodi-
ebas. A te recedebam: ⁊ inimico meo me exhi-
bebã: tu ip̃m ne me acciperet deterrebas. Hec
mihi tu domine deus meus bñficia ꝯferebas: ⁊
ego miser nõ cognoscebam. Sic. n. me multo-
tiens a faucibus dyaboli liberasti: de ore leonis
eripuisti: ⁊ ab inferno licet nesciẽtem me multis
vicibus reduxisti. Descẽdi. n. vsqꝫ ad portas in-
ferni. ⁊ ne illuc intrarem tu me tenuisti. Appro-
pinquabam vsqꝫ ad portam mortis: ⁊ ne me ip
se caperet tu fecisti. De morte etiam corporis se
pius eripuisti me saluator meus: cũ graues mor
bi tenerẽt me: cum fui in periculis multis ꝑ ma-
re: per terras: ab igne ⁊ gladio: ⁊ ab omni peri-
culo liberãs: semper mihi astans: ⁊ misericordi-
ter saluãs. Sciebas tu quidem domine: quia si
tũc mors me occupasset: infernus animam meaz
suscepisset: ⁊ perpetuo damnatus fuissem. Sed
tua misericordia ⁊ tua gratia preuenit me: eripi
ens me de morte corporis: ⁊ de morte anime:
domine deus meus. Hec ⁊ multa mihi tua alia
bñficia exhibuisti: ⁊ ego eram cecus ⁊ nõ cogno-
ui: donec illumĩasti me. Nũc igit̃ lux aĩe mee dñe

ds me⁹: vita mea ꝑ quā viuo: lumē ocłoꝝ meoꝝ
ꝑ quod video. En illuminasti me ⁊ cognosco te:
quia viuo ꝑ te: ⁊ gratias ago tibi licet viles ⁊ exi
les ⁊ impares beneficijs tuis: quales habꝫ mea
fragilitas offero. Qm̄ tu es solus deus me⁹: cre-
ator meus benign⁹: q amas nostras animas: ⁊ ni
hil odisti eoꝝ que fecisti. En ego p̄mus inter pec
catores quos saluasti: vt exemplum alijs tribuaꝫ
benignissime pietatis tue. Cōfitear tibi benefi-
cia tua magna: qm̄ eripuisti me de inferno infe-
riori semel: ⁊ secūdo: ⁊ tertio: ⁊ cēties ⁊ millies.
⁊ ego semper ad infernum tendebam: ⁊ tu me
semper reducebas: ⁊ iuste millies dānasses me
si voluisses. noluisti: quia amas animas ⁊ dissi-
mulas peccata hominum propter penitentiam
dn̄e deus meus: multe misericordie in omibus
vijs tuis. Nūc ergo video hec dn̄e deus meus
⁊ cognosco ꝑ lumē tuum: ⁊ deficit aīa mea in mi-
sericordia tua magna que est super me: quoniaꝫ
eripuisti aīaꝫ meam ex inferno īferiori: ⁊ me ad
vitā reduxisti. Totus. n. eram in morte: totū me
resuscitasti. Tuū igit͛ sit totū id quod viuo: ⁊ to-
tus totū me tibi offero. Totus spiritus. totū cor
totū corpus. tota vita mea viuat tibi vita mea
dulcis. qm̄ totū me liberasti vt totū me posside
res. totum me refecisti vt totum me rehaberes.
Diligā te igitur dn̄e virtus mea: diligam te in-
effabilis exultatio mea: ⁊ viuat iam nō mihi sed
tibi tota vita mea: que perierat in miseria mea
resuscitata ē in misericordia tua: qui es deus mi
sericors ⁊ miserator ⁊ multe misericordie in mi
lia his qui diligūt nomē tuū. Jccirco dn̄e ds me⁹
sanctificator meus: iussisti mihi lege tua: vt dili-
gā te toto corde meo: tota anima mea: tota mēte
mea: tota fortitudine mea: ⁊ totis virib⁹ meis:
⁊ etiā ex intimis medullis cordis mei: omibus
horis ⁊ momētis: quibus fruor bonis misericor
die tue. qm̄ sꝑ perirē nisi quia sꝑ regis me. sem-
ꝑ morerer nisi quia sꝑ me viuificas: ⁊ omni mo
mēto me tibi obligas: dū oī momento mihi tua
magna bn̄ficia p̄stas. Sicut ergo nulla hora est:
vel pūctus in oī vita mea: quo tuo bn̄ficio non
vtar: sic nullū dꝫ esse momētū quo te nō habeam
an̄ oculos in mea mēoria. ⁊ te nō diligā ex omni
fortitudie mea. Sed nec hoc valeo nisi tu dede-
ris mihi cui⁹ ē om̄e donū bonū: ⁊ om̄e datū opti
mū descēdēs a p̄re luminū: apud quē nō ē trans-
mutatio: nec vicissitudis obūbratio. Nō. n. ē vo
lētis neqꝫ currētis: sꝫ tui miserētis vt diligam⁹
te. Tuū ē dn̄e hoc donū cuius ē om̄e bonū. Jube
te diligi. da qđ iubes ⁊ iube qđ vis.

De feruore dilectōis vel charitatis. Cap̄. xix



AMO te deus me⁹ ma
gisqꝫ sꝑ amare cupio. qꝛ tu es reue-
ra omni melle dulcior: omni lacte nutribilior. ⁊
oī luce clarior. Jccirco sup̄ om̄e auꝝ ⁊ argētum ⁊
lapidē p̄ciosum es mihi charior. displicebat eniꝫ
mihi qcqd agebā in seculo: p̄ dulcedie tua ⁊ deco
re domus tue quā dilexi. O ignis qui sꝑ ardes ⁊
nūqꝫ extingueris. o amor q sꝑ ferues: ⁊ nūqꝫ te-
pescis: accēde me. Accēdar inquā totus a te: vt
totus diligā te. Minus. n. te amat qui tecum ali
quid amat: qđ nō ꝓpter te amat. Diligā te dn̄e:
qm̄ tu prior dilexisti me. Et vn̄ mihi verbuꝫ vt
explicē signa dilectōis tue: maxie erga me ꝓpter
innumera bn̄ficia tua quibus a p̄ncipio educasti
me. Post bn̄ficium nempe creatōis qm̄ in p̄nci-
pio de nihilo ad imaginē tuā creasti me: honori
ficās ⁊ exaltās me inter eas creaturas quas feci-
sti: ⁊ nobilitās lumine vultus tui: quo signasti su
perliminare cordis mei: quo ab insensibilibus pa-
riter ⁊ sensibilibus brutis discreuisti me: ⁊ paulo
minus ab angelis minuisti. Parum ⁊ hoc fuit
an̄ ꝯspectum diuinitatis tue: quoniam quottidi
anis ⁊ singularibus maximisqꝫ donarijs uoruꝫ
beneficiorum me sine intermissione nutriuisti:
⁊ quasi filium tuum paruulum tenellum: vberi
bus tue ꝯsolationis lactasti ⁊ cōfortasti me. Ut
eni tibi totus seruirē: oīa q̄cūqꝫ fecisti in meū ser-
uitiū tradidisti.

Quod deus subiecit oīa seruituti hominum.
Capitulum. xx

OMnia sub pedib⁹ ho
minis subiecisti: vt solus homo to
tus tibi subijceretur. Et vt totus to
tus homo esset: super oīa tua domi
natus ē homo. Exteriora nempe ꝓ corpe cūcta
creasti: ip̄m vero corpus ꝓ aīa: aīaꝫ vero pro te:
vt tibi soli vacaret: ⁊ te solū amaret: possidēs te
ad solatiū: inferiora vero ad seruitiū. Quicqd. n.
celi ābitu ꝯtinet͛: inferius ab aīa hūana ē: que fa
cta ē vt summū sup̄ius possideret: cuius possessio
ne beata fieret: cui si adheserit cūctoꝝ mutabiliū
inferioꝝ necessitudines supergrediēs: illi⁹ sum
me maiestatis cuius emulatur speciē: eterne im
mortalitatis faciē cū serenitate videbit. Tūc ve
ro illis bonis optimis fruetur in domo domini
quoꝝ comparatōe cūcta hec que hic cernimus
velut nihilū cōputātur. Jlla sunt q̄ oculus nō vi
dit: nec auris audiuit: nec in cor hoīs ascēderūt:
q̄ p̄parauit deus diligētibus se. Et hec qdē dn̄e da
turus es aīe. His etiā quottidie letificas aīas ser
uoꝝ tuoꝝ q amas aīas. Quid miror hec dn̄e ds
meus: imaginem quippe tuam honorificas ⁊ si-
militudinem tuam ad quam create sunt. Naꝫ ⁊
corpori nostro licet adhuc corruptibili ⁊ ignobili
vt videret dedisti celi claritatem per manū mi-
nistrorum tuorum indefessoꝝ solis ⁊ lune: q p̄ce

pro tuo iugiter die ac nocte deseruiūt filijs tuis: vt spiraret largitus es aeris puritatē: vt audirz sonoꝝ varietates: vt odoraret odorū suauitates vt gustaret saporum qualitates: vt contrectaret dedisti corpulētiū omniū grossitates. Adiuuamē ta suis necessitatibus dedisti iumenta: volucres quoqꝫ celi ⁊ pisces maris: ⁊ fructus terre: ad refi ciēdum impendisti. Medicinas de terra ꝓpter singulas quasqꝫ suas corruptelas creasti: singula solacia singulis malis obuiātia preparasti: quoniam es misericors ⁊ miserator ⁊ nouisti figmentum nostrum figulus noster: ⁊ nos omnes quasi lutum in manu tua.

Quod ex consideratione bonoruz tem poralium colligitur magnitudo celestis consilij.
Capitulum. xxi.

Eia aperi mihi misericordia tua magna: lumine tuo illustra queso magis adhuc. vt mihi magis aperiatur. Naz ex his minimis tua magna: ⁊ ex his visibilibus tua inuisibilia cōprehēdimus domine deus sancte ⁊ bone creator noster. Si eniz mi dñe pro hoc corpore ignobili ⁊ corruptibili: taz magna ⁊ innumera beneficia p̄stas a celo ⁊ aere: a terra ⁊ mari: a luce ⁊ tenebris: a calore ⁊ vmbra: rore ⁊ imbre: ventis e pluuijs: volucribus ⁊ piscib⁹: bestijs ⁊ arboribus: ⁊ multiplicitate herbaꝝ ⁊ germinū terre: ⁊ cunctarum creaturaꝝ tuaꝝ ministerio nobis successiue ꝑ sua tēpora ministrātiuz: vt alleues fastidiuz nostrum: qualia queso ⁊ q̄ꝫ magna ⁊ innumerabilia erunt illa bona que preparasti diligētibus te: in illa celesti patria vbi te videbimus facie ad faciē Si tanta facis nobis in carcere. quid ages in palatio? Magna ⁊ innumerabilia sunt opera tua domine rex celoruz. Cuz eniz sint hec oīa valde bona ⁊ delectabilia. que bonis pariter malisqꝫ communia tradidisti: qualia futura sunt illa que solis bonis recondisti? Si taz innumera ⁊ varia dona tua: que nunc amicis pariter tribuis ⁊ inimicis: q̄ꝫ magna ⁊ innumerabilia: q̄ꝫ dulcia ⁊ delectabilia: que solis tuis es largiturus amicis: si tāta solacia in hac die lachrymaꝝ: quanta cōferes in die nuptiaꝝ? Si tāta delectabilia cōtinet carcer: quanta queso cōtinet patria? Oculus nō vidit: deus absqꝫ te que preparasti diligentibus te. Secundū enim magnā multitudinez magnificētie tue est etiaz multitudo magna dulcedinis tue quā abscōdisti timētib⁹ te. Magnus eni tu es dñe deus meus ⁊ imensus: nec est finis magnitudinis tue: nec est numerus sapientie tue: nec est mēsura benignitatis tue: nec est finis nec numerus nec mensura retributionis tue: sed sicut magnus es tu: ita magna sunt donaria tua: quoniā tu ipse premium ⁊ donum omniuz legitimorum tuoꝝ pugnatorum.

Nō diuina dulcedo oēm p̄ntem mundi amaritudinem tollit. Capituluz. xxij.

Hec sunt beneficia magna tua domie deus: sanctificator sanctoꝝ tuorum: quibus repletur⁹ es inopiā esurientium filioꝝ tuorū: qnoniaz factus es spes desperatoꝝ ⁊ consolatio desolatoꝝ: tu corona spei que ornata est gloria preparata vincētibus. Tu famelicorū satietas eterna danda esurientibus. Tu consolatio sempiterna: qui solis illis te tribuis: qui consolationē huius mundi pro tua perpetua consolatione cōtemnunt. Nam qui hic consolantur indigni tua cōsolatione habentur. Sed qui hic cruciant a te consolantur: ⁊ qui participant passionibus: participant ⁊ consolationibus. Nemo enim potest in vtroqꝫ seculo consolari: nec potest quis hic ⁊ in futuro gaudere: sed vnum necesse est vt perdat qui alterum voluerit possidere. Hec vbi considero domine cōsolator meus. In hac vita renuit consolari anima mea: vt digna habeat tuis cōsolationibus eternis quia iustuz est vt amittat te quicunqꝫ in aliquo alio magis cōsolari eligit q̄ꝫ in te. Et obsecro summa veritas te per te: nō permittas me in aliqua consolatione vana consolari. Sed peto vt oia mihi amarescāt: vt tu solus dulcis appareas anime mee: qui es dulcedo inextimabilis: per quā cuncta amara dulcorantur. Tua enim dulcedo stephano lapides torrētis dulcorauit: tua dulcedo craticulam beato laurentio dulcem fecit: pro tua dulcedine ibāt apostoli gaudentes a conspectu concilij: quoniā digni habiti sunt pro noie tuo contumeliā pati. Ibat andreas securus ad crucem ⁊ gaudēs: quoniam ad tuam dulcedinem properabat. Hec tua dulcedo ipsos apostoloꝝ principes sic repleuit: vt pro ipsa crucis patibulū vnus eligeret: alter quoqꝫ caput ferienti gladio supponere non timeret. Pro hac emēda bartholomeus propriā pellē dedit. Pro hac quoqꝫ gustāda veneni poculū intrepidus ioannes potauit. Hanc vero vt gustauit petrus omnium inferiorum oblitus clamauit: quasi ebrius dicens: Domine bonū est nos hic esse: faciamus hic tria tabernacula: hic moriemur te cōtemplemur: qꝛ nullo alio indigemus: sufficit nobis domine videre te: sufficit inquit tanta dulcedine satiari. Unam eniz stillā dulcedinis ille gustauit: ⁊ omnem aliam fastidiuit dulcedinem. Quid putas dixisset: si magnam illam multitudinem dulcedinis diuinitatis tue gustasset. quam abscondisti timentibus te? Hanc tuam dulcedinem ineffabilem ⁊ illa gustauerat virgo de qua legim⁹

ꝙ letissima ⁊ glorians ibat ad carcerē: quasi ad epulas inuitata. Hāc vt reor ⁊ ipse gustauerat q dicebat: Quā magna multitudo dulcedinis tue domine quā abscondisti timentibus te: quiqꝫ monebat: gustate ⁊ videte quoniā suauis est dominus Hec est enim illa beatitudo domine deus noster quā expectamus daturū te nobis: pro qua tibi domie ꝯtinue militamus: pro qua tibi mortificamur tota die: vt in tua vita tibi viuamus.

¶ Quod tota spes nostra ⁊ desideriū cordis nr̄i debet esse i deū. ¶ Capitulū. xxiij.

TU autem domine expectatio israel: desideriū ad qđ suspirat cor nostrum quotidie: festina ne tardaueris. Surge propera ⁊ veni: vt educas nos de isto carcere ad confitendū nomini tuo: vt gloriemur i lumine tuo. Aperi aures tuas clamoribus lachrymarū pupillorum tuorum: qui clamant ad te: pater noster: da nobis hodie panem nostrū quotidianum: in cuius fortitudine ambulemus die ac nocte: vsqꝫquo perueniamus ad montē sanctū tuum oreb. Et ego paruulus inter paruulos familie tue: deus pr̄ ⁊ virtus mea: quando veniā ⁊ apparebo ante faciē tuā: vt qui nunc tibi confiteor ad tempus: ex tūc confitear tibi in eternū. Beatus ero si fuero admissus ad videndū claritatē tuam. Quis mihi hoc tribuat vt ad hoc venire permittas me? Scio domine scio ⁊ confiteor me indignum vt intrem sub tectum tuum: sed fac propter honorem tuum: ⁊ ne confundas in te sperantem seruū tuū Et quis intrabit in sanctuariū tuum ad considerandas potentias tuas: nisi tu aperias? Quis autem aperiet: si tu clauseris? Si destruxeris nemo est qui edificet. Et si incluseris hominem: nemo est qui aperiat. Si cōtinueris aquas omnia siccabuntur. Et si emiseris eas: subuertent terrā Si omnia que fecisti ad nihilū redigis: quis cōtradicet tibi: porro sempiterna bonitas misericordie tue qua fecisti omnia quecunqꝫ voluisti. Tu nos fecisti fabricator mundi: rege nos: tu nos creasti: ne spernas nos: q2 opera tua sumus. Et quidem domine deus noster: nos lutum ⁊ vermiculi: non valemus in tuas eternitates intrare nisi tu induxeris qui de nihilo cuncta creasti.

¶ Quod salus nostra ex deo est. Capitulum. xxiiij.

EGo autem opus manuū tuarum confitebor tibi in timore tuo: quia non in arcu meo sperabo: ⁊ gladius meus non saluabit me: sed dextera tua ⁊ brachium tuum ⁊ illuminatio vultus tui: alioquin desperarem: quoniā spes mea tu es: qui creasti me: quoniā nō derelinquis sperātes in te. Tu quippe es dominus deus noster suauis, ⁊ patiens in misericordia disponēs oīa. Nā si peccauerim⁹ tui sum⁹: si nō peccauerim⁹ tui sum⁹ quī apud te sum⁹ ꝯputati. Nos foliū vniuersi: ⁊ vanitas est omnis homo viuens: ⁊ vētus est vita nostra super terram. Ne irascaris si cadimus pupilli tui: quoniam tu nosti figmentum nostrum domine deus noster. Num deus i extimabilis fortitudinis contra folium quod a vento rapitur ostendere vis potentiam tuam: ⁊ stipulam siccam persequeris? Num damnabis israel rex eterne canem vnum? Num damnabis pulicem vnum? Audiuimus de misericordia tua domine: quoniam tu mortem non facis: nec letaris in perditione morientium. Propter te domine oramus te: ne permittas dominari quod nō fecisti: huic creature tue quam fecisti. Si enim doles de perditione: quid te prohibet domine qui omnia potes: ne semper leteris de nostra salutatione. Si vis potes me saluare: ego autem ⁊ si vellem non possem. Magna est multitudo miseriarū mearū mecū. Velle quippe mihi adiacet: perficere autē non inuenio. Velle quod bonū est non possū nisi tu velis: nec quod volo possum: nisi tua potentia me confortet: ⁊ quod possum aliquando nolo: nisi tua voluntas fiat sicut in celo ⁊ in terra. Et quod volo ⁊ possum ignoro: nisi tua sapientia me illustret. Et si etiam sciā quandoqꝫ volens quandoqꝫ valens: imperfecta ⁊ vacua transit sapientia mea nisi adiuuer a vera sapientia tua. In tua autē voluntate cūcta sunt posita: ⁊ non est qui possit resistere voluntati tue: domine vniuersorū principatum tenēs omnis carnis: ⁊ quecunqꝫ vis facis in celo. ⁊ in terra: in mari: ⁊ in omnibus abyssis. In nobis igitur fiat voluntas tua: super quibus inuocatū est nomen tuum: ne pereat hoc nobile plasma tuū quod creasti propter honorem tuū. Et quis est homo natus de muliere qui viuat ⁊ non videat mortem: ⁊ eripiat animam suam de manū inferi: nisi tu solus eripias vita vitalis omnis vite: per quem omnia viuunt.

¶ Quod voluntas humana inefficax sit ad bona opera sine diuina gratia. ¶ Cap. xxv.

ET enim iam tibi confessus sum laus vite mee domine deus meus virtus salutis mee. Sperabam aliquando in virtute mea: que tamen non erat virtus. Et cum sic volui currere: vbi magis stare credebam: ibi magis cecidi: factusqꝫ sum magis retro ⁊ non ante: ⁊ qđ credebam consequi magis elongatum est a me. Sic per multa similia vires meas probas, cognosco

nunc quia illuminasti me: quoniã quod magis cre
didi posse per me: minus semper potui. Dicebã
eniꝫ hoc faciaꝫ. illud perficiaꝫ: nec hoc nec illud
faciebaꝫ. Aderat voluntas nõ erat facultas: ade
rat facultas non aderat voluntas: quoniam de
meis viribus confidebaꝫ. Nunc auteꝫ confiteor
tibi domine deus pater celi ⁊ terre. q: nõ in forti
tudine sua roborabitur vir: vt glorietur ante te
stulta presum ptio omnis carnis. Non est homi
nis velle quod possit: aut posse quod velit: vel sci
re quod velit ⁊ possit. sed potius a te gressus ho
minis diriguntur: illorum inquam qui nõ a se sed
a te dirigi se cõfitentur. Obsecramus itaqꝫ visce
ra misericordie tue: velis domine saluare quod
creasti: quoniaꝫ si vis p tes nos saluare: ⁊ i tua
volũtate virtus est nostre salutis.

De antiquis beneficijs dei.
Capitulum. xxvj.

RECordare misericor-
die tue antique: qua nos a pricipio
in benedictionibus tue dulcedinis
preuenisti. Anteq̄ eniꝫ nascerer ego
filius ancille tue: domine spes mea ab vberibꝰ
matris mee: tu me preuenisti preparans mihi
semitas quibus inciderẽ ⁊ venirẽ ad gloriã do
mus tue: priusq̄ me formares in vtero nouisti
me: ⁊ anteq̄ exireꝫ de vulua quicquid tibi pla-
cuit preordinasti me. Que ⁊ qualia sint in libro
tuo scripta de me: in secreto consistorij tui: ego q
deꝫ ignoro: vnde ⁊ valde timeo. tu vero nosti:
quoniaꝫ quod ego per successus dieꝝ ⁊ temporuꝫ
hinc ad mille annos huius temporalitatis expe
cto: in cõspectu eternitatis tue iaꝫ factuꝫ est: ⁊ qđ
futuruꝫ est iam factuꝫ est. Ego autẽ stans in hac
nocte tenebrosa hec ignorãs: timor ⁊ tremor ve
nerunt super me: dũ video mihi vndiqꝫ immine
re multa pericula a multis quoqꝫ hostibus ve-
nari: multitudineqꝫ innumeraruꝫ miseriarum in
hac vita me circundari. Et nisi in his tantis ma
lis afforet mihi tuuꝫ adminiculuꝫ desperarem.
Sed spes mihi magna subest de te mitissime pri
ceps deus meus: ⁊ consideratio multudinis mi
serationuꝫ tuaruꝫ que apud te sunt subleuat mẽ-
teꝫ meaꝫ: ⁊ precedẽtia signa misericordie tue que
me anteq̄ nascerer preuenerunt: ⁊ nunc specia-
liter in me euulserunt: de futuris benignitatis
tue melioribus ⁊ perfectioribus muneribus: que
amicis tuis reseruas: spem meaꝫ admonẽt: vt i
te letetur domine deus meus leticia sancta ⁊ vi
na: qua semper letificas iuuentuteꝫ meaꝫ.

De angelis deputatis ad custodiaꝫ
hoium. Capitulũ. xxvij.

DIlexisti enim me vni-
ce amor meus anteq̄ diligereꝫ te: ⁊ ad imaginẽ
tuaꝫ creasti me: omnibus creaturis tuis propo-
suisti me: quaꝫ dignitatẽ: tunc quideꝫ seruo cuns
nouerim te propter queꝫ fecisti me. Insuper fa-
cis angelos tuos spiritus propter me. quibus
mandasti vt custodiãt me in omnibus vijs meis
ne forte offendã ad lapidẽ pedeꝫ meum. Hi enĩ
sũt custodes super muros ciuitatis tue noue hie
rusaleꝫ: ⁊ montes in circuitu eius: vigilãtes ⁊ cu
stodiẽtes vigilias noctis super gregem tuum: ne
quãdo rapiat vt leo animas nostras: duꝫ nõ esseꝫ
qui eriperet. ille antiquus serpens aduersarius
noster diabolus: qui quasi leo rugiẽs semper cir
cũit querens quẽ deuoret. Hi sunt ciues beate ci
uitatis superne hierusalẽ que sursuꝫ est mater no
stra: in ministeriũ missi propter eos qui heredi-
tatẽ capiũt salutis: vt eos liberent ab inimicis
suis ⁊ custodiãt in omnibus vijs suis: confortẽt
quoqꝫ ⁊ moneãt: ⁊ oratiões filioruꝫ tuoruꝫ offe-
rant in cõspectu glorie maiestatis tue. Diligunt
nempe conciues suos: per quos sue ruine scissu-
ras restaurari expectãt. Ideoqꝫ magna cura ⁊ vi
gilanti studio assunt nobis omnibus horis ⁊ locis
succurrẽtes ⁊ prouidẽtes necessitatibus nostris
⁊ solliciti discurrentes inter nos ⁊ te domine ge
mitus nostros atqꝫ suspiria referentes ad te: vt
impetrent nobis faciliꝫ tue benignitatis propi-
tiationẽ: ⁊ referant ad nos desideratã tue gratie
benedictionẽ. Ambulant nobiscuꝫ in omnibus vi
is nostris: intrãt ⁊ exeũt nobiscũ: attẽde cõside-
rantes q̄ pie q̄ honeste in medio praue natiõis
conuersemur quantoqꝫ studio ⁊ desiderio quera-
mus regnuꝫ tuuꝫ ⁊ iusticiã eius: quantoqꝫ timo-
re ⁊ tremore seruiamus: ⁊ exultemus tibi leticia
cordis nostri. Adiuuãt laborãtes protegũt quie-
scentes: hortãtur pugnãtes: coronãt vincẽtes: cõ
gaudẽt gaudẽtibus: de te inquã gaudẽtibus: cõ-
patiũtur patiẽtibus: pro te inquaꝫ patiẽtibus.
Grãdis est eis cura de nobis. Magnus est affe-
ctus dilectionis eoꝝ erga nos. Et hoc totũ pro-
pter honoreꝫ tue inextimabilis charitatis qua
dilexisti nos. Diligũt eniꝫ quos tu diligis: custo
diunt quos tu custodis: ⁊ deserũt quos tu dese-
ris: nec diligũt operãtes iniquitatẽ: quoniaꝫ ⁊ tu
odisti omnes operẽtes iniquitateꝫ: ⁊ perdes oẽs
qui loquũtur mẽdaciuꝫ. Quotiẽs bene agimus
gaudẽt angeli ⁊ tristãtur demones. Quotiens a
bono deuiamus: diabolum letificamus ⁊ ange-
los tuos suo gaudio defraudamus. Gaudium
est eniꝫ eis super vno peccatore penitẽtiaꝫ agẽ-
te. Sed diabolo super vno iusto penitentiã de-
serente. Da igitur pater eis semper gaudere de
nobis: vt ⁊ tu semper per eos lauderis in nobis
⁊ nos cuꝫ eis i vnuꝫ ouile tuũ adducamur: vt cõ
fiteamur simul nomini sancto tuo creator hoiuꝫ

⁊ angelorum. Hec ipse cōmemorās corā te: cōfiteor laudās te: qm̄ bn̄ficia tua magna sūt hec quib⁹ nos honorificasti: dās nobis angelos tuos sp̄us in ministeriū nostrū. Dederas eniz quicquid celi ambitu cōtinetur: ⁊ quasi parua reputas hec q̄ sub celo sunt: nisi adderes etiā ea que sunt super celos. Laudēt te dn̄e de hoc omnes angeli tui: ꝯfiteātur tibi de hoc oīa opera tua: ⁊ ipsi sācti tui tibi benedicāt. O honorificētia nostra nos nimis honorificās ⁊ ditās: multis muneribus decorasti. Amabile est eniz nomē tuū dn̄e i vniuersa terra. Quid est eniz homo qr magnificas eū: aut apponis erga eū cor tuū? Dixisti eniz veritas antiqua. Delitie mee esse cū filijs hoīuz. Nōne homo putredo: ⁊ filius hominis vermis: nōne vniuersa vanitas oīs homo viuēs? Et dignū ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos: ⁊ adducere eū tecū in iudicium.

De profūda predestinatiōe ⁊ prescietia dei. Capitulum. xxviij.

Voce me abyssus profundissima creatrix sapiētia: que liberasti in pōdere mōtes ⁊ colles: in statera molez terre tribus digitis appendisti. Suspēde molē corporalitatis hui⁹ quā gero: tribus innuis digitis tuis ad te: vt videā ⁊ cognoscā quā admirabilis es in vniuersa terra. Lux antiquissima que lucebas ante oēz lucez in mōtibus sanctis eternitatis antique: cui nuda ⁊ aperta erāt oīa anteq̄ fierēt. Lux que odio habes oēz maculā: vtpote mūdissima ⁊ īmaculatissima que tibi delicie cū hoīe? que cōuētio lucis ad tenebras? Ubi eniz sunt in hoīe delicie tue? Ubi preparasti tibi in me dignū sanctuariū maiestatis tue: ad quod introiens habeas delicias delectationis tue? Mūdū eniz cenaculū decet te mūdās virtus: que nō nisi a mūdis cordib⁹ videri potes: multomagis nec haberi. In hoīe autez vbi est tēplū tā mūdū vt te suspiciat qui regis mūdū? Quis potest facere mūdū de imūdo cōceptū semine? nōne tu qui solus es mūdus? ab īmūdo eniz quis mūdabitur? Naz ⁊ sm legē quā dedisti patribus nostris in igne cōburēti mōtez: in nube tegēte aquā tenebrosaz: quicquid tegerit īmūdus: imūdū erit. Oēs autē nos quasi pānus mēstruate de massa corrupta ⁊ imūda veniētes maculā imūdicie nostre: quā celare saltē tibi qui oīa vides nō possumus: in frōtibus portamus: quare mūdi esse nō possumus nisi tu mūdaueris qui solus es mūdus. Mūdas autē de nobis filiis hoīuz eos in quibus tibi cōplacuit habitare: quos ab iaccessibilibus profūdis secretis iudiciorum incōprehēsibiliū sapiētie tue: semper iustorum licet occultorum: sine eorum meritis predestinasti ante mūdū: vocasti de mūdo: iustificasti in mūdo: ⁊ magnificas eos post mūdū. nō oībus autē hoc facis quod admirātur tabescētes oēs sapiētes terre.

Et ego dn̄e hoc cōsiderās expauesco ⁊ obstupesco de altitudine diuitiar͡ȝ sapiētie ⁊ sciētie tue: ad quā ego nō pertigo: ⁊ icōprehēsibilia iudicia iusticie tue: qm̄ ex eodē luto alia quidez facis vasa i honorē: alia vero in cōtumeliā sempiternā. Quos igitur tibi elegisti de multis in tēpiuz sanctum tuuz ipsos mūdas: effundēs super eos aquā mūdā: quorum noīa numerūq̄ȝ tu nosti: qui solus numeras multitudinē stellaruz ⁊ oībus eis noīa vocas qui etiaz scripti sunt in libro vite: qui nequaq̄ȝ perire possunt: quibus oīa cooperātur in bonum etiaz ipsa peccata. Cum eniz cadūt nō colliduntur qr tu supponis manū tuaz. custodiēs omnia ossa eoruz: vt vnuz ex eis nō cōteratur. Attamē mors peccatoruz pessima: illoruz inq̄ȝ: quos anteq̄ȝ faceres celū ⁊ terraz: sm abyssuz multā iudicioruz tuoruz occultoruz: semper autē iustoruz presciuisti ad mortez eternā: quorum dinumeratio nominū ⁊ meritoruz prauoruz apud te est: qui numerum arene maris dinumerasti: ⁊ dimēsus es profunduz abyssi: quos reliquisti in imūdicijs suis: quibus omnia cooperātur in malū: ⁊ ipsa etiā oratio vertitur in peccatū: vt si etiā vsq̄ȝ ad celos ascēderint: ⁊ inter sidera celi collocauerint nidū suū quasi sterquilinū in fine perdētur.

De illis qui prius sunt iusti ⁊ postea impij efficiuntur: ⁊ ecōuerso. Cap. xxix.

Magna sunt hec iudicia tua domine deus. iudex iuste ⁊ fortis. qui iudicas equitatē. ⁊ inscrutabilia facis ⁊ profunda. que cuz cōsidero cōtremescunt omnia ossa mea. quoniam securatur homo viuēs super terraz. vt seruiam⁹ tibi pie ⁊ caste cunctis diebus vite nostre in timore ⁊ exultemus tibi cuz tremore vt nō sit seruitiū sine timore. neq̄ȝ gaudiū sine tremore. ⁊ nō glorietur accinct⁹ nisi vt discinctus. neq̄ȝ glorietur ante te omnis caro. sed pauescat ⁊ contremescat a facie tua. cum ignoret homo vtrum amore an odio dignus sit. sed in futurum omnia reseruantur incerta. Uidimus enim multos domine ⁊ audiuimus a patribus nostris quod vtiq̄ȝ sine magno tremore non recolo. sine multo timore non confiteor ascendisse primitus quodammodo vsq̄ȝ ad celos ⁊ inter sidera nidum suum collocasse. postmodū autem cecidisse vsq̄ȝ ad abyssos. ⁊ animas eoruz in malis obstupuisse. Uidimus stellas de celo cecidisse ab impetu ferientis caude draconis. Et eos qui iacebant in puluere terre a facie subleuantis manus tue domine mirabiliter ascendisse. Uidimus viuos morientes. Et

mortuos a morte surgẽtes: ⁊ eos qui inter filios dei ambulãt in medio lapidum ignitoꝝ: quasi lutum ad nihilum defluxisse. Uidimus lucem obtenebrasse ⁊ de tenebris lucem ꝓcessisse. q꜀ publicani ⁊ meretrices procedũt incolas in regno celoꝝ. filij autem regni eijciũtur in tenebras exteriores. Quare autem ista oĩa nisi quia in mõtem illum ascẽderũt in quem ascẽdit angelus: ⁊ descẽdit dyabolus. Quos autem p̄destiasti ip̄os ⁊ vocasti: ⁊ sanctificasti: ⁊ mũdasti. vt dignum habitaculum sint tue maiestatis cum quibus ⁊ in quibus sunt tibi delicie sancte ⁊ mũde: in quibus tu delectaris: ⁊ letificas iuuẽtutem eoꝝ habitãs cũ eis in memoria eorum. vt ip̄i templum sanctuz tuum sint. quod magne dignitatis ⁊ cõmẽdatio ẽ humanitatis nostre.

¶ Quod anima fidelis sit sanctuarium dei. Capitulum. .xxx.

Anima enim quaz creasti nõ de te sed per verbum tuum nõ ex qualibet elemẽtoruz materia sed ex nihilo: que quidez ratõnalis. intellectualis. spiritualis. semper viuẽs. semper in motu: quam signasti lumie vultus tui: ⁊ ꝯsecrasti virtute lauacri tui: ita facta ẽ capax maiestatis tue ꝙ a te solo ⁊ a nullo alio possit impleri. Quãdo autem te habet plenum est desideriũ eius: ⁊ iam nihil aliud quod desideretur exterius restat. Dum autẽ aliquid exterius desiderat: manifestum est ꝙ te nõ habet iterius. quo habito nihil est quod vltra desideretur. Cum. n. sis summum ⁊ oĩe bonum: nõ habet quod desideret amplius si possidet te oĩe bonum. Quod si nõ desiderat oĩe bonũm: restat vt desideret aliquid quod nõ est oĩe bonum. ergo nec summuz bonum. ergo nec deum: sed potius creaturaz. Cũ autem creaturam desiderat ꝯtinuam famem habet. quia licet quod desiderat de creaturis adipiscatur: vacua tamẽ remanet. quia nihil ẽ q̃d eam impleat nisi tu ad cuius imaginẽ est creata Imples autem tu eos qui nihil aliud desiderãt p̄ter te: ⁊ facis eos dignos te: sanctos: beatos: immaculatos ⁊ amicos dei: qui oĩa reputãt vt stercora vt lucrifaciãt te solum. Hec est. n. beatitudo quam homini ꝯtulisti. hic est honor quo euz inter oẽs creaturas ⁊ super oẽs honorificasti: vt sit admirabile nomẽ tuuz in vniuersa terra. Ecce dñe deus meus summe optime oĩpotẽtissime inueni locum vbi tu habitas. quia in aĩa quã creasti ad imaginẽ ⁊ silitudinẽ tuã: q̃ te solũ q̃rit ⁊ desiderat. quia nõ in illa que te nõ querit nec desiderat.

¶ Q̃d neq꜀ ꝑ sensus exteriores neq꜀ interiores inueniri põt deus. ¶ Cap. .xxxj.

Ego erraui sicut ouis q̃ perierat: q̃rẽs te exterius q es iterius ⁊ multũ laboraui q̃rẽs te ex̃ me: ⁊ tu hitas i me: si tñ ego desiderẽ te. Circũiui vicos ⁊ plateas ciuitatis huius mũdi: q̃rẽs te ⁊ nõ inueni. q꜀ male q̃rebã foris q̃d erat itus. Misi nũcios meos oẽs sensus exteriores vt q̃rerẽ te: ⁊ nõ inueni. quia male q̃rebã. Uideo. n. lux mea d̃s q illumiasti me: q꜀ male te ꝑ illos q̃rebã. q꜀ tu es itus: ⁊ tñ ip̄i vbi itraueris nesciuert Nã oculi dicũt: si colorat⁹ nõ fuit ꝑ nos nõ itrauit Aures dicũt: si sonitũ nõ fecit ꝑ nos nõ transiuit. Nasus dicit: si nõ oluit: ꝑ me nõ veit. Gust⁹ dic̃: si nõ sapuit ꝑ me nõ introiuit. Tactus etiam addit: si corpulẽtus nõ est nihil me de hac re iterroges. Nõ ista igitur sunt deus meus. Nõ. n. speciem corporis. nõ decus temporis. nõ cãdorem lucis. nõ colorem. nõ dulcium melodiaꝝ cãtus. ⁊ quecũq꜀ dulce sonãtia. nõ floꝝ ⁊ vnguẽtoꝝ vel aromatũ odores. nõ mella vel mãna gusti delectabilia. nõ cetera ad tãgẽdum vel amplexãduz amabilia: nec oĩa alia sensibus his subiecta quero: cum deum meum quero. Absit vt ista crediderĩ deũ meum: que etiaz a brutalium sensibus compr̄hẽdũtur. Et tamẽ cũ deũ meũ quero: quero nihilominus quẽdam lucem super oẽz lucẽ: quã nõ capit oculus: quãdam vocem super oẽz vocem: quã nõ capit auris: quẽdam odorem super oẽz odorem: quem nõ capit naris: quẽdã dulcorem super oẽz dulcorẽ: quem nõ capit gustus: quẽdam amplexum super oẽz amplexum: quẽ nõ capit tactus. Ista lux quidem fulget: vbi loc⁹ nõ capit. ista vox sonat vbi spũs nõ rapit. odor iste redolet vbi flatus nõ spargit. sapor iste sapit: vbi nõ est edacitas. amplexus iste tãgiꝛ: vbi nõ diuellitur. Hic est deus meus ⁊ nõ extimabiꝛ ali⁹ ad illum: hoc quero cum deum meũ quero. istud amo cũ deũ meũ amo. Sero te amaui pulchritudo tam ãtiqua ⁊ tã noua: sero te amaui: ⁊ tu itus eras ⁊ ego foris: ⁊ ibi te querebam: ⁊ in ista formosa que fecisti: deformis irruebam. Mecum eras: ⁊ tecum nõ eram. Ea me tenebãt lõge a te que esse nõ poterãt nisi in te. Circũibam. n. oĩa querẽs te ⁊ propter oĩa dereliquẽs me. Interrogaui terrã si esset deus meus: ⁊ dixit mihi ꝙ nõ: ⁊ oĩa que in ea sunt hoc idẽ ꝯfessa sunt. Interrogaui mare ⁊ abyssos ⁊ reptilia q̃ in eis sunt: ⁊ respõderũt. Nõ sumus deus tuus: q̃re sup nos. Interrogaui flabilẽ aerẽ: ⁊ inq̃t vniuersus aer cũ oĩbus incolis suis. Falliꝛ anaximenes nõ sum ego deus tuus. Interrogaui celũ solẽ lunam ⁊ stellas: neq꜀ nos sumus deus tuus inquiũt. Et dixi oĩbus his q circũstãt fores carnis mee: dicite mihi de deo meo q̃d vos noscitꝭ: dicite mihi aliq̃d de illo. ⁊ ex

clamauerunt omnes voce grandi. Ipse fecit nos Interrogaui mundi molem: dic mihi si es deus meus an non. Et respondit voce forti. Nō suz inquit ego sed per ipsum sum ego: quē queris in me ipse fecit me: super me quere: qui regit me q̃ fecit te. Interrogatio creaturaꝝ profunda est cōsideratio ipsaꝝ: responsio attestatio ipsaꝝ de deo quoniam omnia clamant deus nos fecit. Quoniam vt ait apostolus inuisibilia dei per ea q̃ facta sunt: a creatura mundi intellecta conspiciunt. Et redij ad me ⁊ intraui in me ⁊ aio ad me. Tu quis es? Et respondi mihi. Homo rationalis ⁊ mortalis. Et incepi discutere quid hoc esset: ⁊ dixi. Unde hoc tale animal domine deus meꝰ. Unde nisi abs te? tu fecisti me ⁊ non ipse me. Quis tu Tu per quē viuo ego: tu per quē viuunt omnia. Quis tu. Tu domine deus meus verus ⁊ solus omnipotens ⁊ eternus: ⁊ incomprehensibilis ⁊ immensus: qui semꝑ viuis ⁊ nihil moritur in te immortalis habitans eternitatez: mirabilis oculis angelorum: inenarrabilis: imperscrutabilis ⁊ innominabilis: deus viuus ⁊ verus: terribilis: ⁊ fortis: nesciens principium neqꝫ finē: principiuz omniū atqꝫ finis: qui es ante primordia seculoꝝ ⁊ ante omnes seculoꝝ origines. Tu es deus meꝰ ⁊ dominus omniū que creasti: ⁊ apud te omniuz stabiliuz stant cause: ⁊ oium mutabiliū apud te immutabiles manent origines: ⁊ oium rationabilium ⁊ irrationabilium atqꝫ tēporalium sempiterne viuunt rationes. Dic mihi supplici seruo tuo deus meus. dic misericors misero tuo. dic queso per miserationes tuas. vnde hoc tale animal nisi abs te? An quisqꝫ sese faciendi erit artifex: an aliunde qꝫ a te trahitur esse ⁊ viuere? Nonne tu es summū esse a quo est omne esse? Quicquid. n. est a te est. q2 sine te nihil est. Nonne tu es fōs vite a quo fluit omnis vita? Quicquid enim viuit per te viuit: q2 sine te nihil viuit. Tu ergo domine fecisti me: quero quis fecit me? tu domine fecisti: sine quo factū est nihil. Tu factor meꝰ ego opus tuū. Gratias tibi ago domine deus meus: per quem viuo ego: ⁊ per quē omnia viuunt: qm̃ fecisti me. Gratias tibi plasmator meus: quia manus tue fecerunt me ⁊ plasmauerūt me. Gratias tibi lux mea: quoniā illuminasti me: ⁊ inueni te: ⁊ me. vbi inueni me: ibi cognoui me: vbi inueni te ibi cognoui te. vbi autem cognoui te ibi illuminasti me. Gratias tibi lux mea quoniam illuminasti me. Quid est quod dixi cognoui te? Nonne tu es deus incōprehensibilis ⁊ imensus: rex reguz: ⁊ dominus dominantiuz: qui solus habes immortalitatē ⁊ lucē habitas inaccessibilez quē nullus hominū vidit: sed nec videre potest? Nonne tu es deus absconditus ⁊ imperscrutabilis maiestatis: solus tui ipsius maximus cognitor ⁊ mirabilis contemplator? Quis ergo cognouit quod nunqꝫ vidit? Dixisti enim in veritate tua. Non videbit me homo ⁊ viuet. Dixit ⁊ preco tuus per veritatē tuaz. Deū nemo vidit vnquā. Quis ergo cognouit quod nunqꝫ vidit. dixit etiā veritas tua. nemo vidit filiuz nisi pater: neqꝫ patrē quis nouit nisi filius. Sola trinitas tua. soli sibi integre nota est que exuperat omnez sensum. Quid est ergo quod dixi: q2 cognoui te? Quis eniz cognouit te nisi tu te? Tu quippe solus deus omnipotēs superlaudabilis ⁊ supergloriosus ⁊ superexaltatus, ⁊ altissimus ⁊ superessentialis in sanctissimis ⁊ diuinissimis eloquijs nominaris: quoniā super oēm essentiaz intelligibilem siue intellectualē atqꝫ sensibilem. ⁊ super oē nomen quod nominatur non soluz in hoc seculo: sed etiaz in futuro: superessentialiter ⁊ superintelligibiliter esse dignosceris: quoniā superessentiali ⁊ occulta diuinitate: super omnē rationē: intellectum ⁊ essentiā inaccessibiliter ⁊ imperscrutabiliter habitas in teipso: vbi lux inaccessibilis: ⁊ lumen imperscrutabile: ⁊ incōprehensibile: ⁊ inenarrabile: ad quod non attingit aliquod lumen quoniā incontēplabile ⁊ inuisibile ⁊ superrationale: ⁊ superintelligibile ⁊ superinaccessibile: ⁊ superincōmutabile ⁊ supincōmunicabile creditur: quod nullus vnqꝫ angeloruz vel hominū vidit: sed nec videre potest. Hoc est celuz tuū domine. celum celans superarcanum: superintelligibile: superrationale: ⁊ superessentiale lumē. de quo dicitur. Celū celi domino. Celum celi cui terra est omne celū. q2 supermirabiliter exaltatū est super omne celū ad quod etiā terra est ipsum celū empireum: hoc est celi domino: q2 nulli notum nisi domino ad quod nemo ascendit nisi qui de celo descendit: q2 nemo nouit patrem nisi filius ⁊ eorum spiritus. ⁊ nemo nouit filium nisi pater ⁊ eorum spiritus. Soli quidem tibi trinitas integre nota es trinitas sancta trinitas supermirabilis: ⁊ superinenarrabilis: ⁊ superiscrutabilis: ⁊ superinaccessibilis: superincomprehensibilis: superintelligibilis: superessentialis: superessentialiter exuperans omnez sensum: omnē rationē: omnez intellectū: omnē intelligentiaz: omnem essentiaz supercelestiuz animoꝝ: quā neqꝫ dicere neqꝫ cogitare neqꝫ intelligere neqꝫ cognoscere possibile est: etiā oculis angeloꝝ. Unde ergo cognoui te domine deus altissime super oēm terrā: super oē celum: quem neqꝫ cherubin perfecte cognoscunt neqꝫ seraphin: sed alis contemplationum suaruz velatur facies sedenti super solium excelsum ⁊ eleuatum: clamantes ⁊ dicentes. Sanctus sanctꝰ sanctus dominus deus exercituum: plena est omnis terra gloria tua. Expauit propheta ⁊ dixit. Ue mihi q2 tacui: q2 vir pollutus labijs ego sum

Et expãuit cor meũ: ⁊ dixi. Ue mihi: qr non tacui
qr vir pollutus labijs ego sum: sed dixi cognoui
te. Ueruntamẽ domine ve tacẽtibus de te quo
niam loquaces muti fiunt sine te. Et ego domie
deus meus non tacebo: quoniã fecisti me: ⁊ illu-
minasti me ⁊ inueni me: ⁊ cognoui te qm̃ illumi
nasti me. Sed qualiter cognoui te? Cognoui te i
te. Cognoui te nõ sicũt tibi es: sed cognoui te sicut
mihi es: ⁊ non sine te. sed in te: qr tu es lux que il
luminasti me Sicut enim tibi es: soli tibi cogni-
tus es: sicut mihi es ſm gratiã tuã ⁊ mihi cogni
tus es. Sz quid mihi es? Dic mihi misericors
famulo tuo misero: dic mihi per miseratiões tu-
as quid mihi es? Dic anime mee: salus tua ego
sum: noli abscondere a me faciẽ tuã ne moriar.
Sine me loqui apud misericordiam tuaz: me ter
rã ⁊ cinerẽ: sine me loqui apud misericordiã tu
az. quoniam misericordia tua magna est sup me
loquar ad deũ meũ cũ sim puluis ⁊ cinis. Dic
mihi supplici tuo: dic mihi misericors misero tuo
dic per miserationes tuas: quid mihi es? Et in
tonasti desuper voce grandi in interiorem aurẽ
cordis mei: ⁊ rupisti surditatẽ meã: ⁊ audiui vo-
cem tuã: ⁊ illuminasti cecitatẽ meã: ⁊ vidi lucẽ tu
az: ⁊ cognoui quoniã deus meus es tu. Propte-
rea dixi ꝙ cognoui te. Cognoui eniz te quoniaz
deus meus es tu. Cognoui te solũ verũ deum ⁊
quẽ misisti iesum xpm. Erat tẽpus quando nõ
cognoscebaz te. ve tempori illi: quando non co-
gnoscebam te. ve cecitati illi quando nõ videbã
te: ve surditati illi quando nõ audiebã te. Cec⁹
⁊ surdus per formosa que fecisti deformis irrue
bam. Et mecũ eras ⁊ tecũ nõ eraz: ⁊ ea me tene-
bant longe a te que non essent nisi essent in te. Il
luminasti me lux mundi ⁊ vidi te ⁊ amaui te. ne
mo quippe te amat nisi qui te videt: ⁊ nemo te vi
det nisi qui te amat. Sero te amaui pulchritu-
do tam antiqua ⁊ tam noua sero te amaui: ve tẽ
pori illi quando non amaui te.

Confessio vere fidei. Cap. xxxij.

GRatias tibi ago lux
mea que illuminasti me ⁊ cognoui
te. Qualit̃ cognoui te? Cognoui te
solum deum viuũ ⁊ vex creatorem
meuz. Cognoui te creatorẽ celi ⁊ terre visibiliũ
omniũ ⁊ inuisibiliũ: deũ verũ omnipotentẽ im
mortalẽ ⁊ inuisibilem: incircunscriptibilẽ: inter-
minabilẽ: eternũ: inaccessibilẽ: incõprehensibilez
imperscrutabilẽ: incõmutabilẽ: imensum: infini
tum: principiũ omniũ visibiliuz ⁊ inuisibiliũ crea
turax: per quẽ omnia facta sunt: per quez cuncta
subsistunt elementa. Cuius maiestas sicut prin-
cipium nunꝗ̃ habuit: sic nec desinet in eternum
Cognoui te vnum solum vex deuz eternuz pa-
trem ⁊ filiuz ⁊ spiritumsanctũ: tres quidẽ perso-
nas sed vnã essentiã oino simplicẽ: indiuisamqz
naturã ⁊ patrẽ a nullo: filiuz a patre solo: ⁊ spiritũ
sanctuz pariter ab vtroqz: absqz initio semp ⁊ si-
ne fine deũ trinũ ⁊ vnuz solũ ⁊ veruz deũ omni
potentẽ vnũ vniuersox principiũ: creatorẽ omni
um visibiliũ: ⁊ inuisibiliũ: spiritualiũ ⁊ tẽporaliuz
qui tua omnipotenti virtute simul ab initio tẽ-
poris vtranqz de nihilo condidisti creaturã spi
ritualẽ ⁊ corporalẽ: angelicã videlz ⁊ mundanã
ac deinde humanam quasi cõmunẽ ex corpore ⁊
spiritu constitutam. Cognoui te ⁊ confiteor te de
um patrẽ ingenitũ: te filiuz a patre genitũ: te spi
ritũsanctuz paraclitũ neqz genitũ neqz ingenitũ
sanctã ⁊ indiuiduã trinitatẽ in tribus coequali-
bus personis cõsubstantialibus: ⁊ coeternis: tri
nitatẽ in vnitate: ⁊ vnitatẽ in trinitate: corde cre
dens ad iusticiã ⁊ ore confitens ad salutem. Co
gnoui te vex deũ ⁊ dñz nr̃m iesum christũ filiũ dei
vnigenitũ: creatorẽ saluatorẽ ⁊ redemptorez me
um: ⁊ totius humani generis: quem confiteor ex
patre genitũ ante secula: deuz de deo lumen de
lumine: deuz verũ de deo vero: nõ factũ sed ge-
nitũ: cõsubstantialẽ ⁊ coeternũ patri ⁊ spirituisan
cto: per quẽ oĩa facta sunt a prĩcipio: firmiter cre
dens ⁊ veraciter confitens te deum vnigenituz
iesum christũ propter salutẽ hominũ a tota trini
tate cõmuniter incarnatũ ⁊ ex maria perpetua
virgine: spiritussancti cooperatione conceptum
vex hoiem factuz ex anima rationali ⁊ humana
carne subsistentẽ: Qui cũ secũdũ diuinitatẽ vnige
nitus dei impassibilis sis pariter ⁊ imortalis: p
pter nimiã dilectionẽ tuã qua dilexisti nos: idez
ipse dei filius ſm humanitatẽ factus es passibi-
lis ⁊ mortalis. Qui propter salutẽ humani gene
ris vnice fili dei in ligno crucis pati dignatus es
passionẽ ⁊ mortẽ vt nos a morte perpetua libe
rares atqz ad inferos: vbi sedebant in tenebris
patres nr̃i: auctor luminis descendisti: ⁊ die ter-
tia gloriosus victor ab inferis ad superos resur
rexisti: resumens sacrũ corpus qd̃ pro peccatis
nostris mortuũ iacuerat in sepulchro ⁊ viuificãs
ſm scripturas die tertia: vt ipsum in patris dex
tra collocares. Assumpta nanqz tecuz ex inferis
captiuitate quã captiuauerat antiquus hostis:
humani generis inimicus verus dei filius cum
nostre carnis suba. i. cũ anima ⁊ carne humana
ex virgine gloriosa assumpta: super omnes celos
ascendisti. transcendẽs omnes ordines angelo
rum: vbi sedes ad dexterã dei patris: vbi ẽ fõs
vite ⁊ lumen inaccessibile: ⁊ pax domini que exu
perat oẽz sensuz. Ibi te deũ verũ ⁊ hominẽ iesuz
christũ adoramus ⁊ credimus: ꝯfitentes te pa-
trem habere deum. Indeqz te venturũ iudicez
in fine seculi expectam⁹: vt iudices viuos ⁊ mor

nos: ⁊ reddas omnibus bonis ⁊ malis ſꝫ ope-
ra ſua: que operati ſunt in hac vita: vel premiuꝫ
vel ſuppliciū: prout vnuſquiſqꝫ dignus fuerit re
quie vel erumna. Reſurgent enim in illa die a
voce virtutis tue omnes homines: quotquot hu
manaꝫ animā acceperūt in carne ſua: quam hic
habuerūt: vt totus homo pro meritis vel glori
am ſuſcipiat vel gehennā. Tu es ipſe vita ⁊ re-
ſurrectio noſtra: quē ſaluatorē expectamus dn̄m
ieſum chriſtum: qui reformabit corpus humili-
tatis noſtre configuratū corpori claritatis ſue.
Cognoui te deū verum ⁊ vnum ſpiritumſanctū
patris ⁊ filij ab vtroqꝫ pariter procedētēꝫ: cōſub
ſtantialē ⁊ coeternū patri ⁊ filio paraclitum ⁊ ad
uocatum noſtrum: qui ſuper eundem deuꝫ ⁊ do
minū noſtrum ieſum chriſtū in columbe ſpecie
deſcēdiſti ⁊ ſuper apoſtolos in linguis igneis ap
paruiſti. Qui ⁊ omnes ſcōs ⁊ electos dei a prin
cipio tue gratie munere docuiſti ⁊ ora propheta
rū vt enarrarēt mirabilia regni dei aperuiſti: qui
ab oībus ſanctis dei cum patre ⁊ filio ſimul ado-
raris ⁊ glorificaris. Inter quos ⁊ ego filius ancil
le tue toto corde meo glorifico nomen tuum: quo
niam illuminaſti me. Tu eniꝫ es vera lux lumē
veridicū: ignis dei ⁊ migiſter ſpirituū: qui vncti-
one tua doces nos omnem veritatē: ſpiritus ve
ritatis: ſine quo i mpoſſibile eſt placere deo: quo
niam tu ipſe deus es ex deo: ⁊ lux de luce: proce-
dēs a patre luminū ineffabiliter: ⁊ a ſuo filio do-
mino noſtro ieſu chriſto: quibus cōſubſtātialis
⁊ coequalis ⁊ coeternus exiſtēs in vnius trinita
tis eſſentia ſupereſſentialiter cōgloriaris ⁊ cōre
gnas. Cognoui te vnum deuꝫ viuum ⁊ verū pa
trem ⁊ filium ⁊ ſpiritūſanctum: trinū quidē in ꝑ-
ſonis ſed vnū in eſſentia: quem cōfiteor: adoro ⁊
glorifico toto corde meo verum deum ſoluꝫ ſan-
ctum: imortaleꝫ: inuiſibilē: icōmutabilem: iacceſ
ſibilem: imperſcrutabilem: vnum lumen: vnuꝫ
ſolem: vnum panem: vnā vitā: vnū bonuꝫ: vnū
pricipium: vnum finē: vnuꝫ creatorem celi ⁊ ter
re: per quē omnia viuūt: per quem omnia ſubſi
ſtunt: per queꝫ omnia gubernātur regūtur ⁊ viui
ficātur que in celis ſunt ⁊ que in terris: ⁊ que ſub
terra. preter quē nō eſt deus in celo ⁊ in terra.
Sic cognoui te dn̄e deus: cognitor meus: ſic co-
gnoui te. Cognoui te ꝑ fidē tuā quaꝫ iſpiraſti mi
hi: lux mea lumē ocu orum meorum. dn̄e deꝰ meꝰ
ſpes omnium finium terre: gaudium letificās iu
uētutem meaꝫ: ⁊ bonum ſuſtētās ſenectutē me
am. In te eniꝫ dn̄e iubilāt omnia oſſa mea dicen
tia. Domine quis ſimilis tibi. Quis ſimilis ti-
bi in dijs dn̄e: nō quē fecit manꝰ hoīuꝫ: ſꝫ ꝗ feciſti
manꝰ hoīuꝫ. Simulacra gētiū argētū ⁊ aurꝫ opa
manuū hoīuꝫ. nō ſic opator hoīum. Omnes dij
gētium demonia: dominus autem celos fecit: do
minus ipſe eſt deus. Dij qui nō fecerūt celum ⁊
terrā pereāt de celo ⁊ de terra: deū qui creauit ce-
lum ⁊ terram: celi ⁊ terra benedicāt.

De ꝯfeſſione ꝓprie vilitatis. Cap. xxxiij.

QUis ſimilis tibi etiaꝫ
in dijs domine? quis ſimilis tibi?
magnificus in ſanctitate: terribilis:
atqꝫ laudabilis ⁊ faciens mirabilia
Sero te cognoui lumen verum. ſero te cognoui
Erat autem nubes magna ⁊ tenebroſa ante ocu
los vanitatis mee: ita vt videre nō poſſem ſolē
iuſticie ⁊ lumē veritatis. Inuoluebar in tenebris
filius tenebrarum: tenebras meas amabam: qꝛ
lumen non cognoſcebam. Cecus eram ⁊ cecita
tem amabam ⁊ ad tenebras ꝑ tenebras ambula-
bam. Quis inde me eduxit vbi eram homo cecꝰ
ſedens in tenebris ⁊ vmbra mortis? Quis acce
pit manū meam vt inde me educerer? Quis ē ille
illuminator meus? non enim querebā ⁊ ipſe que
ſiuit me: nō vocabā eū ⁊ ipſe vocauit me. Quis
eſt ille? Tu es domine deus meus miſericors ⁊
miſerator: pater miſericordiarꝫ ⁊ deus totius cō-
ſolationis: tu ſancte domine deus meus: queꝫ cō
fiteor toto corde meo: gratias agens nomini tuo
nō te querebā: tu me queſiuiſti: nō te inuocabaꝫ
tu me vocaſti. Vocaſti enim me nomine tuo. In
tonaſti deſuper voce grandi in interiorē aurem
cordis mei. Fiat lux ⁊ facta eſt lux: ⁊ diſceſſit nu-
bes magna ⁊ liquefacta eſt nubes tenebroſa: que
operauerat oculos meos: ⁊ vidi lucem tuam: ⁊
cognoui vocem tuā: ⁊ dixi. Vere domie tu es de
us meus qui eduxiſti me de tenebris ⁊ vmbra
mortis: ⁊ vocaſti me in admirabile lumē tuum:
⁊ ecce video. Gratias tibi illuminator meus.
Et ꝯuerſus ſum ⁊ vidi tenebras in quibus fue-
ram: ⁊ abyſſum tenebroſam in qua iacueram: ⁊
contremui. ⁊ expaui. ⁊ dixi. Ve ve tenebris me-
is in quibus iacui. Ve ve cecitati illi in qua vi-
dere non poteram lumen celi. Ve ve preterite
ignorantie mee quando non cognoſcebam te do
mine. Gratias tibi ago illuminator ⁊ liberator
meus quoniam illuminaſti me ⁊ cognoui te. Se
ro cognoui te veritas antiqua: ſero te cognoui
veritas eterna. Tu eras in lumine: ⁊ ego in te-
bris: ⁊ non cognoſcebam te. quia illuminari nō
poteram ſine te: ⁊ non eſt lux extra te.

Conſideratio diuine maieſtatis.
Capitulum. xxxiiij.

SAncte ſanctorum de
us inextimabilis maieſtatis: deus
deorum ⁊ dominus dominoruꝫ mi
rabilis inenarrabilis: inexcogitabil'
quem contremiſcunt in celo ange-

lice ptãtes. quẽ adorãt oẽs dñationes ⁊ throni: ⁊
oẽs virtutes pauẽt a cõspectu tuo: cuius poten-
tie ⁊ sapientie nõ est numerus: qui fundasti mũ-
duz super nihilũ: ⁊ mare colligasti in aere quasi
in vtre oipotentissime scissime fortissime deus
spirituũ vniuerse carnis a cuius cõspectu fugit
celũ ⁊ terra: ad cuius nutũ oia se subijciunt ele-
menta: te adorent ⁊ glorificẽt oẽs creature tue.
Et ego filius ancille tue per fidẽ tuã flecto ceruí-
cẽ cordis mei sub pedibus maiestatis tue: grãs
agens qm̃ dignatus es per tuã miam illumina
re me. Lumen verꝝ: lumen sanctũ: lumen dele-
ctabile: lumen admirabile: lumẽ superlaudabi-
le: qd̕ illuminat oẽm hominẽ veniẽtẽ in hũc mũ
duz ⁊ etiã oculos angeloꝝ. Ecce video. gratias
ago. Ecce video lumen celi: interlucet oculis
mentis mee radius desuper a facie luminis tui
⁊ letificat oia ossa mea. O si perficeretur in me.
Auge queso luminis auctor. Auge queso qd̕ iter
lucet in me. Dilatetur obsecro dilatetur ex te.
Quid est hoc qd̕ sentio? quis est ignis qui calefa
cit cor meũ? que est lux que irradiat cor meũ. O
ignis qui semꝑ ardes ⁊ nunq̃ extingueris: accẽ-
de me. O lux que sꝑ luces: ⁊ nunq̃ obfuscaris il-
lumina me. O vtinã arderẽ ex te. Ignis sancte
q̃ dulciter ardes: q̃ secrete luces: q̃ desiderãter
aduris. Ue his qui nõ ardent ex te: ve illis q nõ
illuminanẽ ex te. O lumen veridicũ illuminans
oẽm mundũ: cuius lux implet mundũ. Ue cecis
oculis qui te non vidẽt sol illuminãs celũ ⁊ ter-
rã. Ue caligantibus oculis qui te videre nõ pñt.
ve auertentibus oculis vt nõ videant veritatẽ.
ve nõ auertẽtibus vt nõ videant vanitatẽ. Ne-
queunt eniz oculi assueti tenebris sũme verita-
tis radios intueri: nec sciunt de lumine aliquid
extimare quoꝝ est in tenebris habitatio. Tene-
bras vidẽt: tenebras diligũt: tenebras approbãt:
de tenebris euntes in tenebras nesciunt vbi cor
ruant. Miseri qui nesciũt quid amittãt: ⁊ mise-
riores vtiq3 qui sciunt quid amittũt: qui cadunt
apertis oculis: ⁊ descẽdunt in infernũ viuentes.
O lux beatissima que nõ nisi a purissimis oculis
videri potes: beati mũdo corde: qm̃ ipsi deuz vi-
debunt. Munda me mundans virtus: sana ocu
los meos: vt sanis oculis te contẽpler: quẽ nõ ni
si sani oculi intuentur. Aufer queso squamas ca
liginis antique radio tuo illuminationis: splen-
dor inaccessibilis: vt te videre valeam irreuer-
beratis obtutibus: ⁊ in lumine tuo videã lumen.
Gratias tibi ago lux mea. Ecce video. Dilatetr
obsecro visus meus domine ex te. Reuela ocu-
los meos vt considerẽ mirabilia de lege tua: qui
es mirabilis in sanctis tuis. Gratias tibi ago lu
men meũ. Ecce video: sed per speculũ in enig-
mate. Sed quando facie ad faciem? Quãdo ve
niet dies leticie ⁊ exultationis: in qua ingrediar
in locum tabernaculi admirabilis vsq3 ad domũ
dei: vt videam videntẽ me facie ad faciem ⁊ sa
tietur desiderium meum.

¶ De desiderio ⁊ siti aie in deum. ¶ Ca. xxxv.

Quemadmoduz desi-
derat ceruus ad fontes aquarum:
ita desiderat anima mea ad te deus.
Sitiuit anima mea ad te deũ fontẽ
viuũ: quando veniaz ⁊ apparebo ante faciẽ tuã
O fons vite: vena aquaꝝ viuentiũ: quando ve
niam ad aquas dulcedinis tue? de terra deserta
inuia ⁊ inaquosa: vt videã virtutẽ tuã: ⁊ gloriaz
tuã: ⁊ satiẽ ex aquis mĩe tue sitiz meã. Sitio dñe
fõs vite es: satia me sitio dñe: sitio te deũ viuũ. O
qñ veniã ⁊ apparebo domine ante faciez tuam:
putasne videbo diẽ illã: diẽ in quã iocunditatis:
⁊ leticie diẽ quã fecit dominus: vt exultemus: ⁊
letemur in ea. O dies preclara ⁊ pulchra nesci-
ens vesperũ: non habens occasum: in qua audiã
vocẽ laudis: vocẽ exultationis ⁊ cõfessionis: in q̃
audiã intra in gaudiũ domini tui: intra in gaudi
um sempiternũ: in domũ domini dei tui: vbi sũt
magna ⁊ inscrutabilia: ⁊ mirabilia: quoꝝ non est
numerus. Intra in gaudiũ sine tristicia: qd̕ conti
net eternã leticiã: vbi erit omne bonum. ⁊ non
erit aliquod malum: vbi erit quicquid v[o]les: ⁊
nõ erit quicquid noles: vbi erit vita vitalis dul
cis ⁊ amabilis: sempq3 memorialis: vbi nõ erit
hostis impugnans: nec vlla illecebra: sed summa
⁊ certa securitas: secura tranquillitas ⁊ tranquil
la iocunditas: iocunda felicitas: felis eternitas:
eterna beatitudo: ⁊ btã trinitas: ⁊ trinitatis vni-
tas: ⁊ vnitatis deitas: ⁊ deitatis beata visio: q̃
est gaudium domini dei tui. O gaudium suꝑ gau
dium. gaudium vincens omne gaudiũ: extra qd̕
non est gaudiuz: quando intrabo in te: vt videaz
deum meuz qui habitat in te? ibo ⁊ videbo visi
onem hanc grandẽ. Quid est quod me detinet?
Heu me q? incolatus meus prolongatus est: heu
me q̃diu dicetur mihi vbi est deus tuus: q̃diu
dicetur mihi expecta reexpecta. Et nunc que est
expectatio mea? nonne dominus deus meus?
Saluatorẽ expectamus dominum nostrum ie-
sum christuz: qui reformabit corpus humilitatis
nostre: configuratum corpori claritatis sue. Ex-
pectamus dominũ quando reuertatur a nuptijs
vt inducat nos ad suas nuptias. Ueni domine
⁊ noli tardare. Ueni domine iesu christe: veni vi
sitare nos in pace: veni ⁊ educ vinctos de carce
re: vt letemur coram te corde perfecto. Ueni sal
uator noster: veni desideratus cunctis gentibus
ostende faciem tuã ⁊ salui erimus. Ueni lux mea
redemptor meus educ de carcere animaz meaz

ad ꝯfitēdū nomini sancto tuo. Quādiu miser ia-
ctabor fluctibus mortalitatis mee: clamās ad te
dñe ⁊ nō exaudis? Audi clamātē dñe de h mare
magno: ⁊ adduc me ad portū felicitatis eterne.
Felices q de ꝑiculo maris hui⁹ educti ad te deuꝫ
portū tutissimū ꝑuēire meruere. O vere felices q
de pelago ad litt⁹: de exilio ad patriā: de carcē ad
palatiū ꝑuenerūt: optata iā ꝗete btī: q brauiuꝫ il-
lud ꝑpetue glīe: qđ h ꝑ multas tribulatiōes ꝗsie-
rūt iā felici iocūditate adepti: letant̄ in ꝑpetuū.
O vere beati q iā oīm maloꝝ exuti: securi de sua ī-
marcessibili glīa. ad regnū decoris ꝑuēire merue
rūt. O etnū regnū. regnū oīm seculoꝝ. vbi lumē
indeficiēs ⁊ pax dei q̄ exupat oēꝫ sensum: in quo
sctōꝝ aīe requiescūt: ⁊ leticia sempiterna suꝑ capita
eoꝝ: gaudiū ⁊ exultatōeꝫ obtinebūt: ⁊ fugiet do-
lor ⁊ gemit⁹. O ꝙꝫ gl'iosum ē regnū. in quo tecuꝫ
dñe regnāt oēs sancti. amicti lumīe sicͭ vestimē-
to hn̄tes in capite suo coronā de lapide ꝑcioso. O
regnū btitudinis sempitne: vbi tu dñe spes san-
ctoꝝ ⁊ diadema gl'e. facie ad faciē videris a san
ctis. letificās eos vndiqꝫ ī pace tua q̄ exupat oēꝫ
sensum. Ibi gaudiū īfinitū: leticia sine tristicia. sa
lus sine dolore. via sine labore. lux sine tenebris
vita sine morte. oē bonū sine oī malo. vbi iuuen-
tus nūꝙꝫ senescit. vbi vita terminum nescit. vbi
decor nūꝙꝫ pallescit. vbi amor nūꝙꝫ tepescit. vbi
sanitas nūꝙꝫ marcescit. vbi gaudiū nūꝙꝫ decre-
scit. vbi dolor nūꝙꝫ sentit̄. vbi gemit⁹ nūꝙꝫ audi
tur. vbi triste nihil videt̄. vbi leticia sꝑ habet̄.
vbi malū nullū timet̄. qm̄ ibi summū bonū pos-
sidet̄. qđ ē vidē sꝑ faciē dñi v̄tutū. Felices igit̄ q
de naufraga vita ꝑn̄ti. ad tāta gaudia iā ꝑuēire
meruerūt. Infelices heu nos ⁊ miseri. q ꝑ huius
maris magni fluct⁹ ꝓcellosasqꝫ voragies. naueꝫ
trahim⁹. ig̊rātes an ad portū salutis ꝑuēire va-
leam⁹. Infelices inquā quoꝝ vita ē ī exilio. via
in ꝑiculo. finis ī dubio. nesciētes finē nr̄m. q: oīa
in futuꝝ reseruātur īcerta. Adhuc in pelagi flu-
ctibus v̄samur suspirātes ad te portū maris. O
patria nr̄a. patria secura. a lōge te videm⁹. Ab
h mari te salutam⁹. ab hac valle ad te suspira-
mus. ⁊ nitimur cū lachrymis si quo mō ad te ꝑ-
ueniam⁹. Spes hūani gn̄is xp̄e ds̄ de deo refu-
giū nr̄m ⁊ v̄tus. cuius lumē a lōge īter caligino-
sas nebulas suꝑ maris ꝓcellas. q̄si stelle maris
radius oculos nr̄os irradiat vt dirigamur ad te
portū. Guberna dñe nauē nr̄aꝫ tua dextera. cla-
uo crucis tue. ne ꝑeam⁹ in fluctib⁹. ne nos demer
gat tēpestas aq̄. ne absorbeat nos ꝓfūdū. sꝫ vn-
cino crucis tue trahe nos ab h pelago ad te sola-
mē vnicū nr̄m. quē a longe q̄si stellā matutinā ⁊
solē iusticie vix lachrymātib⁹ ocul' in littore cele
stis patrie nos expectātē videmus. En ad te cla
mam⁹ redēpti tui. sꝫ ⁊ nūc exules tui. quos ꝑcio-
so sanguine redēmisti. Exaudi nos deus saluta-
ris noster. spes omniū finium terre ⁊ in mari lō-
ge. In mari turbulento versamur. tu in littore
stans aspicis pericula nostra. saluos nos fac ꝓ-
pter nomē tuum. Da nobis domine inter cyllā
⁊ carybdim ita tendere per medium. vt vtroqꝫ
ꝑiculo euitato. salua naue ⁊ mercib⁹ securi ꝑue-
niamus ad portum.

¶ Item de gloria celestis patrie. ¶ Cap. xxxvj.

Cum ergo ꝑuenerim⁹

ad te sapiētie fontem. ad te lumē in-
deficiens. ad te lucem inextinguibi
lem. vt te nō iam per speculum in
enigmate. sed facie ad faciem videamus. tūc sa-
tiabitur in bonis desiderium nostrum. quia ni-
hil erit exterius quod desideretur nisi tu domīe
summum bonum. qui eris premium beatoꝝ. ⁊
diadema decoris eorum. ⁊ leticia sempiterna su-
per capita eoꝝ. pacificās eos intus ⁊ ex̄ ī pace tua
q̄ exupat oēꝫ sensum. Ibi videbim⁹: amabim⁹: ⁊
laudabim⁹. Videbim⁹ ī lumīe tuo lumē tuū. qm̄
apud te ē fons vite. ⁊ in lumine tuo videbim⁹ lu
men. Quale autem lumen? lumē immēsum. lu-
men incorporeum. incorruptibile. incomꝓhen-
sibile. lumen indeficiens. lumen inextinguibile.
lumen inaccessibi e. lumen increatum. lumē ve
ridicum. lumen diuinum quod illumiat oculos
angeloꝝ. quod letificat iuuentutem sanctorum.
quod est lumen luminum ⁊ fons vite. quod es
tu domine deus meus. Tu es quippe lumē in cu
ius lumine videbimus lumē. te scilicet in te. in
splendore vultus tui: quādo te videbimus fa-
cie ad faciem. Quid ē videre facie ad faciem ni
si quod ait apostolus. Cognoscere sicut ⁊ cogni-
tus sum. cognoscere veritatem tuam ⁊ gloriam
tuam: hoc ē cognoscere faciē tuā. cognoscere pa-
tris potentiam. filij sapiētiam. spiritussancti cle-
mentiam: ipius summe trinitatis vnam ⁊ indi-
uiduam essentiam. videre enīꝫ faciem dei viui:
hoc est summū bonum. gaudium angeloꝝ̄ atqꝫ
omnium sanctorum. premiū vite eterne. gloria
spirituū: leticia sempiterna. corona decoris. bra-
uiū felicitatis. requies opulenta. pulchritudo pa-
cis. intimum ⁊ externum gaudium. paradisus
dei. hierusalem celestis. vita beata. plenitudo be
atitudinis. gaudium eternitatis. pax dei que ex-
uperat omnē sensum. Hec est plena beatitudo.
⁊ tota glorificatio hominis. videre faciē dei sui.
videre eum qui fecit celum ⁊ terram. videre eū
qui fecit eum. qui saluauit eum. ⁊ qui glorifica-
uit eum. Videbit eū cognoscendo. amabit dili-
gendo. laudabit possidendo. Ipse enīꝫ erit heredi
tas populi sui. populi sanctoꝝ. populi queꝫ rede-
mit. Ip̄e possessio felicitatis eoꝝ. ip̄e premium ⁊

merces expectatiōis. Ego inqt merces tua magna nimis. magnum.n. magna decet. Vere dñe deus me⁹ magnus es ⁊ nimis sup oēs deos: ⁊ merces tua magna nimis. Nec.n. magnus es tu ⁊ parua merces tua: sed vt magnus es tu: ita magna merces tua: quoniā nō aliud es tu: ⁊ aliud merces tua. Sed tuipe magn⁹ nimis: tuipse merces magna nimis: tuipe coronator es ⁊ corona: tuipe pmissor es ⁊ pmissio: tu remunerator ⁊ munus: tu premiator ⁊ pmium felicitatis eterne. Tu ergo coronator es ⁊ corona de⁹ me⁹ ⁊ diadema spei mee que ornata est glīa. lumen letificans. lux renouās. decor adornās. spes mea magna. desideriū cordis sanctoꝝ: ⁊ desiderat⁹ eorum. Visio ergo tua tota merces est: totū pmiuz ⁊ totum gaudiuz quod expectamus. Hec est.n. vita eterna. Hec est inqz sapiētia tua. Hec ē vita eterna vt cognoscamus te solū veꝝ deuz ⁊ quē misisti iesum xpm. Cum igit videbimus te solum deū: deū veꝝ: deū viuū: oīpotētem: simplicem: inuisibilē: icircūscriptibilē: incōprehēsibilē: ⁊ filium tuū vnigenitū: csubstantialē ⁊ coeternū tibi dñm nostrum iesum xpm: quē p salute nr̄a misisti in mūdū in vtute spūssancti: trinū in psōnis ⁊ vnū in essentia deū sanctū solum: ext quem nō ē deus. tūc habebimus qd nūc qrimus: vitā eternam: gliam sempiternā: quā pparasti diligētibus te: quā abscondisti timētib⁹ te: quā datur⁹ es qrentib⁹ te: qrētibus faciem tuam semp. Et tu dñe deus me⁹. formator me⁹ ex vtero matris mee: q me recōmēdauit manui tue. nō me permittas amplius ex vno distrahi in multa: sz collige me de exteriorib⁹ ad me: de me ad te: vt dicat tibi semp cor meuz. exqsiuit te facies mea faciem tuā dñe reqram. faciez dñi vtutum: in qua sola cōsistit tota gloria sempiterna beatoꝝ. Quā qdem videre vita eterna est ⁊ gloria sempiterna sanctoꝝ. Letetur ergo cor meum vt timeat nomē tuum: letetur cor qrentium dñm. sed multo magis cor inuenientium. Si enim leticia est in querēdo: qualis leticia erit inueniendo. Queram ergo semper ardenter ⁊ indesinēter faciez tuam. si quando tandem aperiatur mihi ostium ⁊ porta iusticie: vt intrem in gaudium dñi mei Hec porta dñi: iusti ingredientur per eam.

¶ Oratio ad sanctam trinitatem.

¶ Caplm. xxxvij.

O Tres coequales ⁊ coeterne psōne: de⁹ vn⁹ ⁊ verus: pr̄ ⁊ fili⁹ ⁊ spiritussanct⁹: q solus habitas eternitatē ⁊ lucē iaccessibilē. Qui fūdasti terrā in potentia tua: ⁊ regis orbē terre prudētia tua. Sanct⁹ sanctus sanct⁹ dñs deus sabaoth: terribilis ⁊ fortis iustus ⁊ misicors: admirabilis laudabil amabil Un⁹ de⁹: tres psone: vna potētia sapiā bonitas vna ⁊ indiuisa trinitas. Api mihi clamā tiportas iustitie: ⁊ igressus in eas cōfitebor tibi dño. En ad ostiū tuum sūme prfamilias mēdicus pulso. Jube apiri pulsanti q dixisti: pulsate ⁊ aperiet vob. Pulsant.n. ad ostiū tuū pater misericordissime desideria rugiētium pcordioꝝ meoꝝ: ⁊ clamores lachrymaꝝ oculoꝝ meoꝝ. Ante te est oē desiderium meū: ⁊ gemitus me⁹ a te nō est abscōditus. Et tu dñe nō auertas faciem tuā ampli⁹ a me: nec declines in ira a seruo tuo. Pr misericordiaꝝ audi eiulatū pupilli tui: ⁊ porrige manū tuam optimā adiutricē: vt retrahat me de pfūdis aquaꝝ: ⁊ de lacu miserie: ⁊ de luto fecis: ne peream vidēte misericordia oculorum tuorum. aspiciente clementia viscerum tuorum: sed euadam ad te dñm deum meū: vt videā diuitias regni tui: ⁊ intuear faciē tuā semp: ⁊ laudem dicaz nomini tuo sancto: dñe qui facis mirabilia: q cor meum letum facis memoria tua. qui illuminas iuuentutem meam: ne despicias senectutē meā sed iubilare facias ossa mea: ⁊ reuiuiscere facias vt aquile canos meos.

¶ Finis Soliloquiorum anime ad deum Diui Augustini episcopi Hipponensis.

¶ Diui Augustini episcopi Hipponensis Manuale de verbo dei: quo sopita celestis desiderij memoria renouetur.



Uoniam in medio laqueorum positi sumus facile a celesti desiderio frigescimus. Quapropter assiduo indigemus munimento: vt expergefacti ad deū nrm veꝝ ⁊ summū bonū cū deflu imus recurramus. Jccirco non psumptionis temeritate, sz magna dei mei dilectiōe: huic opusculo ad laudē eius operam dedi: vt ex elegātioribus dictis sanctoꝝ patrum breue ⁊ manuale vbum de deo meo mecum semp haberē: ex cuius lectionis igne quotiēs tepesco in eius accēdar amorē. Nūc adesto mihi deus meus quez quero: quē diligo: quem corde ⁊ ore: ⁊ qua valeo vtute laudo atqz adoro. Mens mea deuota tibi: tuo amore succensa: tibi suspirās: tibi inhiās te solū videre desiderans: nihil habet dulce nisi de te loqui: de te audire: de te scribere: de te cōferre: tuam gloriam frequēter sub corde reuoluere: vt tua suauis memoria sit inter hos turbines aliqua repausatio mea. Te ergo inuoco de-

siderantissime: ad te clamo clamore magno in
toto corde meo. Et cuz te inuoco vtiqꝫ te in me
ipso inuoco. quoniam omnino non essem nisi tu
esses in me: ⁊ nisi ego essem in te nō esses in me.
In me es qm̄ in memoria mea manes: ex ea co-
gnoui te: ⁊ in ea inuenio te cum reminiscor tui ⁊
delector in te de te. ex quo omnia: ꝑ quez omnia
⁊ in quo omnia.

¶ De mirabili essentia dei.
¶ Capitulum. j.

TU domine celum ⁊ terram
imples: oīa portans sine onere. oīa
implens sine iclusione: semꝑ agens:
semꝑ qetus: colligens ⁊ non egens:
q̄rens cum nihil desit tibi: amans nec estuans:
zelans ⁊ securus es: penitet te ⁊ nō doles: irasce
ris ⁊ trāqllus es: opa mutas sꝫ ñ mutas ꝯsiliū. re
rum greges dilacerant: tempestas aeris ⁊ emisperia turbata terrarum fecunditatem ⁊ maris ministeria ꝓhibent ⁊ aliquando fulminũ ictus segetes ⁊ arborũ flores ⁊ pãpinos exurit. Super oĩa vero regis iniusticia nõ solum p̃ntis imperij faciem obfuscat. sed etiam filios suos ⁊ nepotes: ne post se regni hereditatem teneãt: obscurat. Propter piaculuz enĩ salomonis regnũ domus israel dñs de manibus filiorum suoruz dispersit. Et ꝓpter iusticiam dauid regis: lucernaz de semine eius semp̃ in ihierusalez reliquit. Ecce quãtũ iusticia regis seculo valet intuentibus ꝑspicue patet. Est enim pax populorum: tutamen patrie: immunitas plebis: munimentum gentis: cura languorum: gaudium hominum: tẽperies aeris: serenitas maris: terreq̃ fecunditas: solatium pauperum hereditas filiorum: ⁊ sibimetip̃i spes future beatitudinis. Attamen sciat rex q̄ sicut in throno hominuz primus constitutus ẽ: sic ⁊ in penis si iusticiam nõ fecerit primatũ habiturus est. Dẽs namq̃ quoscunq̃ peccatores sub se in presentia habuit: supra se modo implicabili in illa futura pena habebit.

Decimus gradus.

Decimus abusionis grad⁹ ẽ. Episcopus negligens: qui gradus sui honorem requirit inter homines: sed ministerij sui dignitatem coram deo: p quo legatione fũgitur: non custodit. Primo namq̃ ab episcopo quid sui nominis dignitas tenet inquirat: quoniam cum episcopus grecum nomẽ sit speculator interp̃tatur. Quare vero speculator ponit: ⁊ quid a speculatore requiritur: dominus ip̃i d̃nudat cum sub Ezechielis prophete persona episcopo officij sui rationem denunciat. ita ingens. Speculatorem dedi te domui isr̃. Audiens ergo ex ore meo sermonem: nunciabis eis ex me. Si autem videris gladium venientem ⁊ tu non annunciaueris: vt reuertatur impius a via sua: ip̃e quidem impius in iniquitate sua morietur. Sanguinem eius de manu tua requiram. Si autem tu annunciaueris: ⁊ ille nõ fuerit reuersus: ip̃e quidem in iniquitate sua morietur. sed tu aĩam tuaz liberasti. Decet ergo ep̃z omnium quibus in speculam positus est peccata diligenter attendere: ⁊ postq̃ attenderit sermone: si potuerit ⁊ actu corrigere: ⁊ si non potuerit: iuxta euãgelij regulam scelerum operarios declinare. Si eniz inquit in euangelio dominus peccauerit in te frater tuus: corripe illũ int̃ te ⁊ ip̃m solum. Si te audierit lucrat⁹ eris fratrẽ tuũ. Si te nõ audierit: adhibe tecuz adhuc vnũ vel duos: vt in ore duorum vel trium testium stet oẽ verbũ. Si illos non audierit dic ecclesie. Si ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus ⁊ publican⁹. Tali ordine expellendus ẽ quicunq̃ doctori vel episcopo adherere noluerit. Et qui tali ordine expulsus fuerit: ab aliquo alio doctore vel episcopo non debet recipi. De sacerdote nãq̃ in lege scribitur. Viduã aut repudiatam non accipiet vxorez. Qui ergo excõmunicatam illã a catholico sibi iungit iura sacerdotij sancti: in quod christianorum gen⁹ electum est: excedit. Hac rõne episcopum ad eos q̃bus in speculatione positus est esse oportet. Ceterum vero qualis in semetip̃o esse debeat paulus apostolus exponit: vt ad gradum episcopi veniens: sit sobrius: prudens: castus: sapiens: modestus: hospitalis: filios habens subditos cũ omni castitate: testimonium habens bonuz ab his qui foris sunt: ꝓferens doctrine fidelẽ sermonem: ante episcopatum non plures habens vxores q̃ vnam. non percussor: non bilinguis non ebriosus: non neophitus: vt per hec ipse ostendat in opere quod alios docet in sermone doctrine. Caueant ergo negligentes episcopi. quia in tempore vindicte dominus per ꝓphetam conqueritur dicens. Pastores mei demoliti sunt populum meum ⁊ non pascebant gregem meum pastores sed pascebant semetip̃os. Sed potius procurent hi quos constituit dominus super familiam suam dare illis cibum in tempore suo mensuram tritici: puraz scilicet et probatam doctrinam: quatenus veniente domino mereantur audire. Euge serue bone ⁊ fidelis: q2 supra pauca fuisti fidelis. supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui.

[illegible] de uxore episcopi

Undecimus gradus.

Undecimus abusionis gradus est. Plebs sine disciplina: que diu disciplinc exercitationibus non seruit: communis se perditionis laqueo constringit. Ira enim domini absq̃ discipline rigore non euaditur. Atq̃ iccirco psalmiste vocibus indisciplinate plebi predicatur. Apprehendite disciplinam: ne quando irascatur dominus. Disciplina vero est morum ordinata correctio: ⁊ maiorum p̃cedentium regularum obseruatio. De qua disciplina paulus apostolus ita loquitur dicens: In disciplina perseuerate: tanquã filijs vobis se offert deus. Quod si extra disciplinam estis cuius participes facti estis: omnes ergo adulteri ⁊ non filij estis. Qui ergo adulteri sine disciplina sunt: celestis regni hereditatem non capiunt. filij aũt pater ne discipline correctores ferũt: ⁊ hereditatem q̃nq̃ recipere posse non de

sperant. De qua etiam disciplina. Esaias quidem indisciplinate plebi predicat dicēs. Quiescite agere perverse: discite benefacere. Et ad eadem psalmista cōsona voce psallit dicēs: Declina a malo ⁊ fac bonum. Infelix ergo est qui abijcit disciplinam. Audet enim extra milites aliquid: qui dn̄m crucifigentes nō eius sciderūt tunicam: qui ecclesie xp̄i scindit disciplinam. Sicut enim tunica totum corpus preter caput tegitur: ita disciplina omnis ecclesia p̄ter xp̄m qui eclcesie caput est ⁊ sub disciplina nō est protegitur ⁊ ornatur. Ipa enim tunica contexta desuper fuerat per totum: qꝛ eadem disciplina ecclesie a domino de celo tribuitur ⁊ integratur. De qua dominus cum ad patrem ascendisset postq̄ꝫ resurrexit a mortuis ad apostolos suos loquitur dicens: Vos autem sedete hic in ciuitate quoadusqꝫ induamini virtute ex alto. Tunica ergo corporis christi: disciplina ecclesie est Qui aūt extra disciplinam est: alienus ē a corpore christi. Nō scindamus igitur illam: sꝫ sortiamur de illa idest nō soluamus quicq̄ꝫ de mādatis domini: sed vnusquisqꝫ in quo vocatus ē in eo p̄maneat apud dominum.

¶ Duodecimus gradus.

Duodecimus abusionis grad⁹ est. Populus sine lege: qui dum dei dicta ⁊ legum scita contēnit: per diuersas errorum vias preuaricationis laqueum incurrit. De quibus vijs sub p̄sona preuaricatoris populi humanuꝫ genus propheta ita deplāgit. Nos aūt sicut oues errauimus: vnusquisqꝫ in viam suam declinauit. De quibus vijs etiam eadem sapiētia loquitur per salomonem. Multe vie videntur hominibus recte: ⁊ nouissima earum deducūt ad mortem. Que vtiqꝫ multe perditionis vie tunc incedūtur: cum vna regalis via: lex dei videlicet que neqꝫ ad dexteram neqꝫ ad sinistraꝫ declinat: per negligentiam deseritur. De qua via dominus iesus christus qui est finis legis ad iusticiam omni credenti denunciat. Ego sum via veritas ⁊ vita. Nemo venit ad patrem nisi per me. Ad quam viam omnes cōmuniter inuitat dicens: Venite ad me oēs qui laboratis ⁊ onerati estis ⁊ ego reficiaꝫ vos. qꝛ nō est personarum acceptio apud deum vbi nō est iudeus ⁊ grecus. masculus ⁊ femina: seruus ⁊ liber: barbarus ⁊ scitha: sed omnia in omnibus christus. Omnes enim vnum sunt in christo iesu. Dum ergo xp̄s finis ē legis: qui sine lege sunt: sine xp̄o sunt. Igitur populus sine lege: populus sine xp̄o est. Abusiuum ergo in temporibus euangelij populum sine lege fieri: quādo apostolis in cunctas gentes licētia predicationis data ē: quando tonitruum euangelij p̄ cūnctas seculi partes itonuit: quādo gētes que nō sectabant iniusticiam apprehēderunt iusticiaꝫ quādo qui longe fuerant facti sunt prope in sanguine xp̄i: qui aliquādo nō populus: nunc autē populus dei in xp̄o: quando ē tempus acceptabile: ⁊ dies salutis ⁊ tempora refrigerij in conspectu altissimi: quādo vnaqueqꝫ gēs habet testem resurrectionis: quādo ipse testat dominus Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsqꝫ ad cōsūmationem seculi. Nō fiamus itaqꝫ sine xp̄o in hoc tēpore trāsitorio: ne sine nobis xp̄s esse incipiat in futuro.

¶ Finis duodecim graduuꝫ abusionum sancti Augustini.

¶ Ex libro retractationuꝫ beati Augustini in librum de beata vita.

Librum de beata vita nō post libros de achademicis sed inter illos: vt scriberem cōtigit. Ex occasione quippe ortus ē natalis mei: ⁊ tridui disputatione completus. sicut satis ipse indicat. In quo libro cōstitit inter nos qui simul querebamus nō esse beatam vitam: nisi p̄fectam cognitionem dei. Displicet tamē illic: q̄ mallio theodoro: ad quem librum ipsum scripsi. quāuis docto ⁊ christiano viro plus tribui q̄ꝫ deberem. Et q̄ fortunam etiam illic sepe noiaui: ⁊ q̄ tēpore vite huius in solo animo sapiētis dixi habitare vitam beatam: quomodolibet se habeat corpus eius: cum p̄fectam cognitioneꝫ dei: hoc ē: qua homini maior esse nō possit: in futura vita speret apostolus: que sola beata vita dicēda ē. vbi ⁊ corpus incorruptibile atqꝫ imortale spiritui suo sine vlla molestia: vel reluctatione subdet. Sane istum libruꝫ in nostro codice iterruptum repperi. ⁊ nō parum minus habere: ⁊ sic a fratribus q̄busdaꝫ descriptus ē: nec adhuc apud aliquem integrum inueneram: ex quo emendarem: quando hec retractaui. Hic liber sic incipit. Si ad philosophie portum.

¶ Beati Augustini episcopi: de beata vita liber incipit.

¶ Proemium.

Si ad philosophie portum: de quo iā in beate vite regionem solūqꝫ proceditur. vir humanissime atqꝫ magne theodore: ratione institutus: cursus ⁊ volūtas ipsa p̄duceret

nescio vtrum temere dixerim: multo minoris
numeri hoies: ad euz pueturos fuisse: quãuis
nunc quoqꝫ vt videmus: rari admodum pau-
ciqꝫ pueniant. Cum enim in hũc mũdum: siue
deus siue natura: siue necessitas siue voluntas
nostra: siue cõiũcta horum aliqua: siue simul oĩa
res enim multum obscura ẽ: sed tamẽ a te iam
illustrãda suscepta. veluti in quoddam procel-
losum salum: nos quasi temere passimqꝫ piece
rit. quotus quisqꝫ cognosceret quo sibi nitẽduz
esset: quaue redeũdum: nisi aliquãdo ⁊ iuitos cõ
traqꝫ obnitẽtes aliqua tempestas: que stultis vi
detur aduersa inoptatissimam terraz nesciẽtes
errãtesqꝫ compingeret? Igitur hoium quos phi
losophia põt accipere: tria quasi nauigãtium ge
nera mihi videor videre. Unum ẽ eoꝝ: quos
vbi etas compos rõnis assumpserit: paruo im
petu pulsuqꝫ remorum de primo fugiũt: sesqꝫ
recõdũt in illa trãquillitate vnde ceteris ciui-
bus qbus possunt: quo admoniti conẽtur ad se:
lucidissimuz signum sui alicuius operis erigũt
Alterum vero ẽ eorum superioriqꝫ cõtrarium
qui fallacissima facie maris decepti: elegerũt
in medium pgredi: lõgeqꝫ a sua patria peregri
nari audẽt: ⁊ sepe eius obliuiscũtur. Hos si ne
scio quo ⁊ nimis latẽte modo a puppi ventus:
quem psperum putãt fuerit psecutus: penetrãt
in altissima miseriarum elati atqꝫ gaudẽtes qꝛ.
eis vsqꝫquaqꝫ fallacissima seneritas volupta-
tum: honorũqꝫ blãditur. His profecto qd aliud
optãdum ẽ: qꝫ qdam in illis rebus a qbus iacta
ti excipiãtur in prospera: ⁊ si paruz ẽ: seuiẽs om
nino tempestas: cõtrarieqꝫ flãs vẽtus: qui eos
ad certa ⁊ solida gaudia vel flẽtes gemẽtesqꝫ
pducat? Huius generis tamẽ pleriqꝫ nõduz lõ
gius euagati: quibusdam nõ ita grauibus mo-
lestijs reducũtur. Hi sunt hoies: quos cum vel
lachrimabiles tragedie fortunaꝝ suarum: vel
inaniũ negociorum anxie difficultates: quasi ni
hil aliud habẽtes quod agãt. in libros doctoꝝ
sapiẽtissimorũqꝫ hoiuz traxerint: in ipso quodã
modo portu euigilãt. vnde illos nulla maris il-
lius pmissa nimium falso ridẽtis excludãt. Est
autem genus iter hec tertium eorum: qui vel in
ipo adolescẽtie limine: vel iam diu multũqꝫ ia
ctati: tamẽ quedam signa respiciunt: ⁊ sue dul
cissime patrie quãuis in ipsis fluctibus recor-
dãtur: ⁊ aut recto cursu in nullo falsi ⁊ nihil mo
rati eam repetũt: aut plerũqꝫ vel iter nubila de
uiãtes: vel mergentia cõtuentes sidera: vel nõ
nullis illecebris capti: bone nauigationis tem-
pora differẽtes: errãt diutius: sepe etiam peri-
clitãtur. Quos item sepe nõnulla inflixis fortu-
nis calamitas: qsi conatibus coꝝ aduersa tẽpe
stas in optissimã vitam getãqꝫ compellit. His

aũt oĩbꝰ q quocũqꝫ modo ad beate vite regio-
nem ferunt: vnus imanissimus mons añ ipm
portum ꝯstitutus. q etiam magnas igrediẽtibꝰ
gignit angustias: vehemẽtissime formidãdus:
acutissimeqꝫ vitãdus ẽ. Nam ita fulget ita mẽ
tiẽte illa luce vestit: vt nõ solum pueniẽtibus
nõdũqꝫ igressis icolẽduz se offerat: ⁊ eoꝝ volũta
tibꝰ p ipsa beata terrã satisfactuꝝ polliceat. Sz
plerũqꝫ de ipo portu ad sese hoies iuitat: eosqꝫ
nõnũqꝫ detinet ipa altitudine delectatos: vnde
ceteros despicere libeat. hi tñ admonẽt sepe ve
niẽtes: ne aut occultis subter scopulis decipiã
tur: aut ad se ascẽdere facile putẽt: ⁊ quam sine
periculo igrediant: pp̃ter illius terre vicinita
tem beniuolẽtissime docẽt. Ita cum eis iuidẽt
vanissimam gloriam: locum securitatis ostẽdũt
nam quem mõtem alium vult itelligi rõ ppin
quãtibus ad philosophiam igressisue metuen
dum: nisi supbum studium ianissime glorie: qd
ita nihil itus plenum atqꝫ soliduz hz: vt iflatos
sibi supambulãtes succrepante fragili solo de-
mergat ac sorbeat: eisqꝫ in tenebras reuolutis:
eripiat luculẽtissimam domum: quam pene iaz
viderãt? Que cum ita sint: accipe mi theodore
Nãqꝫ ad id quod desidero te vnum itueor: teq-
ꝫ aptissimum admiror semp: accipe inquam. ⁊
quod illoꝝ triũ genus hoium me tibi dederit:
⁊ quo loco mihi esse videar. ⁊ abs te cuiusmo
di auxilium certus expectem. Ego ab vsqꝫ vn-
denigesimo anno etatis mee postqꝫ in scho-
la rhetoꝝ librum illuz ciceronis. q hortẽsius vo
cat accepi: tãto amore philosophie succensus
sum: vt statim ad eam me trãsferre meditarer.
Sed neqꝫ mihi nebule defuerũt: qbus cõfunde
ret cursus meus: ⁊ diu fateor: qbus in errorem
ducebar labentia in oceanum astra suspexi. nã
⁊ superstitio qdam puerilis me ab ipsa inqui-
sitione terrebat. Et vbi factus erectior: illam ca
liginam dispuli: mihiqꝫ psuasi: docentibus po
tius qꝫ iubentibꝰ esse credẽdum: icidi in hoies
qbꝰ lux ista que oculis cernitur iter summa ⁊ di
uina colẽda videretur. nõ assentiebar: sed puta
bam eos magnuz aliquid tegere illis iuolucris
quod essẽt aliquãdo aperturi. At vbi discussos
eos euasi: maxime traiecto isto mari. diu guber
nacula mea repugnãtia omnibus ventis in me
dijs fluctibus achademici tenuerunt. Deinde
veni in has terras: hic septẽtrionem. cui me cre
derem didici. Animaduerti eniz ⁊ sepe in sacer-
dotis nostri: ⁊ aliquãdo in sermonibus tuis: cuz
de deo cogitaretur nihil omnino corporis esse
cogitãdum: neqꝫ cum de anima. nam. i. vnum
in rebus primum deo. Sed ne in philosophie
gremium celeriter aduolarem: fateor: vxoris
honorisqꝫ illecebra detiebar: vt cum hec essez

consecutus: tum demum me: quod paucis feli-
cissimis licuit: totis velis omnibusq; remis in
illum sinum raperem: ibiq; cōquiescerem. Le-
ctis autem platonis paucissimis libris: cuius
te esse studiosissimum accepi collataq; cum eis
quātum potuit: etiam illorum auctoritate: qui
diuina misteria tradiderūt: sic exarsi: vt omnes
illas vellē anchoras rumpere: nisi me nōnul
lorum hoīum existimatio cōmoueret. Quid er
go restabat aliud: nisi vt immorāti mihi super
fluis: tempestas que putabatur aduersa succur
reret? Itaq; tantū me arripuit pectoris dolor:
vt illius professionis onus sustinere nō valēs:
qua mihi velificabam: fortasse ad sirenas abij
cerē omnia: ⁊ optate trāquillitati vel quassatā
nauem fessamq; perducerem. Ergo vides in
qua philosophia quasi in portu nauigem. Sed
etiam ipse late patet: eiusq; magnitudo: quāuis
iam minus periculosum: nō tamen penitus ex-
cludit errorem. Nam cui parti terre: que profe
cto vna beata est: me admoueam: eāq; contin-
gam prorsus ignoro. Quid enim solidum tenui
dum adhuc de anima questio nutat ⁊ fluctuat.
Quare obsecro te per virtutem tuam: per hu-
manitatem: per animarum inter se vinculum
atq; cōmercium: vt dexteram porrigas. Hoc
autem est vt me ames: ⁊ a me vicissim te ama
ri credas: carūq; haberi. Quod si impetrauero:
ad ipsam beatam vitam cui te iam herere pre-
sumo: paruo conatu facillime accedam. Quid
autem agam quoue modo ad istum portum ne
cessarios meos cōgregem: vt cognoscas ⁊ ex eo
animum meum. Neq; enim alia signa inuenio
quibus me ostēdā: vel quo plenius intelligas
pelagus disputationum mearum. Quod mihi
videtur religiosius euasisse: atq; tuo titulo di-
gnius ad te scribendum putaui: ⁊ ipso tuo nomi
ne dedicandum. Aptissime sane. Nam de bea
ta vita quesiuimus inter nos: nihilq; aliud vi-
deo: quod magis dei donum vocandum sit.
Eloquētia tua territus nō sum. Quicqd.n. amo
quāuis nō assequar: timere nō possum: fortune
vero sublimitatem multo minus: apud te enī
vere quāuis sit magna: secūda ē. nam qbus do
minat eosdem ipsos secūdos facit. Sed iā qd
afferam: queso attende.

¶ Incipit narratio: que ad disputationem paratur.

Idibus nouembris: mihi nata-
lis dies erat: post tam tenue prandium.
vt ab eo nihil ingeniorum impediretur: omnes
qui simul: nō modo illo die: sed quotidie conui-
uabamur in balneas ad consedendum vocaui.
Nam his temporibus aptius locus secretus
occurrerat. Erant autem nō enim vereor eos
singulari benignitati tue notos interim nomi-
nibus facere in primis nostra mater. cuius me-
riti credo esse omne quod viuo: nauigius frater
meus: trigetius ⁊ licētius ciues. ⁊ discipuli mei
nec lartidianum ⁊ rusticū consobrinos meos
quāuis nullū vel grāmaticum passi sint: deesse
volui. ipsumq; eorum sensum cōmunem: ad rē
quam moliebar: necessarium putaui. Erat eti-
am nobiscum etate minimus oīum: sed cuius i-
geniū si amore non fallor: magnū quiddā polli
cet adeodat' fili' me'. Quib' attētis sic cepi.

¶ Incipit disputatio de beata vita.

Manifestum vobis videtur ex anima
⁊ corpore nos esse cōpositos. Cum om-
nes cōsentirent: nauigi' se ignorare respondit.
Cui ego: nihil ne oīno scis inquam: an inter ali
qua: que ignoras etiam hoc numerandum est?
Nō puto me ingt omnia nescire. Potes ne in
quā nobis dicere aliqd eorū que nosti? Possū
ingt. nisi molestum est inquā profer aliqd. Et
cum dubitaret: scis ne inquam saltim te viuere
Scio inquit Scis ergo te habere vitam. Siq
dem viuere nemo nisi vita pōt. Et hoc inquit
scio. Scis etiam corpus te habere. Assentieba
tur. Ergo iam scis te cōstare ex corpore ⁊ vita.
Scio interim: sed vtrum hec sola sint: incertus
sum. Ergo duo ista inquā esse nō dubitas cor
pus ⁊ aīam: sed incertus es vtrū sit aliud qd ad
complendū ac pficiendum hoīem valet. Ita in
quit. Hoc quale sit: alias si possumus: querem'
inquam. nūc illud iam ex omnib' quero: cū fa
teamur cūcti: neq; sine corpore: neq; sine ani-
ma esse posse hoīem: cibos pter quid horum
appetamus? Propter corpus ingt licentius.
Ceteri aūt cūctabantur: varioq; sermone inter
se agebant quomodo posset propter corpus ci-
bus necessari' videri: cū appeteretur propter
vitam: ⁊ vita nō nisi ad aīam ptineret? Tū ego
videt inquam vobis ad eam partem cibum
ptinere: quam cibo crescere robustioremq; fieri
videmus? Assentiebant preter trigetium. Ait
enī. Cur ergo p edacitate mea nō creui. Mo
dū inquam suum a natura cōstitutum habent
oīa corpora vltra quam mēsuram pgredi ne-
queant: tamen ea mensura minora essent si eis
alimēta defuissent. quod ⁊ in pecorib' facili' ani
maduertimus. Et nemo dubitat cibis subtra-
ctis oīum animantiū corpora macrescere. Ma
crescere ingt licenti' nō decrescere. Satis est mi
hi inquam: ad id qd volo. Etenim questio est.
Utrū ad corpus cibus ptineat: pertinet aūt: cū
eo subducto ad macie deducit. Omnes ita eē
censuerūt. quid ergo aīa inquam: nulla ne habz

alimēta ꝓpria. An eius esca scientia vobis vi
detur. Plane inquit mater: nulla re alia credo
ali aīam q̄ȝ intellectu reꝝ atqȝ scientia. De qua
sententia cum trigeti⁹ dubium se ostenderet. ho
die inquit illa tuipē nōne docuisti: vnde aut vbi
aīa pascat. nam post aliquātam prandij partez
te dixisti nō aduertisse: quo vasculo vteremur:
q alia nescio q̄ cogitasses: nec tñ ab ipa ciboꝛuȝ
parte abstinueras manus atqȝ moꝛsus: vbi igit
erat anim⁹ tu⁹: quo tempoꝛe illud te vescēte: nō
attendebat. Inde mihi crede: ꝛ talib⁹ epulis ani
mus pascit. i. theoꝛijs ꝛ cogitationib⁹ suis: si su
per eas aliqd ꝑcipere possit. De qua re cū dubi
tanter streperēt. nōne inquam conceditis homi
num doctissimoꝝ animos multo esse q̄ȝ impe-
ritoꝛum quasi in suo genere plenioꝛes atqȝ ma-
ioꝛes: Manifestū esse dixerūt. Recte igit dici
mus eoꝝ animos: q nullis disciplinis eruditi
sunt. nihilqȝ bonaꝝ artiū hauserunt: ieiunos: ꝛ
quasi famelicos esse. Plenos inqt trigetius ꝛ il
loꝝ animos esse arbitroꝛ: sed vicijs atqȝ nequi
cia. Ista ipa est inquam crede mihi q̄dam steri
litas ꝛ quasi fames animoꝝ. nam quēadmodū
coꝛpus detracto cibo plerūqȝ moꝛbis atqȝ sca-
bie replet: que in eo vicia indicant famem. ita
ꝛ illoꝝ animi pleni sunt moꝛbis qbus sua ieiu-
nia confitent. Etenim ipam neqciam matrem
oīum vicioꝝ ex eo q nec quicq̄ȝ sit. i. ex eo q ni-
hil sit: veteres dictam esse voluerūt. Cui vicio
q̄ contraria virtus ē: frugalitas noīatur. Ut igi
tur hec a fruge. i. a fructu: ꝓpter quādaȝ animo
rum fecūditatem: ita illa ab sterilitate. hoc ē: a
nihilo nequicia noīata est: nihil est. n. omne qđ
fluit: qđ soluit, qđ liq̄scit ꝛ quasi sꝑ perit. Ideo
tales hoīes etiam ꝑditos dicimus. Est aūt ali-
quid si manet: si cōstat: si sempꝛ tale est. vt ē vir-
tus cui⁹ magna pars est atqȝ pulcherrima: q̄ tē-
perantia ꝛ frugalitas dicit. Sed si hoc obscurū
est: q̄ȝ vt id iam vos videre possitis. certe illud
cōceditis: qꝛ si animi imperitoꝝ etiam ipi pleni
sunt: vt coꝛpoꝝ ita animoꝝ duo alimentoꝝ ge-
nera inueniunt. vnum salubꝛe atqȝ vtile. alte-
rum moꝛbidum atqȝ pestiferum. Que cum ita
sint. arbitroꝛ, die natali meo: qm̄ duo media eē
in homine conuenit: inter nos idest coꝛpus atqȝ
animam. nō me prandiuȝ paulo latius coꝛpoꝛi
bus nostris solum: sed ꝛ animis etiaȝ exhibere
debere. quod aūt hoc sit prandiū: si esuritis ꝓ-
feram. nam si vos inuitos ꝛ fastidientes alere
conaboꝛ. frustra opam cōsumaȝ: magisqȝ vota
facienda sūt vt tales epulas potius q̄ȝ illas coꝛ
poꝛis desideretis. qđ eueniet si sani animi ve-
stri fuerint. Egri. n. sicut in moꝛbis ipius coꝛpo
ris videmus: cibos suos recusant ꝛ respuūt. oēs
se vultu ipo ꝛ consentiēte voce qcqd ꝑparassem
iam sumere ac voꝛare velle dixerūt. Atqȝ ego
rursus exoꝛdiās btōs eē nos volum⁹ inquam.
Uix h̄ effuderā: occurrerūt vna voce ꝯsētiētes.
Uidet ne vobis inquam beat⁹ esse qui qđ vult
nō habet. negauerūt. quid omnis q quod vult
habet beatus ē. Tuȝ mater si bona inqt velit
ꝛ habeat beatus ē. Si aūt mala velit: quamuis
habeat miser ē. Cui ego arridens atqȝ gestiens
ipam inquam ꝓꝛsus mater arcē philosophie te
nuisti. nam tibi ꝓculdubio verba defuerūt: vt
nō sicut tullius te modo panderes: cui⁹ de hac
sententia verba ista sunt. nam in hoꝛtensio: queȝ
de laude ac defensione philosophie libꝛuȝ fecit
Ecce aūt ait. nō philosophi quidem: sed pꝛom
pti tamē ad disputādum: omnes aiūt esse bea-
tos qui viuāt vt ipi velint. Falsum id quidem.
Uelle. n. quod non decet idem ipm miserrimū
nec tam miserum est nō adipisci quod velis: q̄ȝ
adipisci velle quod nō opoꝛteat. Plus. n. ma-
li prauitas volūtatis affert: q̄ȝ foꝛtuna cuiq̄ȝ bo-
ni. In qbus verbis illa sic exclamabat: vt obli-
ti penitus sexus eius: magnum aliquem virū
considere nobiscum crederemus: me interim
quātum poteram intelligente ex quo illa ꝛ q̄ȝ di
uino fonte manarent. Et licentius. Sed dicē-
dum inquit tibi est: vt beatus sit quisqȝ qd vel-
le debeat: ꝛ quarum rerum euȝ opoꝛteat habe
re desideriū. Inuita me inquam natali tuo quā
do dignaberis. qcqd apposueris libenter sumā
qua conditione hodie apud me vt epuleris pe
to: nec flagites quod foꝛtasse non ē paratū. quē
cum modeste ac verecūde cōmontionis sue pe
niteret. ergo illud inquaȝ conuenit inter nos: ne
qȝ quēq̄ȝ beatuȝ esse posse qui quod vult nō ha-
bet beatum nō esse dederunt. quid illud iquaȝ
conceditis: omnem qui beatus non est miseruȝ
esse: non dubitauerunt. Omnis igitur inquaȝ
qui quod vult non habet miser est. Placuit
omnibus. Quid ergo sibi homo comparare de
bet vt beatus sit inquam: Foꝛte enim etiam
hoc isti nostro conuiuio subministrabitur: ne li-
centij auiditas negligatur: naȝ id opinoꝛ ei cō
parandum est: quod cum vult habet. Mani-
festum esse dixerunt. Id ergo inquam sempꝛ ma
nens: nec ex foꝛtuna pendulum: nec vllis subie
ctum casibus esse debet. nam quicquid moꝛta-
le ꝛ caducum est nō potest a nobis quādo volu
mus: ꝛ quādiu volumus haberi. Assentiebant
omnes. Sed trigetius: sunt inquit multi foꝛtu-
nati: qui easipas res fragiles casibusqȝ subie-
ctas: tamē iocundas pro hac vita cumulate lar
geqȝ possideant nec quicq̄ȝ illis eoꝛum que vo-
lunt desit. Cui ego. qui timet inquam: videtur
ne tibi beatus esse: non videtur inquit. Ergo
quod amat quisqȝ. si amittere potest: potest ne

nō timere. Nō potest inquit: Amitti autē pñt
illa fortuita. nō igitur hec qui amat ⁊ possidet:
potest vllo modo beatus esse. Nihil repugna-
nit. Hoc loco autē mater: etiam si securꝰ sit in
quit ea se omnia nō esse amissurum: tamē tali-
bus satiari nō poterit. Ergo ⁊ eo miser quo sem
per est indigens. Cui ego. Quid īquam his oī-
bus abundans rebus atqꝫ circūfluens: si cupi-
endi modum sibi statuat: eisqꝫ cōtentus: decen
ter iocūdeqꝫ perfruatur: nōne tibi videtur bea
tus. Nō ergo īquit illis rebus: sed animi sui mo
deratiōe beatus est. Optime īquam: nec huic ī-
terrogationi aliud: nec abs te aliud debuit re-
sponderi. Ergo nullo modo dubitamus si quis
beatus esse statuit: id euꝫ sibi comparare debe
re quod semper manet: nec vlla seuiente for-
tuna eripi pōt. Hoc inquit trigetius iā dudum
cōsensimus. Deus inquam nobis eternus ⁊ sp
manēs videtur: Hoc quidem inquit licentius
ita certum est vt interrogatione non egeret: ce
teriqꝫ omnes pia deuotione cōcinuerunt. De-
um igitur inquā qui habet beatus est. quod cuꝫ
gaudētes libētissime accepissent. nihil ergo in-
quam nobis iam querēduꝫ arbitror esse nisi ꝗs
hominum habeat deum. beatus enim profe-
cto is erit. De quo quero quid vobis videat:
Hic licētius. Deum hꝫ qui bñ viuit. Trigetiꝰ.
Deum habet īquit qui facit que deus vult fie
ri. In cuius sñiam lastidianus cōcessit. Puer
autem ille miuimꝰ oīum: is hēt deū ait: ꝗ spm̄
immūdum nō habet. Mater vero oīa. sꝫ hoc
maxime approbauit. Nauigiꝰ tacebat. Quem
cum iterrogassem quid sentiret: illud vltimuꝫ
sibi placere respōdit: Nec rusticum visum ē ne
gligēdum percōtari. que nam esset de re tanta
eius sñia. qui mihi videbatur ꝙ nō deliberatio
ne magis ꝗꝫ pudore impeditus sileret: trigecio
cōsensit. Tum ego teneo inquā oīum placita de
re magna sane: ⁊ vltra ꝗꝫ nec queri quidem opꝫ
nec iueniri potest: si modo eam vti cepimus se-
renissime ac sincerissime iuestigemus. qꝫ ho-
die quia lōguꝫ est: ⁊ habēt i epulis suis ⁊ animi
quādam luxuriē: si vltra modum i eas ⁊ voraci
ter irruant. Ita enim male quodammodo dige-
runt vñ valitudini mētium nō minus ꝗꝫ ab illa
ipa fame metuēdū est. Melius nos hec questio
cras esuriētes si videtur accipiet. Illud modo
libēter liguriatis nolo quod subito mihi mini-
stratori vestro i mētem suggestum est: iferēduꝫ
⁊ ē ni fallor qualia solēt vltima apponi: quasi sco
lastico melle cōfectum atqꝫ cōditum. quo audi
to sese omnes quasi i allatū ferculū tetēderunt:
coegerūtqꝫ vt dicere properarē quid id nā eēt.
quid īquam putatis: nisi cum achademicis to-
tum quod susceperamus cōfectuꝫ esse negociū.
quo accepto noīe: tres illi quibus res nota erat
sese erexerūt alacrius: ⁊ velut porrectis: vt fit:
manibus iferētem ministrum adiuuerunt qui
bus potuerūt verbis nihil se iocūdius auditu-
ros eē mōstrātes. Tum ego ita rem proposui.
Si manifestum est inꝗꝫ beatum non esse ꝗ qꝫ
vult nō habet: quod pauloante ratio demōstra-
uit. nemo autem querit quod iuenire nō vult: ⁊
querūt illi semper veritatem. Volunt ergo iue-
nire: volunt igitur habere inuētioneꝫ veritatis
⁊ non inueniunt: sequitur eos nō habere quod
volunt: ⁊ ex eo sequitur etiam beatos non esse
At nemo sapiens nisi beatus. Sapiens igitur
achademicus non est. Hic repente illi: quasi to
tum rapientes exclamauerunt. Sed licentiꝰ at
tentius ⁊ cautius aduertens timuit assensioneꝫ
atqꝫ subiecit. Rapui quidem vobiscum: siqui-
dem exclamaui illa cōclusione commotus: sed ni
hil hinc admittam in viscera: ⁊ partem meam
seruabo alipio. Nam aut simul eam mecū lā-
bet: aut me admonebit: cur nō oporteat attige
re. Dulcia iquā magis metuere nauigius debe
ret splene vicioso. Hic ille arridens. plane ingt
me talia sanabunt. Nam nescio quomodo con
tortum hoc ⁊ aculeatum: quod posuisti vt ait il
le de melle sinectio. Acriter dulce ē nihilqꝫ in
flat viscera. Quare totum etiam palato aliquā
tum remorso: tamen vt possum libentissime i
medullas traijcio. Non enim video quomodo
redargui possit ista cōclusio. Prorsus nullo mō
potest inquit trigetius. Quare gaudeo iaꝫ diu
cum illis me inimicicias suscepisse. Nam ne-
scio qua impellente natura. vel vt verius di-
cam deo: etiam nesciens quomodo refellendi
essent: tamen eis nimis aduersabar. Hinc li-
centius. Ego inquit illos nondum desero. Er
go ait trigetius. Dissentis a nobis: nunquid
nam ille inquit: vos ab alipio dissentitis: Cui
ego: non dubito inquā quin si adesset alipius
huic ratiuncule cederet. Non enim tam absur-
de sentire poterat. vt aut beatus illi videretur
qui tantum bonum animi quod ardentissime
vellet habere non haberet: aut illos nolle in-
uenire veritatem aut eum qui beatus non sit
esse sapientem. Nam his tribus quasi melle
farre atqꝫ nucleis illud quod metuis gustare
confectum est: Ille inquit ne huic tam parue
puerorum illecebre cederet achademicorum
tanta vbertate deserta: qua inundante hoc
nescio quid breue aut obruetur: aut protrahe-
tur. Quasi vero inꝗꝫ longum aliquid nos que-
ramus: presertim aduersus alipium. nam non
mediocriter parua ista esse fortia ⁊ vtilia satis si
bi ipse de suo corpe argumētaret. Tu aūt ꝗ elegi
sti de abūtis auctoritate pēdere: quid horū nō

pꝛobas? vtrum beatum nō eſſe q quod vult nō habet: an illos negas velle habere inuētā veritatem: quam vehemēter ingrunt an videtur tibi quiſq̈ ſapiēs nō beatus? Pꝛoꝛſus beatus ē inquit: qui quod vult nō habet: quaſi ſtomachanter arridens. Quod cum iuberem vt ſcriberetur: nō dixi ingt exclamās. Quod item cū annuerem ſcribi: dixi inquit. Atq̈ ego ſemel ꝑceperam: vt nullum verbūm pꝛeter lr̄as funderet. Ita adoleſcētem inter verecundiam atq̈ cōſtantiam exagitatum tenebam. Sed cū his verbis eum iocantes: quaſi ad veſcēdam particulam ſuam ꝓuocaremus: aīaduerti ceteros rei totius ignaros: ⁊ ſcire cupiētes quid inter nos ſolos tam iocunde agereť. ſine riſu nos ītueri: Qui mihi pꝛoꝛſus ſimiles viſi ſunt: quod plerūq̈ ſolet his q cum epulanť inter auidiſſimos rapaciſſimoſq̈ cōuiuas a rapiēdo vel grauitate ſeſe abſtinent vel pudoꝛe terrenť. Et q: ego īuitaueram: ⁊ magni cuiuſdam hoīs ꝑſonam atq̈ vt totum explicem: veri hoīs etiam in illis epulis īuitatoꝛem alias ꝑſonam gerebam. Suſtinere nō potui. Cōmouitq̈ me illa inequalitas mēſe noſtre: ⁊ diſcrepātia. Arriſi matri. Atq̈ illa liberrime quod minus habebant: quaſi de ſuo cellario ꝓpinādum īperans. iam dic nobis ingt q ſint iſti achademici: ⁊ qd ſibi velint. Cui bꝛeuiter cum expoſuiſſem apteq̈ ita vt nemo illoꝝ ignarus aſcederet. iſti hoīes ingt caducarij ſunt: quo noīe vulgo apud nos vocanť quos comitialis moꝛbus ſubuertit. Et ſimul ſurrexit vt abiret: atq̈ hic oēs leti interpoſito fine diſceſſimus.

Incipit ſecunde diei diſputatio.

POſtridie autē cum item poſt pꝛādium: ſed aliquāto q̈ pꝛidie ſerius. iidem ibidēq̈ cōſediſſemus. tarde inq̈ veniſtis ad cōuiuium quod vobis nō cruditate accidiſſe arbitroꝛ: ſed paucitatis ferculoꝝ ſecuritate: quod nō tā mature aggrediēdum viſum ē: quod cito vos peſuros putaſtis. Nō multum. n. reliquiaꝝ credēdum erat remāſiſſe: vbi die ipo atq̈ ſolēnitate tam exiguum repertum erat. Foꝛtaſſe recte. Sed qd vobis ꝑparatum ſit: ego quoq̈ vobiſcum neſcio. Alius eſt. n. qui oībus tum vel cōmunes tū maxime tales epulas ꝑbere nō ceſſat. Sed nos ab edendo: vel imbecillitate: vł ſaturitate: vel negocio plerūq̈ ceſſamus. quē manentē in hoībus beatos eos facere: iter nos heri niſi falloꝛ pie cōſtanterq̈ cōuenerat. Nā cum ratio demōſtraſſet eum beatum eſſe: qui deum haberet. nec huic qſq̈ veſtrum ſētētie reſtitiſſet. queſitum eſt q nam vobis videretur deum habere De qua re ſi bene memini: tres ſententie dicte ſunt. Nam partim placuit deū habere illum q ea faceret que deus vellet. Quidā aūt dixerant ꝙ is deū haberet: qui bene viueret. Religs vero in eis deus eſſe viſus ē: in qbus qui appellať imūdus ſpūs nō eſt. Sꝫ foꝛtaſſe oēs diuerſis verbis vnum idēq̈ ſenſiſtis Nam ſi duo pꝛima cōſideremus: ⁊ omnis q bene viuit ea facit que vult deus: ⁊ oīs qui ea facit que vult deus bene viuit. nec quicq̈ ē aliud bū viuere: q̈ ea facere q̄ deo placeant: niſi qd vobis aliud videť. Aſſentiebanť. Terciū vero illud paulo diligētius ꝯſiderandū ē ꝓpterea ꝙ ritu caſtiſſimoꝝ ſacroꝛūq̈ ſpirituum: ſpūs īmundus quātū ītelligo: duobus modis appellari ſolet: vel ille q extrinſecus aīam īuadit: ſenſuſq̈ cōturbat: ⁊ quēdam hoībus īfert furoꝛem cui excludēdo qui ꝑſunt manum īponere vł exoꝛcizare dicunť: hoc ē. ꝑ diuina cum adiurando expellere. Aliter autē diciť ſpūs imundus. oīs oīno aīa īmunda. quod nihil ē aliud q̈ vicijs ⁊ erroꝛibus inqnata. Itaq̈ abs te quero: tu puer q foꝛtaſſe aliquāto ſereniore ac purgatioꝛi ſpiritu iſtam ſnīam ꝓtuliſti. q tibi videať īmūdum ſpūm nō habere. Ille ne q demonem nō habet: quo veſani hoīes fieri ſolent: an ille qui aīā ſuam iam a vicijs oībuſq̈ peccatis mūdauit. Is mihi videť ingt imundum ſpūm non habere: q caſte viuit. Sed caſtum inquam quem vocas? eum ne q nihil peccat: an eum tantū qui ab illicito cōcubitu tēperat? Quomodo ingt caſtus pōt eſſe q ab illicito tantū cōcubitu abſtinēs ſeſe: ceteris peccatis nō deſinit inqnari. Ille ē vere caſtus: q deū attēdit: ⁊ ad ipm ſolū ſe tenet. Que verba pueri ſicut dcā erant: cū ꝯſcribi mihi placuiſſet: is ergo inquā neceſſe ē vt bū viuat: ⁊ q bū viuit neceſſario talis ē: niſi qd tibi aliud videť. Cōſenſit cū ceteris: Ergo vna ē hic īquā dicta ſnīa. Sed illud a vobis paululū q̄ro: velit ne deus: vt hō deū q̄rat? Dederūt. Itē q̄ro. Nunqdnā poſſumus dicere: illum q deū q̄rit male viuere? nullo modo dixerūt. Etiam ħ tercium rūdere. Spiritus īmūdus pōt ne deum q̄rere? negabāt: aliquantū dubitāte nauigio. qui poſtea ceteroꝝ vocibus ceſſit. Si igiť inquam q deum q̄rit id facit qđ deus vult ⁊ bū viuit: ⁊ ſpūm īmūdū nō hꝫ. q aūt deum q̄rit nōdum hꝫ deū. nō igiť qſqs aut bū viuit: aut qđ vult deꝰ facit: aut ſpūm īmūdū non hꝫ: cōtinuo deū habere dicēdꝰ ē. Hic cū ſe ceteri cōceſſionibꝰ ſuis deceptos riderēt. poſtulauit mater: cum diu ſtupida fuiſſet: vt ei hoc ipm quod cōcluſionis neceſſitate intoꝛte dixeram explicando relaxarem atq̈ ſoluerē. Quod cū factum eſſet: ſed nemo inquit pōt ꝑuenire ad deum: niſi deum queſierit. Optime inquā. Tamen qui adhuc querit

nõdum ad deũ ꝑuenit etiam si bñ viuit. Non igit̃ quisquis bñ viuit deum habet. Mihi ingt videtur deũ nemo nõ habere:sed eũ qui bñ viuit:habet ꝓpicium:q male:īfestum. Male igitur inquã hesterno die cõcessimus eũ beatũ esse qui deũ habet. Siqdem oĩs homo deũ habet: nec tñ oĩs homo beatus ẽ. Adde ergo ingt ꝓpiciuꝫ. Saltim inquã hoc inter nos cõstat satis eũ beatũ esse q habet ꝓpicium deũ. Vellem ingt nauigius ꝯsentire. Sed illũ vereor q adhuc q̃rit ꝑsertim ne cõcludas beatũ esse achademicum:qui externo sermone vulgari qdem ⁊ male latino:sed aptissimo sane vt mihi videt̃ verbo:caducarius noĩatus ẽ. Nõ enim possum dicere homini deũ querẽti aduersum deũ esse:qd si dici nefas ẽ.propicius erit ⁊ q propiciuꝫ deũ habet beatus ẽ. beatus ergo erit ille qui querit. Omnis aũt querẽs nõdum habet quod vult. Erit igitur beatus homo: q quod vult nõ habet:quod heri nobis oĩbus videbat̃ absurdũ: vnde credebamus achademicoꝝ tenebras eẽ discussas. Quare iã de nobis licẽtius triũphabit:mihiqꝫ illa dulcia que cõtra valitudinẽ meam temere accepi:has de me penas exigere:q̃si prudẽs medicus admonebit. Hic cũ etiã mater arrisisset. ego inquit trigetius. nõ cõcedo cõtinuo deũ aduersari cui nõ sit ꝓpicius:sꝫ esse aliquid medium puto. Cui ego. istuꝫ tamẽ hoĩeꝫ inquã medium.cui nec deus ꝓpicius ẽ nec īfestus:deũ quomodo habere cõcedis. Hic cum ille cunctaret̃. aliud ẽ inquit mater deum hr̃e: aliud nõ esse sine deo. Quid ergo inquã meli⁹ ẽ:vtrum hr̃e deum an nõ esse sine deo? Quantum inquit possum intelligere:ista est sentẽtia mea. Qui bene viuit habet deum:sed ꝓpiciuꝫ qui male:habet deum:sed aduersum. qui autẽ adhuc querit nondũqꝫ inuenit:neqꝫ ꝓpicium: neqꝫ aduersum:sed nõ est sine deo. Hec ne inquam vestra etiam sñia est? Hanc esse dixerũt Dicite mihi queso inquam. Nõ vobis videt̃ esse homini deus ꝓpicius:cui fauet? Esse confessi sunt. Nõ ergo inquam fauet deus querẽti sese homini? Respõderunt fauet. habet igit̃ inquam qui deum q̃rit deum ꝓpicium:⁊ omnis q habet deum ꝓpicium:beatus ẽ. Beatus ẽ ergo ⁊ ille qui querit. qui aũt querit nondum habet quod vult. Erit igitur beatus qui quod vult nõ habet. Prorsus inquit mater. nõ mihi videt̃ beatus esse:qui quod vult nõ habet. Ergo inquam nõ omnis qui habet deum ꝓpiciuꝫ beatus ẽ. Si hoc cogit rõ ingt nõ possum negare. Ista igit̃ inquam distributio erit: vt oĩs qui iaꝫ deum inuenit: ⁊ ꝓpicium deuꝫ habeat:⁊ beat⁹ sit. omnis aũt qui deum querit ꝓpicium deuꝫ habeat:sed nõdum sit beatus. Jam vero quisquis viciis atqꝫ peccatis a deo se alienat. non modo beatus nõ sit:sed ne deo quidẽ viuat ꝓpicio. quod cum placuisset oĩbus:bene habet inquam:sed adhuc illud vereor.ne vos moueat: quod iam superius cõcesseramus. miseruꝫ esse quisquis beatus nõ sit. cui consequẽs erit esse miserum hoĩem:qui propicium tenet deũ:quẽ adhuc deũ querẽtem nõdum diximus esse beatum. An vero quod ait Tullius:multorum in terris ꝑdiorum dños diuites appellamus:omnium virtutum possessores pauperes nominabimus? Sed illud videte vtrum quomodo verum ẽ:ꝙ oĩs egens miser sit:ita sit verũ: ꝙ oĩs miser egeat. Ita enim erit verum nihil aliud eẽ miseriam ꝙ̃ egestatẽ:quod me nũc cum diceretur laudare sensistis. hoc autem hodie longum ẽ:vt queramus: quare peto: ne fastidio vobis sit ad istã mẽsam cras etiã cõuenire. qd cuꝫ oẽs se libentissime habere dixissent surreximus.

Incipit disputatio tertie diei.

TErtius autem dies disputationis nostre matutinas nubes:que nos cogebãt in balneas dissipauit:tempusqꝫ ꝓmeridianuꝫ cãdidissimum reddidit. Placuit ergo in pratuli ꝓpinqua descẽdere:atqꝫ omnibus nobis vbi cõmodum visum ẽ confidẽtibus. reliquus ita sermo peractus ẽ. Omnia pene inquam que interroganti mihi concedi a vobis volui habeo ac teneo:quare hodierno die quo possimus tandeꝫ hoc nostrum cõuiuium aliquo interuallo dieruꝫ distinguere:aut nihil:aut nõ multuꝫ erit vt opinor:quod mihi vos respondere necesse sit. Dictum enim erat a matre nihil aliud esse miseriã ꝙ̃ egestatem:cõuenitqꝫ inter nos oẽs qui egeant miseros esse. Sed vtrum oẽs etiam miseri egeãt:nõnulla questio ẽ:quaꝫ hesterno die non potuimus explicare. Hoc autẽ ita se habere:si ratio demonstrauerit: ꝑfectissime inuẽtuꝫ est q sit beatus:erit eniꝫ ille qui nõ eget. Omnis.n. nõ miser beatus ẽ. Beatus ẽ ergo qui egestate caret:si quam dicimus egestatẽ:candẽ miseriam esse cõstiterit. quid eniꝫ ait. Trigetius non potest ex eo iam cõfici:omnẽ nõ egẽtem beatuꝫ esse:quo manifestuꝫ ẽ:omnẽ qui egeat esse miseruꝫ? Nam cõcessisse nos memini nihil esse mediuꝫ inter miseruꝫ ⁊ beatuꝫ. Aliquid ne inquaꝫ inter mortuuꝫ ⁊ viuuꝫ tibi mediuꝫ videtur esse nõne omnis homo aut viuus aut mortuus est? Fateor inquit:neqꝫ hic esse aliquid mediũ. Sꝫ quorsum istud? quia inquaꝫ etiaꝫ istud te fateri credo:omneꝫ qui ante annuꝫ sepultus ẽ: esse mortuuꝫ. Nõ negabat. quid omnis qui ante annuꝫ sepultus est: viuit. non ait sequitur. Ergo inquaꝫ nõ sequitur vt si omnis qui eget miser

ē. omnis qui nō eget sit beatus. quamuis inter miserum ⁊ beatum vt inter viuum ⁊ mortuū medium nihil inueniri queat. quod cum aliqui eorum paulo tardius intellexissent. me id quibus potui verbis ad eorum sensum accōmodantis aperiente atqꝫ versante. ergo inquam miserum esse omnem qui egeat dubitat nemo: nec nos terrent quedam sapientium corpori necessaria. non .n. eis eget ipse animus in quo posita est vita beata. Ipse enim perfectus est: nullus autē perfectus aliquo eget: ⁊ quod videtur corpori necessarium sumet: si affuerit: nō eum istarum rerum franget inopia. Omnis nanqꝫ sapiens fortis est: nullus autem fortis aliquid metuit. nō igitur metuit sapiens: aut mortē corporis: aut dolores: quibus pellendis vel vitādis vel differendis sunt necessaria illa. quorum ei potest contingere inopia. Sed tamen nō desinit eis bene vti si ipsa non desunt. Verissima ē enim illa sententia. nam tu quod vitare possis stultum admittere est. Vitabit ergo mortem ac dolorem quantum potest ⁊ quantum decet: ne si minime vitauerit: nō ex eo miser sit: quia hec accidunt: sed quia vitare cum posset noluit: quod manifestū stulticie signum ē. Erit ergo ista nō vitans: nō earū rerū perpessione: sed stulticia miser. Si autē nō valuerit vitare: cum id sedulo ac decenter egerit: nō eum ista irreuerētia miserum facient. Etenim ⁊ illa eiusdē comici sententia nō minus vera ē: quoniā non pōt id fieri quod vis: id velis quod possis. Quomodo erit miser: cui nihil accidit preter voluntatem. quia quod sibi videt non posse prouenire: non potest velle. Habet enim rerum certissimarū voluntatem idest vt quicquid agit non agat: nisi ex virtutis quodam prescripto ⁊ diuina lege sapientie: que nullo ab eo pacto eripi possunt. Jam nunc videte: vtrū etiam omnis qui miser est egeat. nam huic sententie concedende difficultatem illa res facit. quod multi in magna fortuitarum rerum copia constituti sunt: quibus ita facilia sunt omnia: vt ad eorum nutum presto sit: quicquid cupiditas poscit. Difficilis quidem ista vita ē. Sed fingamus aliquē talem qualem tullius fuisse dicit. Oratam. quis enim facile dicat oratam egestate laborasse: hominem ditissimū: amenissimū: deliciosissimum: cui: neqꝫ ad voluptatē quicꝙ defuit: neqꝫ ad gratiā: neqꝫ ad bonā integramqꝫ valitudinē: Nā ⁊ predijs questuosissimis ⁊ amicis iocūdissimis quantū libuit abūdauit: ⁊ illis omnibus aptissime ad salutē corporis vsus est: eiusqꝫ vt breuiter totum explicem omne institutū voluntatēqꝫ omnē successio prospera cōsecuta est. Sed fortasse inquiet aliquis vestrū. Plus illū quoqꝫ habebat habere voluisse. Hoc ignoramus. Sed qđ satis est questioni faciamus eū nō desiderasse amplius ꝙ tenebat. Videtur ne vobis eguisse. Etiā si cōcedam inquit licentius nihil eum plus desiderasse. qđ in homine non sapiente nescio quomodo accipiam. metuebat tamen. erat enim vt dicitur ingenij non mali: ne illa omnia sibi vel vno aduerso impetu raperentur. Non enim magnū erat intelligere talia cuncta quantacūqꝫ essent: esse sub casibus cōstituta. Tū ego arridens: vides inquā licēti fortunatissimū istū hominem a beata vita ingenij bonitate impeditum. quo enim erat acutior: eo videbat illa oīa se posse amittere: quo metu frāgebatur: illudqꝫ vulgare satis asserebat in fidem: hominē malo suo esse cordatū. Hic cū ⁊ illi ⁊ ceteri arrisissent illud tamen inquā diligētius attēdamus: quia ⁊ si timuit iste nō eguit: vnde questio est. Egere est enim in non habēdo: non in timore amittēdi que habeas. Erat aūt iste miser: quia metuebat ꝙuis nō egeret. Nō igitur omnis qui miser est eget. qđ cum approbauisset cū ceteris. etiā ipsa cuius sentētiā defendebā aliquantum tamē addubitans. nescio inquit tamen ⁊ nondum plene itelligo quomodo ab egestate possit miseria: aut egestas a miseria separari. Naz ⁊ iste qui diues ⁊ locuples erat: ⁊ nihil vt dicitis amplius desiderabat: tamen quia metuebat ne amitteret egebat sapientia. Ergo ne hunc egentē diceremus si egeret argento ⁊ pecunia: cum egeret sapientia: non dicemus: Ubi cum omnes mirando exclamassent: meipso etiam non mediocriter alacri atqꝫ leto: quod ab ea potissimum dictum esset quod pro magno de philosophorum libris atqꝫ vltimum proferre parauerā videtis ne inquā aliud esse: multas variasqꝫ doctrinas: aliud animum attentissimum in deum. nam vnde ista que miramur: nisi inde procedunt. Hic licentius letus exclamans prorsus inquit. nihil verius. nihil diuinius dici potuit. naz ⁊ maior ⁊ mirabilior egestas nulla est ꝙ egere sapientia: ⁊ qui sapientia non eget: nulla re omnino egere potest. Est ergo animi egestas inquam nihil aliud ꝙ stulticia. Hec est enim contraria sapientie: ⁊ ita contraria vt mors vite: vt beata vita misere. hoc est sine aliquo medio. naz vt omnis non beatus homo miser est: omnisqꝫ homo non mortuus viuit: sic omnem non stultum manifestum est esse sapientem. Ex quo ⁊ illud iam licet dicere: non ex eo tantum sergium oratam fuisse miserum: ꝙ timebat ne fortune illa munera amitteret: sed qꝛ stultꝰ erat. quo fit vt miserior esset: si tā pēdulis mutātibusqꝫ his: q̄ bona putabat: nihil oīno metuisset. Esset enim nō fortitudinis excubijs: sed mētis sopore

securior: ⁊ altiore stulticia demersus miser. At
si omnis qui caret sapiētia magnā patit̄ egesta
tem: omnisq̃ compos sapientie nihilo eget. se-
quitur vt stulticia sit egestas. Ut autem omnis
stultus miser: ita omnis miser stultus ē. Ergo
vt omnis egestas miseria: ita oīs miseria ege-
stas esse conuincit̄. Quam cōclusionem trigeti
us cum se parum itellexisse diceret. quid inquā
inter nos rōne conuenit? Eum egere inquit q
⁊ sapientiam nō habet. Quid est ergo inquam
egere? Sapientiam inquit nō habere. Quid ē
inquam sapiētiam nō habere? Hic cū taceret
nōne hoc est inquā habere stulticiam? Hoc in
quit. Nihil est ergo aliud inquam habere ege-
statem q̃ȝ habere stulticiam. Ex quo iam neces
se est egestatem alio verbo nominari quando
stulticia nominat̄. Quā̄q̃ȝ nescio quomodo di-
camus. habet egestatem aut habet stulticiam.
Tale est enim ac si locum aliquem qui lumine
careat dicamus habere tenebras: quod nihil ē
aliud q̃ȝ lumen non habere. Nō enim tenebre
quasi veniunt aut recedunt: sed carere lumine
hoc ipm̄ est iam tenebrosum esse: vt carere ve-
ste: hoc est esse nudum. Nō enim veste acceden
te veluti aliqua res mobil̄: nuditas fugit. Sic
ergo dicimus aliquem habere egestatem: quasi
dicamus habere nuditatem. Egestas. n. ver-
bum est nō habendi. Quāobrem vt quod volo
explicem sicut possum. ita dr̄: habet egestatem
quasi dicat̄: habet nō habere. Itaq̃ȝ si stulticiā
ipam veram ⁊ certam egestatem esse monstra
tum est. vide iam q̄ōnem: quam susceperam⁹
vtrum soluta sit. Dubitabat̄ enim inter nos.
vtrum cū appellaremus miseriam nihil aliud
q̃ȝ egestatem nominaremus. Dedimus autē
rōnem: recte stulticiam vocari egestatem. Si-
cut ergo ⁊ omnis stultus miser ⁊ omnis miser
stultus est. ita necesse est nō solum omnem qui
egeat miserum: sed etiā omnem qui miser sit
egentē esse fateamur. At si ex eo ꝙ ⁊ omnis stul
tus miser est: ⁊ omnis miser stultus est: conficit̄
stulticiam esse miseriam: cur nō ex eo quod ⁊ qͥs
qs eget miser: ⁊ quisquis miser est egeat: nihil
aliud miseriam q̃ȝ egestatem esse conficimus?
Quod cum omnes ita esse faterent̄: illud iam
inquā sequit̄: vt videamus quis nō egeat. Is
enim erit sapiens ⁊ beatus. Egestas autē est
stulticia. egestatisq̃ȝ nomen. Hoc autem verbū
sterilitatem quādam ⁊ inopiam solet significa-
re. Attendite queso altius: quāta cura priscorū
hoīum: siue omnia siue quod manifestum ē que
dam verba creata sunt earū rex maxime qua
rum erat noticia pnecessaria. Iam enim cōcedi
tis oēm stultum egere: ⁊ omnem q egeat stultū
esse. Credo vos etiam cōcedere animum stul-

tum esse viciosum: omniaq̃ȝ animi vicia vno
stulticie nomine includi. Primo autem die hu-
ius disputationis nostre nequiciam dixeramus
esse ab eo dictam: ꝙ nec quicq̃ȝ sit: cui contrari
am frugalitatem: a fruge fuisse nominatā. Er
go in his duobus cōtrarijs. hoc est frugalitate
atq̃ȝ nequicia: illa duo vident̄ eminere: esse ⁊ nō
esse. Egestati autem de qua fit questio: qd puta
mus esse cōtrarium? Hic cum aliquātum cūcta
rent̄. si dicā inquit trigetius diuitias: ideo his
paupertatem esse cōtrariam. Est qdem inquā
vicinum. Nam paupertas ⁊ egestas: vnum at
q̃ȝ idem accipi solent. Tamen aliud verbum ī
ueniendum est: ne meliori parti desit vnū vo
cabulum: vt cum illa pars paupertatis ⁊ egesta
tis nomine abundet: ex hac parte solum oppo-
natur diuitiarum nomē. Nihil enim absurdi⁹:
q̃ȝ vt hic sit egestas vocabuli: vbi est contraria
pars egestati. Plenitudo inquit licentius si di
ci pōt videt̄ mihi recte opponi egestati. Postea
inquam de verbo queramus fortasse diligen-
tius. Nō enim hoc curādum est in inquisitione
veritatis. Quāuis enim salustius electissimus
pensator verborum egestati opposuerit opulē
tiam: tamē accipio istam plenitudinem. Non
enim grāmaticorum hic formidine liberabi-
mur: aut metuēdum ē ne ab eis castigemur: ꝙ
icuriose vtimur verbis. qui res suas nobis ad
vtendum dederunt: Ubi cū arrisissent. ergo
q: mentes vestras inquam: cum intenti estis ī
deum: velut quedam oracula: nō contemnere
statui. videamus quid sibi velit hoc nomē. nā
nullum accommodacius esse arbitror veritati.
Plenitudo igit̄ ⁊ egestas cōtraria sunt: at etiā
hic similiter: vt in nequicia ⁊ frugalitate appa-
rent illa duo esse ⁊ nō esse. Et si egestas est ipsa
stulticia: plenitudo erit sapiētia. Merito etiā
virtutum omnium matrem multi frugalitatē
esse dixerunt. Quibus cōsentiens Tullius etiā
in populari or̄one ait. Ut volet quisq̃ȝ accipiat:
Ego tamen frugalitatē idest modestiam ⁊ tē-
perantiam: virtutem esse maximam iudico.
Prorsus doctissime ac decētissime. Cōsidera-
uit enim frugem. i. illud quod esse dicimus: cui
est nō esse cōtrarium. Sed ppter vulgarem lo-
quēdi cōsuetudinem: qua frugalitas quasi par-
simonia dici solet. duobus cōsequentibus quid
senserit illustrauit. subijciēdo modestiam ⁊ tem
perantiam. Et hec duo verba diligentius attē
damus. Modestia vtiq̃ȝ dicta ē a modo: ⁊ a tē
perie temperantia. Ubi autē modus est atq̃ȝ
temperies: nec plus ē quicq̃ȝ: nec minus. Ipsa
ē igitur plenitudo: quam egestati cōtrariā po
sueramus: multum melius quam si abundan-
tiam poneremus. In abundantia enim itelligit̄

affluentia:⁊ quasi rei nimium exuperantis effu
sio. Quod cū euenit vltra ꝙ satis est. ēt ibi de-
sideratur modus ⁊ res que nimia est mō eget.
Ergo nec ab ipsa redundantia egestas aliena ē.
Amodo āt ⁊ plus ⁊ minus aliena sunt. Ipsā. n.
opulentiā si discutias: inuenies eam nihil aliud
tenere ꝙ modū. Nam non nisi ab ope dicta ē
opulentia: quomodo aūt opitulaꝛ qđ nimiuꝫ ē:
cum incōmodius sit sepe ꝙ paꝝ? Quicqd igiꝛ
vel paꝝ vel nimiū ē: qꝛ mō oget: obnoxium est
egestati. Modus ğ animi sapientia ē. Etenim
sapiētia ꝯria stulticie nō negatur. ⁊ stulticia ege
stas: egestati aūt ꝯria plenitudo. Sapiētia igiꝛ
plenitudo. In plenitudine āt modus. Modus
igiꝛ animi in sapiētia ē. Unde illud preclarum
ē ⁊ nō imerito diffamatur hoc primū in vita eē
vtile: vt ne quid nimis. Dixeramus aūt i exor
dio hodierne disputatiōis nr̄e: ꝙ si inuenıremꝰ
nihil aliud eē miseriā ꝙ egestatē: eū beatū esse
fateremur: qui nō egeret. Est aūt inuentū. Er-
go btm̄ eē nihil ē aliud: ꝙ non egere. hoc eē sa-
pientem. Si aūt queritis: qđ sit sapientia iam ⁊
ipa rō quantū in pn̄tia potuit: ⁊ voluit atqꝫ eru-
it. Nihil ē. n. aliud ꝙ modus animi. hoc ē: quo
sese animus librat: vt neqꝫ excurrat in nimium
neqꝫ infra ꝙ plenum ē coarteꝛ. Excurrit auteꝫ
in luxurias: dn̄atiōes: superbias: ceteraqꝫ id ge
nus: quibꝰ imoderatorū miserorūqꝫ animi sibi
leticias atqꝫ potentias cōparari putāt. Coarta
tur aūt sordibꝰ: timoribꝰ: merore: cupiditate:
atqꝫ alijs quecūqꝫ sunt quibꝰ hoies miseros ēt
miseri cōfitētur. Cū vero sapientiā cōtemplaꝛ i
uētam: cūqꝫ vt huiꝰ pueri verbo vtar: ad ipaꝫ
se tenet: nec se ad simulacroꝝ fallaciam quoruꝫ
pondus amplexꝰ a deo suo cadere atqꝫ demer
gi solet: vlla cōmotꝰ inanitate cōuertit: nihil i-
moderationis: ⁊ iō nihil egestatis nihil igitur
miserie pertimescit. Habet ğ modū suū. i. sapi
entiam: quisqs btūs ē. Que ē aūt dicenda sapi
entia: nisi que dei sapientia ē. Accepimꝰ aūt ēt
auctoritate diuina: dei filium nihil eē aliud: ꝙ
dei sapientiā. ⁊ ē dei filius ꝓfecto deus. Deuꝫ
habet igitur quisquis btūs ē: quod oibus nobis
iam ante placuit: cuꝫ hoc cōuiuium ingressi su-
mus. Sed quid putatis eē sapientiā nisi veri-
tatem? Etiam hoc eni dictū ē. Ego sum veritas
Ueritas āt vt sit: fit per aliquē summū moduꝫ:
a quo ꝓcedit: ⁊ in quem se ꝑfecta conuertit. Ipi
aūt sūmo modo nullus alius modus imponiꝛ.
Si enim summus modus per summū modū
modus ē: per seipsum modus ē. Sed etiā sum
mus modus necesse ē vt verus modus sit. Ut
igitur veritas modo gignitur: ita modus veri-
tate cognoscitur. Neqꝫ igitur veritas sine mō
neqꝫ modus sine veritate vnqꝫ fuit. Quis est
dei filius: dictū ē veritas. Quis ē qui nō habꝫ
patrē. Quis alius ꝙ summus modus. Quisqs
igitur ad summū modū per veritatem venerit
beatus ē. Certa eni quāuis a deo habeātur non
hn̄t deum. Admonitio aūt quedā que nobiscū
agit: vt deū recordemur: vt eū queramꝰ: vt eū
pulso omni fastidio sitiamꝰ: de ipo ad nos fōte
veritatis emanat. Hoc interioribꝰ luminibꝰ no
stris iubar: sol ille secretꝰ infundit. Huius ē ve
rum oē quod loquimur: ēt quādo adhuc vl̄ mi-
nus sanis vel repente apertis oculis audacter
cōuerti: ⁊ totum intueri trepidamꝰ: nihilqꝫ ali-
ud ēt hoc apparet eē ꝙ deū: nulla de generatio
ne impediēte ꝑfectum. Nā ibi totū atqꝫ omne
ꝑfectū ē: simulqꝫ ē oipotētissimus deꝰ. Sꝫ tn̄ ꝙ
diu querimus: nōduꝫ ipo fonte: atqꝫ vt illo ver
bo vtar: plenitudine saturati: nondū ad nostrū
modū nos ꝑuenisse fateamur: ⁊ iō quāuis iam
deo adiuuante: nōdum tn̄ sapiētes ac beati su-
mus. Illa ē igitur plena satietas aiorum: hoc est
beata vita pie ꝑfecteqꝫ cognoscere a quo indu-
caris in veritatē ꝗ veritate ꝑfruaris: ꝑ quid cō
uertaris summo mō. Que tria vnum deuꝫ itel
ligētibꝰ vnāqꝫ substantiam exclusis vanitati-
bus varie superstitionis ostendunt. His maꝛ
recognitis verbis: que sue memorie penitus i
herebant: ⁊ quasi euigilans in fidem suam: ver
bum illud sacerdotis nostri: foue precātes tri-
nitas: leta effudit atqꝫ subiecit. Hec est nullo
ambigente beata vita: que vita perfecta ē. ad
quam nos festinanter posse perduci: solida fi-
de: alacri: spe: flagrante charitate presumenduꝫ
est. Ergo inquam: quoniam modus ipse nos
admonet: ⁊ conuiuio aliquo interuallo dierum
distinguere quantas ꝓ viribus possum grati-
as ago summo ⁊ vero deo patri domino: libera
tori animarum. Deinde vobis qui concordiꝛ
inuitati. multis etiam me cumulastis muneri-
bus. Nam tantū in nostrum sermonem coutu-
listis: vt me negare non possiꝫ: ab inuitatis me
is esse satiatum. Hic oibus gaudentibus ⁊ lau-
dantibus deum: ꝙ vellem: inquit trigerius: ꝭ
modo nos quotidie pasceres. Modus inquā
ille vbiqꝫ seruandus est: vbiqꝫ amandus: si vo
bis cordi est ad deum reditus noster. His di-
ctis facto disputationis fine discessimus.

Explicit liber beati Augustini de beata vita

Diui Aurelij Augustini hipponensis episco
pi de assumptione beate virginis marie in cor-
pore ⁊ anima Liber incipit. Solutio ⁊ respon
sio omnium preclarissima.

AD interrogata
de virginis ⁊ matris dñi
reſolutione temporali ⁊ aſ
ſumptione perhenni: qd
intelligam reſpõſurus: te
deus oipotẽs pater voto
ſupplici exoro: vt qui mãdas nubibꝰ ⁊ pluunt i
bres q tangis mõtes ⁊ fumigant: q apis terraʒ
⁊ germinat: qd dicã iubeas: qd ꝓferam ꝑbeas
ad qd ſermonẽ dirigam apias. Venerabile eni
mihi ẽ dñe ⁊ ꝑcordijs meis reuerẽdiſſimũ: de
mr̃e filij tui loqui: ⁊ de ſanctiſſimo corpe eiꝰ lin
guã ſermonibꝰ occupare. Que ſola meruit deũ
⁊ hoiem paritura ſuſcipe: facta thronꝰ dei: ⁊ au
la regis eterni: ſm qꝺ nos docuiſti ꝑ ſanctos tu
os p̃triarchas ꝓphetas ⁊ apoſtolos: figuris ex
ſermonibus qbꝰ credimꝰ ⁊ certi ſumꝰ: qꝛ nũq̃
fefelliſti: qui nec fellere nec falli nouiſti: oñdens
filium tuũ coeternũ tibi ⁊ cõſubſtantialẽ incar
nandũ: ⁊ incarnatũ ꝑ virginis vterũ: de qua car
nẽ aſſumpſit qui corporalia cũcta tecuʒ creauit
auctor adminiſtrator ⁊ deꝰ: ab hoie factꝰ ẽ hõ:
ab ea naturã ſumẽs nõ originem. ſanctificante
ſpũſancto tuo in ea vterꝝ humanũ ⁊ purifican
te atqꝫ mundante ad cõceptionẽ filij tui: cuiꝰ di
gnitatis ⁊ grẽ effectum nec cor cõcipere nec lin-
gua valet exprimere. Non eni talis cõceptꝰ ta
liſqꝫ ꝑtus: niſi deũ decuerat: qui venerat redime
re quos voluit creare: creare ꝑfecto ptãte: re-
dimere hũilitate: hũilitatis naturã ſumẽs ſan-
ctam de ſcĩficato corpe: ⁊ imaculatã de imacula
to. Ineffabilem. n. ſcĩficatiõis grãm quã conci-
piendas ꝑbuit: cõceptꝰ ⁊ natꝰ nõ abſtulit. Que
quãtũ in corpe valuerit virginis: illi ſoli notiſſi
mum ẽ: q de eiꝰ natura naturã ſuſcepit quam cõ
didit. Per quẽ te q̃ſo dñe: qꝛ per illũ bona cũcta
tribuis: q̃ vt tribuas eligis: vt me inoffenſe de
tanta ſanctitate loqui tribuas. Et ſi nõ totũ vt
eſt: qꝺ ipoſſibile oi ligue humane ẽ. tñ ipꝫ ex pte
qꝺ ẽ dicatur vt ẽ. Sonet ḡ p̃cioſiſſimũ ſui pre-
cioſitate: ſanctiſſimũ certa ſanctitate: ineſtima-
biliſſimũ nudiſſima veritate. Que qꝛ humanaʒ
rõem excedũt: ſpũs tuus aſſit: qui ſuo ſacro ſpi-
ramie inducat in oẽm dicendorũ veritatem. vt
qꝛ de eiꝰ corpe ⁊ aia loquẽdũ ẽ: qꝺ ipẽ p̃ter natu
turalẽ vſum ſanctificauit ⁊ grãm contulit: non
aliena nos dicere patiaꝛ: ſꝫ ꝓpria ad laudem ⁊
gl̃iam tuã deꝰ oipotẽs pr̃: ⁊ ad honorẽ eiuſdem
filij tui ꝑ virginem nati: ⁊ eiuſdem ſpiritusſan
cti dei ⁊ domini noſtri cum quo eſt tibi regnuʒ
⁊ imperium in omnia ſecula ſeculorum. amẽ.

Explicit proemium.
Incipit liber.

QUia profũdiſſime ⁊ ſua di
gnitate
altiſſime ſum rñſurus queſtioni: lecto-
rem meũ obſecro: vt ꝓ me deprecetur: ⁊ ſi qua a
me pleniter cognouerit donis dei gratis exiſtat
Sin ãt minꝰ nr̃e cõpatiaꝛ humilitati. Quia ſi
minus valeamꝰ vera tñ ꝓculdubio volumꝰ. De
ſanctiſſimo igiꝛ corpe ꝑpetue virginis marie:
eiuſqꝫ ſacre aie aſſumptiõe: qꝺ deꝰ donauerit
loqui ſuſcipiẽtes: hꝫ primũ dicimꝰ: ꝙ in diuinis
ſcripturis poſtq̃ dñs in cruce matreʒ diſcipulo
cõmendauit vt caſtitas caſtis tuereꝛ obſequijs
nihil de ea repitur p̃ter id qꝺ lucas cõmemorat
in actibꝰ apoſtoloꝝ: cõmemorãs eiuſdem noia
tim dicens: Hi oẽs erant ꝑſeuerãtes vnanimi
ter in orõne cum mulieribꝰ ⁊ maria mr̃e ieſu et
fratribꝰ eiꝰ. Hoc diximꝰ: qꝛ tanto q̃ magna exi
ſtunt cautiꝰ tractãda ſunt: quãto ſpũalibus auto
ritatũ teſtimonijs nõ pñt ad liquidũ roborari.
Sed q̃dã ſcriptura ſancta veris indagationũ
ſtudijs q̃rẽda reliquit: q̃ nõ ſũt ſupflua eſtiman
da dũ vera indagatiõe fuerint patefacta. Fecũ-
da ẽ eni veritatis autoritas: ⁊ dũ diligenter di
ſcutiꝛ de ſe gignere qꝺ ipa ẽ cognoſciꝛ. Sepe. n.
diſcuſſa verã cõuenientiã pariet quã mãifeſtis
ſermonibꝰ abſcõdit. Et ſepe aptis ſermonibꝰ
inſinuat in qbꝰ nihil p̃ter id quod ſonat querẽ
dum inuitat. Ut ẽ illud qꝺ abraaʒ genuit iſaac
iſaac genuit iacob: iacob genuit iudã ⁊ fratres
eius: ⁊ cetera talia in qbꝰ ſola tenẽda ẽ littera.
Quedã ãt ſi cõmẽdat: vt pariꝛ lr̃am ⁊ miſticuʒ
intellectũ inſinuet: vt i trãſitu maris rubri: mã
na celeſti: ⁊ tabernaculo dei: atqꝫ archa teſta-
menti. vbi futuroꝝ figura baptiſmi. ſ. xp̃i ⁊ ec-
cleſie oſtenſa ẽ prerogatiua. Quedã tñ miſtice
vt cũ deũ dicit inſufflaſſe in faciẽ ade ſpiraculũ
vite: q tñ os ad ſpirãdũ nõ hꝫ: nec manꝰ ad ope
randũ: lꝫ dicat ꝓpheta: Manꝰ tue dñe fecerũt
me: ⁊ plaſmauerũt me. Sũt ⁊ quedaʒ q̃ quãuis
cõmemorari ex toto omiſſa ſint: vera tñ ratiõe
credũtur: atqꝫ ipa conueniẽtia rei: quodãmodo
queadmodum dux ⁊ ꝑuia crediꝛ. Nihil. n. de
melchiſedech ſacerdotis dei excelſi iuſticia lo-
quiꝛ: cũ ipa p̃ceſſiſſe tante laudis merita cogno
ſcaꝛ. Nihil de helye ⁊ enoch poſtq̃ rapti ſũt vi
te felicitate cõmẽdat: cũctis ligde ſciẽtibus eos
beate viuere: quos dñs hinc in futuꝝ ſeruãdos
voluit rape. Quid ḡ de marie morte: qd de eiꝰ
aſſumptiõe dicẽdũ ẽ: vñ diuina ſcriptura nihil
cõmemorat: niſi q̃rẽdũ rõe qꝺ cõueniat verita-
ti: fiatqꝫ ipa veritas autoritas: ſine qua neceſſe
ẽ nec valet autoritas. Memores eni cõditõis
humane: mortẽ illã ſubiſſe tpalẽ dicere nõ me-
tuimꝰ: quã idẽ certe eiꝰ filius: q deus ⁊ hõ ẽ lege
ſortis humane ſuſtinuit: ⁊ hꝫ qꝛ hõ de eius ſuſce

ptus ⁊ ꝓfusus ē vtero. Sz si dicim⁹ cā mortis
teneri vinculis: ⁊ resolutaz in cōem putredinē
vermē ac cinerē: deliberādū ē si h cōueniat tan
te scitati: tante aule dei ꝓrogatiue. Scim⁹ eniz
dictū primo parēti: q: puluis es ⁊ in puluerem
ibis. Qd si de morte dr̄ generalis ē snīa: si de re
solutione in puluerē: hanc quodāmodo xp̄i caro
euasit: de carne marie sūpta q̄ corruptionē non
sustinuit. De h.n. scriptū ē p ꝓphetā dicentez:
Qm̄ nō derelinques aiam meā i iferno: nec da
bis scm̄ tuū videre corruptiōem. De quo autē
sancto dictū sit archāgelus ꝓdidit q ad mariaz
ait: Et qd nasceꝛ ex te scm̄ vocabiꝛ filius dei.
Et vere scm̄ ⁊ sanctuz sanctoꝝ. vn̄ ⁊ illa sancta
sanctoꝝ dicūtur q̄ illa ꝑuabāt: qbus ille figura
baꝛ: q veraciꝛ solus sanct⁹ scōꝝ dr̄. Hic.n.ē de
quo idē archāgel⁹ gabriel danieli loqꝛ int̄ cete
ra q̄ futura oñdit dicēs. Et ipleaꝛ visio ⁊ ꝓphe
tia: ⁊ vngaꝛ scūs scōꝝ. Hinc.n. scūs corruptōez
nō vidit: q tertia die cū triūpho de inferis redi
ens resurrexit. Caro ei⁹ q̄ de maria sumpta ē: ⁊
si mortua ē ex ifirmitate: reuixit ex dei virtute.
Sz h ille: q qn̄ voluit mori: qn̄ voluit resurgere
potuit. Excipiꝛ ḡ ab illa generali snīa de virgīe
sumpta natura. Qd si nō marie congruit: con
gruit tn̄ filio quez genuit Jesu. vocabulū iesum
gl'iosissimūz: oī ornatu cultuqꝫ dignissimum: no
mē qd ē sup oē nomē: nō decuit ab hoīb⁹ appel
lari: neqꝫ ab eis efferri in mūdū: sz ab excellētio
ri q̄dā maioriqꝫ natura. Post hec q̄ ade dicta
sunt de qb⁹ excipiꝛ marie filius cōtuēda sūt que
ēt eue dicta sunt: si cūctis feminis sint genera
lia: ⁊ si in aliquo excipiꝛ maria. Scriptū qppe ē
Mulieri quoqꝫ dixit de⁹. Multiplicabo erum
nas tuas: ⁊ cōcept⁹ tuos: in dolore paries filios
⁊ sub viri ptāte eris: ⁊ ipē dn̄abiꝛ tui. Erumnā
maria sustinuit cui⁹ aiam gladius passionis xp̄i
ptrāsiuit. Sz cōceptus nō multiplicauit: nec sub
viri.i. mariti ptāte deguit: q̄ itegerrimis visce
ribus de spū sancto xp̄m suscepit: ⁊ virginitatis
integritate manēte virgo ꝑmāsit: quem q: sine
peccati collusione: ⁊ sine virilis admixtiōis de
trimento suscepit: sine dolore genuit: ⁊ sine ite
gritatis violatiōe: pudore virginitatis itegra
ꝑmāsit. Hoc enim potuit efficere de mr̄e: q: sic
de⁹ elegit nasci de hoīe. Maria ergo ⁊ si cōicat
erūnis eue: nō cōicat parturiendo cum dolore.
Promeruit eni h singularis sanctitas eius: et
singularis gr̄a. q: susceptione dei singulariter
extimanda ē digna: Non immerito ḡ excipitur
a quibusdaz generalibus vera estimatiōe quā
tanta ꝑuat gr̄a: ⁊ attollit dignitatis prerogatiua
Quantū eni xp̄i potestas possit mūdi ostendit
vniuersitas: quantū gr̄a: marie monstrat itegri
tas. Que sicut diuersa est a natura: ita diuersa ē

ab vsu. Quid ergo si in tanta diuersitate eam
dicimus humane sortis mortez subijsse: nec tn̄
eius vinculis retineri: per quā deus voluit na
sci: ⁊ carnis substantie cōmunicare. Nunqd im
pium erit? Scimus enim iesum oia posse: qui
de seipso ait: Data est mihi omnis potestas in
celo ⁊ in terra. Si ergo voluit integrum marie
virginitatis seruare pudorem: cur non velit in
corruptam a putredinis seruare fetore? Dicat
qui cognouit sensum domini: ⁊ qui consiliarius
eius fuit. Nunquid non pertinet ad benignita
tem domini matris seruare honorem: qui legē
non soluere venerat: sed adimplere. Lex enim
sicut honorem matris precipit: ita inhonoratio
nem damuat. Qui enim in vita pre ceteris il
lam gratia sui conceptus honorauit: pium ē cre
dere singulari saluatione eam in morte a specia
li gratia honorasse. Potuit enim eam a putredi
ne ⁊ puluere alienam facere: qui ex ea nascens
potuit virginem relinquere. Putredo nanqꝫ ⁊
vermis humane est opprobrium conditionis:
a quo opprobrio cū iesus sit alienus natura ma
rie excipitur: quam iesus de ea suscepisse ꝓba
tur. Caro enim iesu caro est marie: ⁊ multo spe
cialius q̄ȝ ioseph inde ceterorumqꝫ fratrū eius
quibus dicebat: Frater enim ⁊ caro nostra est.
Caro enim christi quamuis gloria resurrectio
nis fuerit magnificata: ⁊ potēter super omnes
celos ascensione glorificata: eadem tamen car
nis mansit ⁊ manet natura: que suscepta est de
maria. Ipse enim est qui conceptus genitus at
qꝫ a mortuis suscitatus est per gloriaz patris si
cut ꝑfecto ipē testatur post resurrectionem quā
do apostolus dicit: Uidete manus meas ⁊ pe
des meos: quia ego ipse sum. Quid enim ē: ego
ipē sum nisi quia alter non sum q̄ȝ qui tunc erā
quando passus sum. Et hoc siquidem cognosce
re potestis: qui in manibus ⁊ pedibus meis cla
uorum signa clare videtis. Ipē ergo idemqꝫ ce
los ascendit ⁊ carnem quam de matre suscepit
super astra transuexit: honorans omnem hu
manam naturam: ⁊ multo magis maternam.
Si igitur natura matris est filius: conueniens
ē: vt sit ⁊ filij mater: nō quātū pertinet ad equā
administrationem: sed quantuz pertinet ad eā
dem reciprocam substantiam: vt homo de ho
mine caro de carne: mater a filio: filius a mr̄e: nō
ad vnitatē ꝑsone: sz ad vnitatē corꝑalis nature
⁊ substātie. Si.n. vnitatē pōt facere gr̄a sine ꝓ
prietate spūalis nature: quāto magis vbi gr̄e vni
tas ⁊ corꝑis ē spūalis natiuitas? Unitas namqꝫ
gr̄e ē vt discipuloꝝ i xp̄o: de qbus ipē dixit: Pa
ter sancte ꝑua eos in noīe tuo quos dedisti mihi
vt sint vnū sicut ⁊ nos. Et iterum de oib⁹ iustis
Non ꝓ his aūt rogo tantum: sed ⁊ pro his q cre

dituri sunt ꝑ verbũ eoꝝ ĩ me: vt oẽs vnũ sint:
sicut ⁊ tu pater in me: ⁊ ego in te: hoc ẽ vt ipsi
sint per grãm quod nos sumꝰ ꝑ diuitatez. Hec
quippe grẽ vnitas q̃ cũctis ĩ xp̃m credẽtibus
seruatur: si marie ẽt minꝰ sapientium estimatio
ne nõ tollitur. quanto magis cuz gratie vnitate
ip̃a sp̃ãlitas nature vnũ efficit mr̃ez ⁊ filiũ: ⁊ filiũ
⁊ matrem. Uidendũ ẽ etiam quid de his quos
secum ꝑ grãm vnum eẽ voluit: cõsequẽter ad-
iunxit. Ait eni. Pater quos dedisti mihi volo
vt vbi sum ego ⁊ illi sint me cũ: vt videant cla
ritatẽ quã dedisti mihi. O magnaz ⁊ ĩnestima
bilem bonitatẽ dei: qui habere secũ suos ĩ glĩa
vult: vt sua claritate fruãtur: qui hic sua fide iũ
cti: vnũ cum eo eẽ digni indicãtur. Si igiꝛ eos
secum habere vult: ⁊ hoc põt qui oĩa põt: quid
estimandũ ẽ de matre: vbi digna sit haberi nisi
in presentia filij? Quantũ igiꝛ contueor: quãtuz
intelligo: quãtũ credo. marie aĩa claritate frui-
tur xp̃i: ⁊ gloriosis cõspectibus eũ semper vide-
re sitiens: ⁊ semper cõspiciens: dñ inestimabili
ter pasciꝛ excellentiori quadã: specialiq3 p̃roga
tiua a filio honoraꝛ. possidẽs in xp̃o corpus suũ
quod genuit: clarificatũ in dextera p̃ris: ⁊ si nõ
suum ꝑ qđ genuit: tñ suũ qđ genuit. Et q̃re non
suum ꝑ quod genuit? Si nõ obniauerit nec dnz
ꝑspecta auctoritas: vere credo ⁊ ꝑ quod genuit
q: tãta sanctificatio dignior celo ẽ q̃3 terra: thro
num dei: thalamũ dñi: domũ atq3 tabernaculũ
xp̃i dignũ ẽ ibi eẽ vbi ip̃e ẽ. Tam p̃ciosum the-
saurum dignꝰ ẽ celo seruari q̃3 terra. Tantã ite
gritatem merito incorruptibilitas: nõ putredi-
nis aliqua resolutio sequiꝛ. Istud ergo sacratis-
simum corpus de quo xp̃us carnẽ assumpsit: ⁊
diuinam naturã humane vniuit: nõ amittens
qđ erat: sed assumẽs qđ nõ erat: vt verbum ca
ro. hoc ẽ: deus homo fieret: escam vermibꝰ tra-
ditum: quia sentire non valeo: dicere ꝑtimesco
in cõmuni sorte putredinis futurũ de vermibꝰ
puluerem De quo si nihil altiꝰ sentirẽ: q̃3 de ꝓ
prio: nihil dicerem nisi quẽadmodũ de ꝓprio.
Quod absq3 vlla ambiguitate soluendũ ẽ ĩ mor
tem: post mortẽ ẽ futuꝝ putredo. post putredi-
nem vermis: post vermẽ vt dignũ ẽ abiectissi-
mus puluis. Quod de maria nõ videtur cõsen
tibile nec estimabile: q: estimationem ꝑculpel
lit incõparabilis grẽ munꝰ. Qđ me dicere mul-
tarũ cõsideratio reꝝ inuitat: quaꝝ ⁊ quedã illa
ẽ quã suis alibi ministris ip̃a veritas ait. Qui
mihi ministrat me sequatur: ⁊ vbi ego sum ibi
⁊ minister meꝰ erit. Si. n. hec ẽ generalis sen-
tentia oĩum ꝑ fidem ⁊ bonam op̃ationẽ christo
ministrantiuz: quanto magis quodãmõ ⁊ spe-
cialiter ẽ marie. Mariã nãq3 opis exhibitione
⁊ fidei rigidissima veritate ministrã christi fuis-
se oĩs qui sane sapit intelligit. Absq3 dubio en
ope ministratrix extitit: que hũc in vtero gessit:
partu perfusum aluit ⁊ fouit: atq3 vt euãgelium
ait: in p̃sepio reclinauit: ⁊ a facie herodis ĩ egy-
ptũ fugiẽs abscondit: ⁊ oẽm infantiã eius pro
matris effectu ita ꝓsecuta ẽ: ⁊ vsq3 ad crucez in
qua filiũ iam viꝝ ꝑfectũ vidit pendentem ab
eiꝰ indubitãter nõ recesserit cõsectatu nõ soluz
gressibꝰ pedũ tanq̃3 ꝓ reuerentia dei verum ẽt
imitationis affectu. Maria g̊ ministratrix xp̃i
sp̃ũaliũ operuz qualitatibus sicut deuotissima
extitit: ita absq3 dubio religionis fide. i. vere
credulitatis charitate secutrix fuit. Non enim
potuit nisi diuinitatis eiꝰ eẽ credula: que se no-
uerat hunc nõ virili semine ẜm ordinem natu-
re: sed diuino spiramine nũciante archangelo cõ
cepisse: vidẽs semꝑ famulãtiũ angeloꝝ adesse
frequentiam vt cõcipiendo ⁊ nato: qñ videlicz
facta ẽ cum angelo multitudo celestis exercitꝰ
clamantiũ ⁊ dicentiũ. Glĩa in altissimis deo: et
in terra pax hoĩbus bone voluntatibꝰ: ⁊ in egy
ptum fugituro: atq3 inde iterũ redituro: quibꝰ li
quide cognoscere potuit: q: talia obsequia non
nisi deũ decuerant. Unde ⁊ stelle annũciatio et
magoꝝ de longinquis ꝑtibꝰ insperata adductio
q̃3 maximũ illi extitit indiciũ veritatis. Simi
liter simeonis atq3 anne ꝓphetali dignitate in-
solitus ceteris ⁊ huic specialis occursus. Que
oĩa ꝑfecto maria cõseruans his cunctis altius
ad fidem roborata: pio corde cõferebat intãtũ
vt oĩo nõ nutabunda: sed certa de filij ꝑtãte: tã
quã de dei vera virtute: deficiẽte in nuptijs vi
no dixerit: vinũ non habẽt: sciens plane ꝯ illuz
potuisse: ꝙ eum mox contingit diuino miracu-
lo compleuisse. Ecce igiꝛ maria fide ⁊ ope xp̃i
administratrix: ⁊ deuota vsq3 ad eius mortem
secutrix: nõ plus gressu q̃3 imitationis affectu:
vt credendũ ẽ. si ibi nõ fuerit: vbi xp̃s mistros
suos vult esse. vbi g̊ erit: ⁊ si ibi erit: nunqd eq̃li
grã? ⁊ si equali grã: vbi equa dei cẽsura que vni
cuiq3 reddit ẜm sua merita. si ergo merito ma-
rie viuẽti p̃ oĩbus donata ẽ grã mortue erit mi
nuenda: absit. Quia si oĩum sanctoꝝ mors ẽ p̃-
ciosa: marie sane ẽ p̃ciosissima: quã tanta comi-
tata est grã: vt maꝛ dei dicaꝛ ⁊ sit. Cõsideratis
igiꝛ his vniuersis vera rõne cũsitendum cẽseo
mariã in xp̃o ⁊ apud xp̃m eẽ in christo: q: in ip̃o
viuimꝰ mouemur ⁊ sumꝰ: apud xp̃z gloriose ad
eternitatis gaudia assumptaz: benignitate xp̃i
honoratiꝰ susceptam ceteris: quã hic grã hono-
rauit p̃ ceteris: atq3 ad cõem humilitatẽ non eẽ
adductã post mortẽ: putredinis videlicet ⁊ ver
mis ⁊ pulueris: q̃ suũ ⁊ oĩum genuit saluatorem
In cuiꝰ si ꝑtãte ẽ sanctoꝝ đ capite capillũ nõ pe
rire ẽ ⁊ illã aĩa ⁊ corpe integram posse seruare.

De cuius ptãte si nullus dubitet eccl'iasticorũ
quin possit matrẽ sine corruptione in ppetuũ
suare: cur dubitãdũ ẽ: voluisse qd attinet ad tã
te benignitatis grã. Si elegit dĩna voluntas
sola grã int crepitãtes vehemẽtiũ igniũ flãmas
nõ solũ puerorũ corpa suare illesa: verũ ꝛ ipsa ve
stimenta seruare inusta: cur abnuat in matre p-
pria qd elegit in veste aliena. Jonam seruare i
vẽtre ceti pter naturalẽ vsum voluit incorru-
ptũ sola misicordia: mariã incorruptã pter na
turam nõ seruabit grã. Seruat9 ẽ daniel ab in-
tpatissima fame leonũ: nõ seruãda ẽ maria tãtis
dotata meritis dignitatũ: Hec zcta q̃ dixim9
qꝛ naturã nõ seruasse cognoscim9: in marie ite-
gritate plus potuisse grãz q̃3 nãm nõ dubitam9
Diuinitatis.n.sũt opa q̃ dicimus. ꝛ iõ possibilia
qꝛ sũt ab oĩpotentia. Xpus ãt dei virtus ẽ ꝛ dei
sapiẽtia. cui9 oĩa q̃ pris sũt: sua sũt: vt velle. vel
le ãt oĩa que sũt iusta ꝛ digna. Sic p h' digne vi
detur letari mariã leticiã inenarrabili aĩa ꝛ cor
pore: in pprio filio: cũ pprio filio. p ppriũ filium
nec vllã sequi debere corruptiõis erũnam quã
nulla secuta ẽ tñ filium pariẽdo itegritatis cor-
ruptio: vt sit sp incorrupta quã tãta pfudit grã:
sit integralit viuẽs: q̃ oĩum integrã pfectãq3 ge
nuit vitã: sit cũ illo quem in suo gessit vtero: sit
apud illum illa q̃ genuit fouit ꝛ aluit illum: ma
ria dei genitrix dei nutrix dei mĩstratrix ꝛ dei se
cutrix: de q̃ vt iam dixi: qꝛ alit sentire nõ audeo
alit dicere nõ presumo. Suscipiat igit hũc sensũ
fraterna charitas quẽ spũssanct9 ĩspirauit. Oñ-
sa sunt ex pte que taliter hortata sũt me dicere.
Si qs aũt refragare his elegerit: cũ dicere non
velit h' nõ posse xpm: pferat q̃re nõ conueniat
velle ac per h' nõ eẽ. Et cũ se veracit cõsilium
dei de his nosce manifestauerit: incipiã crede-
re: de quib9 aliter nõ possum sentire. Mirabor
illum altitudinẽ cõsilij diuini inuestigasse: quãz
me cum apostolo digna reuerentia videor de-
bere admirari dicente: O altitudo diuiciarum
sapientie ꝛ scientie dei q̃3 incomprehẽsibilia sũt
iudicia eius ꝛ inuestigabiles vie eius. Et quia
sm eundem apostolum ex parte cognoscimus:
ꝛ ex parte prophetamus: dixi de his: ꝛ si nõ quã
tum ẽ: tamen queãdmodum me dicere debuis
se credidi. si ergo vera sunt que scripsi: tibi gra-
tias ago christe: quia de sancta virgine matre
tua nisi quod pium dignũ ꝛ iustũ ẽ sentire nõ po
tui. Si ergo dixi vt debui approba christe tu
ꝛ tui. si aũt non vt debui ignosce obsecro tu ꝛ tui
Qui cum deo patre ꝛ spũsancto viuis ꝛ regnas
per omnia secula seculorum. Amen.

Diui augustini hipponensis episcopi de diui
natione demonum contra paganos Liber in
cipit.

Quadam die in diebus sãctis
octauarũ: cũ mane apud me ades
sent multi fratres laici christiani
ꝛ in loco solito cõsedissem9: ort9
ẽ sermo de religione xpiana ad-
uersus presumptiõem ꝛ tanq̃3 mirã ꝛ magnam
scientiã paganorũ: quẽ recordatũ atq3 cõpletum
lrĩs mãdãdũ putaui: nõ exp̃ssis psonis zdicẽtiũ
quãuis xpiani eẽnt ꝛ magis zdicẽdo q̃rere vide
rent. qd paganis rñderi oporteret. Cũ g' de di-
uinatiõe demonũ q̃reret: ꝛ affirmaret predixis
se nescio quẽ euersionẽ tẽpli serapis: q̃ in alexã
dria fcã ẽ: rñdi nõ eẽ mirandũ: si istã euersionẽ
tẽpli: simulacris suis iminere demões ꝛ scire ꝛ
pdicere potuerunt: sicut alia multa quãtum eis
nosce ꝛ pnũciare pmittit. Et cũ mihi referret:
nõ g' sũt male diuinatiões hmõi nec deo displi
cent: aliogn oĩpotens ꝛ iust9 ista fieri nõ pmitte
ret si mala ꝛ iniusta eẽnt. Rñdi: nõ iõ hec vide-
ri iusta debere: q ea sineret fieri oĩpotentissim9
ꝛ iustissim9 deus. Nã ꝛ alia multa manifestissi
me iniusta fieri: sicut homicidia: adulteria: fur-
ta: rapinas: ꝛ cetera hmõi: q̃ q̃3uis iusto deo eo
q iniusta sint sine dubitatiõe displiceant. idẽ tñ
oĩpotẽs ea fieri certa iudicij sui rõne pmittit: ñ
vtiq3 ĩpune: s3 ad eorũ dãnatõez a qbus fiunt q̃
displicẽt iusto. Et cũ ecõtrario diceret nõ qdẽ
eẽ dubitandũ q oĩpotens ꝛ iustus sit de9: s3 hec
humana pctã q̃ cõtra societatẽ hoĩum fierẽt nõ
eũ curare dũ fierẽt: ppterea ea posse fieri: q̃ vti
q3 fieri nõ possent: si oĩpotẽs nõ fuisset. Jlla ve
ro q̃ ad ipm religionis cultũ ptineãt: nullo mõ
ab eodem credendũ eẽ cõtemni: ac p h' fieri non
potuisse nisi ei placuissent: ꝛ iõ ea mala putare ñ
oportere. Ad hoc quoq3 rñdi. Nunc ergo ei di-
splicent: cũ templa ꝛ simulacra euertuntur: ꝛ il-
la gentium sacrificia si facta fuerint puniuntur.
Sicut enim dr̃: nõ ea fieri potuisse nisi deo pla
cuissent: ꝛ ideo bona putanda: qñ iusto placẽt
ita dici põt: nõ ea phiberi euerti puniri potuis
se nisi deo displicerent: ac per hoc si tunc iõ re-
cte fiebant: qꝛ iusto deo placere hinc ostendebã
tur q ab illo fieri sinebãtur: ideo nunc inique fi-
unt: qꝛ deo displicere hinc ostenduntur q ea vl'
iubet vel permittit euerti. Contra hoc dcm̃ est
Jniusta quidem esse nunc ista: non tamen ma-
la. Et ideo iniusta: qꝛ contra leges quibus pro
hibentur fiunt: ideo autẽ nõ mala: quia si mala
essent: nunq̃3 deo vtiq3 placuissent: porro si nũ
quã placuissent: nunquã ꝛ facta essent: illo nõ si-
nente qui oĩa potest. ꝛ qui talia nõ contemneret
quando tam magna sunt: vt contra ipsum reli-
gionem qua deus colitur fierent. Hic ego: si p-
pterea inquãz mala non sunt: quia deo placere

hinc ꝓbant̄: q꞉ ea fieri sinit oīpotēs: qm̄o erit bo
num qđ fieri ꝓhibent̄ ⁊ euertunt̄. Si āt bonuꝫ
nō ē ꝙ euertūtur q̄ deo placēt. h̄ fieri nō fineret
oīpotens: q꞉ ⁊ h̄ cōtra religionē fit q̄ colit̄ deus
si ea q̄ deo placēt ab hoīb⁹ euertūt̄. Si aūt hoc
cū male fiat ꝑmittit oīpotēs: nō iđ putanda sūt
illa bona ꝙ ea fieri permisit oīpotēs. Dictū cō-
tra ē cōcedēdū eē nūc ista recte non fieri: imo iđ
ꝓrsus iā nō fieri ꝙ oīpotēti nūc displicēt. verū
tamē placuisse cū fierent. Nos. n. nescire vnde
tūc placuerint. nūc āt vñ displiceant: dū tñ cer-
tum sit: nec tūc fieri potuisse nisi placuissent oī-
potēti: nec nūc cessasse: nisi displicuissent oīpotē
ti. Ad h̄ ego. Cur ḡ inquā ⁊ nūc talia clāculo fi-
unt: q̄ vel ꝑpetuo delitescūt: vel deꝓhensa pu-
niunt̄: si nihil hoꝝ fieri sinit oīpotēs: nisi qđ ei
iusto placet: cū iusto qđ iniustū ē placere nō pos
sit: Cōtra h̄ dcm̄: ē nō oīo talia nō fieri. Sacra
eni illa inquit nō fiunt q̄ pōtificalib⁹ conscripta
sunt libris. Ea qppe tūc recte fiebāt: ea tūc deo
placere demōstrabātur coīpo ꝙ ab oīpotēte ac
iusto fieri sinebant̄. Si qđ āt nunc ꝓhibitoꝝ sa
crificioꝝ fit occulte atꝗ illicite: nō ē illi pontifi
cali sacrificioꝝ gñe cōparādū. sed in eo deputā
dum qđ ēt nocturno fit tpe: cū hec oīa licita ipis
pōtificalib⁹ libris certū sit ꝓhiberi atꝗ dānari
Hic rñdi. Cur ḡ vl' talia ꝑmittit deus fieri: si ni
hil hoꝝ malefactoꝝ cōtēnit q̄ ꝯ religionē fiunt
cū ꝑsertim hec eū curare hinc ēt cogant̄ cōcede
re qui pontificales libros magni estimāt: ꝙ ea
q̄ his libris ꝓhibent̄ vtiꝗ ꝓhiberi diuinit⁹ as-
serūt. Quō ḡ diuinit⁹ ꝓhibētur: nisi q꞉ displicēt
deo: q̄ vtiꝗ ꝓhibēdo nō solū sibi displicere: ve-
rūēt curare se ōndit: neꝗ oīo cōtemnere. Jn̄
colligit̄ ꝙ deus aliqđ ⁊ improbet iustus: ⁊ tñ ꝑ-
mittit oīpotēs. Hec cum dicta eēnt: cōcessum ē
nō iđ putandū aliqđ iuste ac bñ fieri: q꞉ hoc oī-
potens quāuis ei displiceat: fieri tñ sinit: fatēdū
qꝫ eē ēt illa mala: q̄ ꝯ religionē q̄ colitur de⁹ fi-
unt: ⁊ displicere deo iusto: ⁊ rōne iudicij ei⁹ ab
oīpotēte ꝑmitti. Sed aliud iam eē tractandum
vñ sint diuinatiōes vel demonū: vel quilibet
illi sint quos deos pagani vocant. Uidendū. n.
eē ne forte nō quidē ꝓpterea hec bona putanda
sint: q꞉ ea fieri ꝑmittit oīpotēs: sꝫ iđ q꞉ tam ma
gna sūt: vt nō nisi dei potētie tribuenda eē vide
ant̄. Ad hec me postea rñsuꝝ eē ꝓmisi: qm̄ tunc
hora ꝓdeundi ad ꝓplm̄ iā nos vrgebat: nec di-
stuli cū spaciū datum ē scribēdo ⁊ illa retexere ⁊
ista subtexere. Demonuꝫ ea ē natura vt aerei
corpis sensu terrenoꝝ corpoꝝ sensuꝫ facile p̄ce-
dant. celeritate ēt ꝓp eiusdē aerei corpis supio-
rem mobilitatē: non solū cursus quorūlibet ho
minū vel feraꝝ: veꝝ ēt volat⁹ auiuꝫ incōpara-
biliter vincāt. Quibus duabus rebus quātuꝫ
ad aereum corpus attinet prediti: hoc ē acrimo

nia sensus ⁊ celeritate motus multa añ cognita
p̄nunciant: vel nūciant' q̄ hoīes ꝑ sensus terreni
tarditate mirent̄. Accessit ēt demonib⁹ per taꝫ
longū tp̄s quo eoꝝ vita ꝓtenditur reꝝ lōge ma
ior experientia: q̄ꝫ pōt hoībus ꝓp breuitateꝫ vi
te ꝓuenire. Per has efficacias: quas aerei cor
poris nā sortita ē. nō solū multa futura p̄dicunt
demones: uerū ēt multa mira faciunt. Que qm̄
hoīes dicere ac facere nō p̄nt: eos dignos qdaꝫ
quibus seruiant: ⁊ quibus diuinos honores de
ferant arbitrant̄. instigante maxime vicio curi
ositatis ꝓp amorem felicitatis false atꝗ terrene
⁊ excellentie tp̄alis. Qui aūt se ab his cupidita-
tib⁹ mundāt: nec eis se fallēdos capiēdosꝗ ꝑ-
mittūt: sꝫ inquirūt ⁊ amant aliquid quod eodē
mō semꝑ ē: cuius ꝑticipatione beati sint. primo
cōsiderant nō ideo sibi p̄ponendos eē demōes
ꝙ acriore sensu corporis p̄ualent: acris. s. hoc ē
subtilioris elemēti: q꞉ nec ipis terrenis corpo-
rib⁹ bestias sibi preponendas putant: que acri⁹
multa presentiūt: velut sagacē canē: q꞉ latēteꝫ
ferā olfactu acerrimo sic inuenit: vt ad eā capi
endam ducatū quēdā hoī prebeat: nō vtiꝗ pru
dentiore intellectu animi: sꝫ acutiore corpis sē
su vel vulturē. q꞉ ꝓiecto cadauere ex improui-
sa lōginquitate aduolat. nec aquilā: q꞉ sublimi-
ter volans de tanto interuallo sub fluctib⁹ natā-
teꝫ piscē dr̄ ꝑuidere: ⁊ grauiter aquis illisa exer
tis pedib⁹ atꝗ vnguib⁹ rapere. Nec alia mul-
ta animātiū genera: que inter herbas saluti sue
noxias pascendo circū errant: nec alquid eoruꝫ
quo ledantur attingunt. cū eas hō vix experien
do cauere didicerit. ⁊ multa innoxia ꝙ sint ī ex-
perta formidet. Unde cōijcere facile ē quanto
possit in aereis corpibus sensus acrior eēt. nec
iđ tñ demones q eo p̄diti sunt bonis hoīb⁹ pre-
ponēdos: prudens quisꝗ censuerit. Hoc ⁊ de
corpoꝝ celeritate dixerā. Et hac eni prestantia
nō solū a volucrib⁹ hoīes: verūēt a multis qua
drupedib⁹ ita superantur: vt in eoꝝ comparati
one plumbei deputandi sint. Nec tñ iđ sibi ani
mantiū genera existimant preponēda: quibus
capiendis ⁊ mansuefaciendis. atꝗ in sue volū
tatis vsum commodūꝗ redigendis: non vi cor
poris: sed rōnis imperitant. Jllā vero tertiam
demonū potentiam: ꝙ diuturna reꝝ experiētia
quemadmodū prenoscant atꝗ prenūciēt mul-
ta didicerunt: ita contēnunt qui hec vigilāter
curant a verissime lucis veritate discernere vt
nec malos senes plura expertos: ⁊ ob hoc qua-
si doctiores: ideo probi adolescentes sibi ante-
cellere existiment: nec medicos nec nautas nec
agricolas: quos praue voluntatis ⁊ iniqui smo
ribus viderint: ideo sibi putent esse preferēdos
ꝙ illi de valitudinibus: illi de tempestatibus:
illi de arbustoꝝ frugūꝗ generib⁹ multa ita p̄nū-

ciāt: vt haꝝ reꝝ in expto diuinare videant̃. Nõ ꝟo nõ solū demones q̄dā futura p̄dicūt. veꝝ ēt q̄daꝫ mira faciunt: ꝓ ipsa vtiqꝫ sui corporis excellentia: cur non contemnatur a prudentibus cum pleriqꝫ iniqui ac perditi hoīes ita exerceant corpora sua: tātaqꝫ diuersis artibꝰ agere possint: vt ea qui hec nesciunt: nec aliquando viderunt. etiam narrata vix credant: q̄ꝫ multa funabuli ceteriqꝫ theatrici artifices: q̄ꝫ multa opifices: maximeqꝫ mechanici miranda fecerunt: num ideo meliores sunt bonis ⁊ sancta pietate predictis hominibus. Que ideo cōmemoraui vt qui hec sine peruicacia ⁊ sine vana resistendi aīositate ꝯsiderat: sil' cogitet: si de subiacēte crassiore mā vl' sui q̄sq̄s corporis vel terre ⁊ aq̄ lapidū atqꝫ lignoꝝ metallorūqꝫ varioꝝ tāta q̄dā hoīes pn̄t vt eos illi q̄ hec nō pn̄t plerūqꝫ stupēdo in sui cōparatōe diuinos vocēt: cum quidam illorum sint artibus potentiores: q̄dā istorum moribꝰ meliores: q̄ꝫta maiora ⁊ mirabiliora ꝓ subtilissimi corporis: hoc ē aerei facultate facilitate demones possint. cum tñ sint voluntatis prauitate: maximeqꝫ superbie fastu ⁊ euidenti malicie spūs immundi atqꝫ ꝑuersi. Quātum autem valeat aeris elemētum: quo eorum corpora p̄ualent ad multa visibilia inuisibiliter molienda: mouenda: mutanda: atqꝫ versanda longum est nunc demōstrare: ⁊ puto ꝙ vel mediocriter consideranti facile occurrat. Que cuꝫ ita sint: primū sciendum ē: quoniam de diuinatione demonum questio est. illos ea plerunqꝫ prenunciare: que ipsi facturi sunt. Accipiunt enim sepe ꝑtātem ⁊ morbos immittere ⁊ ipm aerem viciando morbidum reddere: ⁊ ꝑuersis atqꝫ amatoribus terrenorum commodorū malefacta suadere: de quorum moribus certi sunt ꝙ sint eis talia suadentibus consensuri. Suadent autem miris ⁊ inuisibilibus modis per illam subtilitatem suorum corporuꝫ corpora hominū non sentientium penetrando: seseqꝫ cogitationibus eorum per quedam imaginaria visa miscendo: siue vigilantiū siue dormientium. Aliquando autem non que ipi faciunt: sꝫ q̄ naturalibꝰ signis futura prenoscunt: q̄ signa in hominū sensus venire nō pn̄t an̄ predicūt. Neqꝫ eni q2 p̄uidet medicꝰ qđ non p̄uidet eius artis ignarus: iđ iā diuinus h̄n̄dus ē. Quid āt miruꝫ si queādmodū ille in corpis humani seu ꝑturbata vel modificata tēperie seu bonas vel malas futuras p̄uidet valitudies: sic demō iaeris affectiōe atqꝫ ordinatiōe sibi nota: nobis ignota: futuras p̄uidet tēpestates. Aliq̄n ⁊ hoīuꝫ dispositiones nō solū voce prolatas: veꝝ ēt cogitatione conceptas cum signa quedam ex aīo exprimūtur in corpore: tota facilitate perdiscunt: atqꝫ hinc etiam multa futura prenūciant: alijs videlicet mira. qui ista disposita nō nouerunt. Sicut enim apparet concitatio animi motus in vultu. vt ab hominibus quoqꝫ aliquid forinsecus agnoscatur qđ intrinsecus agitur: ita non debet eē incredibile: si etiam leniores cogitationes dant aliqua signa per corpꝰ: que obtuso sensu hoīum cognosci nō pn̄t: acuto auteꝫ demonum pn̄t. Hac atqꝫ hmōi facultate multa dmones futura p̄nunciant: cū tñ ab eis longe sit altitudo illius ꝓphie quā deus per sāctos angelos suos ⁊ ꝓphas opatur. Nam si quid de illa dei dispositione p̄nūciant: audiunt vt prenūcient: ⁊ cū ea p̄dicūt que inde audiunt nō fallūt neqꝫ fallunt̃. Ueracissima enim sūt angelica ⁊ ꝓphetica oracula. Sic āt indignant̃ accipit̃: ꝙ aliq̄ etiam talia demones audiāt ⁊ p̄dicāt: q̄si aliq̄d indignum sit. vt qđ iđ dr̃ hoībus ⁊ innotescat: h̄ nō solum boni verūmēt mali nō taceāt: cum i ipis hominibus etiam vite bone precepta videamus pariter a iustis ꝑuisqꝫ cantari. Nec obesse aliquid: immo etiam prodesse ad maiorem noticiā famāqꝫ veritatis: cum de illa etiam hi quicquid nouerunt dicunt: qui ei ꝑuersis moribus contradicūt. In ceteris aūt p̄dicatiōibꝰ suis demones plerūqꝫ ⁊ fallunt ⁊ fallūtur. Fallunt̃ quidē. q2 cum suas dispositiones ꝓnunciāt ex improuiso desuper aliquid iubetur quod eorum consilia cuncta perturbet: velut si aliquid disponant quilibet homines quibuslibet ꝑtātibus subditi. quod nō ꝓhibituros suos prepositos arbitrātur: idqꝫ facturos se eē ꝓmittant. At illi penes quos maior ꝑtās ē: ex alio supiori cōsilio: h̄ totū dispositū atqꝫ p̄paratū repente ꝓhibeāt. Fallunt̃ ēt cū cāis nālibꝰ aliq̄: sicut medici aut naute aut agricole: sꝫ lōge acutiꝰ lōgeqꝫ p̄stātiꝰ ꝓ aerei corpis sensu solertiore ⁊ exercitatiore p̄noscūt: q2 ⁊ hec ab āgel' deo summo pie seruientibꝰ ex alia dispositōe ignota demōibꝰ ex iprouiso ac repēte mutāt̃: tāq̄ꝫ si egro aliq̄d extrīsecꝰ accedat quo moriat̃: quē medicꝰ veris salutis p̄cedē ibꝰ signis victuꝝ eē ꝓmisat. aut si aeris q̄litate p̄uisa diu flatuꝝ illū vētū nautaꝝ aliq̄ p̄dixissēt: cui dn̄s xp̄us cū discipl'is nauigās: vt quiesceret impauit: ⁊ fcā ē trāquillitas magna. vl' si agricola illo āno fructificaturā vitā aliq̄ꝫ polliceat̃. nā vtiqꝫ terre ⁊ nūero seminū callēs: quo tñ āno eā vl' iprouisa celi itempies arefaciat vl' aliq̄ iussio potētioris eradicet. Ita multa ēt ad p̄sciaꝫ p̄dictōemqꝫ demonū ꝑtinētia: q̄ minoribꝰ ⁊ visitatioribꝰ cāis futura p̄uidētur: eadē maioribꝰ ⁊ occultioribꝰ cāis īpedita mutantur. Fallunt autem etiam studio fallendi: ⁊ inuida voluntate: qua hoīuꝫ errore letant̃. Sed ne apud cultores suos pondus auctoritatis amittant id

agunt vt interp̄tibꝰ suis: signorūqꝫ suoꝝ cōiecto
ribus culpa tribuat̄: q̄n vel decepti fuerint vel
mētiti. Nōnunqꝫ vero ip̄i maligni sp̄ūs: ⁊ illu-
sores hoīum: atqꝫ īuisores salutis eoꝝ solent p̄-
dicere defectum culture sue ⁊ idoloꝝ ruinā. q̄-
tinus p̄scij videant̄ quod in singulis regnis aut
locis vētuꝝ sit: ⁊ qđ aduersi sue factioni ꝯtinge
re possit. qđ etiam illi q gētiliū historias legūt
nō ignorāt. Quid ergo mirū: si iam iminente tē-
plorum ⁊ simulacroꝝ euersione quā ꝓphete dei
summi tāto ante p̄dixerant. serapis demon ali-
cui cultoꝝ suoꝝ hoc de ꝓximo ꝓdidit: vt suā q̄si
diuinitatem recedens vel fugiēs cōmendaret.
Fugant̄. n. isti vel etiam iussis superioribꝰ colli-
gati abstrahunt̄ ⁊ alienant̄ a locis suis: vt de
rebus in qbus colebant̄ fiat volūtas dei: q hoc
tāto ante ꝑ oēs gētes futuꝝ esse p̄dixit: ⁊ vt ꝑ su
os fideles fieret iperauit. Cur aūt hoc nō sinere
tur demon p̄dicere: cū sibi iā p̄nosceret imine
re: cum hec p̄dictio ⁊ ꝓphetis attestaret̄: a qui
bus sunt ista cōscripta: ⁊ prudentibꝰ daret itelli
gi qꝫ vigilāter esset demonum cauēda fallacia:
cultusqꝫ fugiēdus: q cum ante tam ꝑ lōgū tp̄s
in templis suis hec futura tacuissēt: que ꝑ ꝓphe
tas p̄dicta ignorare nō possent: postea qꝫ appro
pinquare ceperūt voluerunt ea q̄si p̄dicere: ne
ignari victiqꝫ putarent̄. Cum igit̄ tam lōge an̄
p̄dictum esset atqꝫ cōscriptū: vt alia iterim tace
aꝫ illud qđ sophonias ꝓpha dicit. Preualebit
dn̄s aduersus eos: ⁊ exterminabit oēs deos gē-
tium terre: ⁊ adorabūt eū vnusqsqꝫ de loco suo:
oēs isule gētium. Aut nō credebāt ista sibi futu
ra: q in templis gētium colebant̄: ⁊ hoc ideo ꝑ
suos vates ac phanaticos frequētare noluerūt.
Sicut eoꝝ poeta iunonē iducit: nō omni modo
credentē q de turni morte iupiter dixerat. Iu-
no aūt ab istis ptās aerea p̄dicat̄: que apud vir
gilium sic loqtur. Nūc manet isontem grauis
exitus. aut ego veri. vana feror: qđ ⁊ vt potius
formidine falsa. Ludar. ⁊ in meliꝰ tua q potes
orsa reflectas. Aut ergo ista sibi que ꝑ ꝓphas p̄
dicta nouerāt posse accidere demones: hoc est
ptātes aeree: dubitabāt: ⁊ ꝓpterea p̄dictionē eo
rum celebrare noluerūt. ⁊ hinc itelligēdum est
q̄les sunt. Aut cū ea vētura certissime scirēt: iō
ꝑ sua templa tacuerūt: ne iam tūc inciperēt ab
hoībus itelligentibꝰ deseri atqꝫ cōtēni. quod de
tēplorum atqꝫ simulacroꝝ suoꝝ futura euersiōe
eis a ꝓphetis attestaret̄: q eos coli ꝓhibebant.
Nūc vero postea qꝫ tp̄s aduenit quo cōplerent̄
vaticinia ꝓphetaꝝ dei vniꝰ: q istos deos falsos
dicit: ⁊ ne colant̄ vehemētissime p̄cipit. cur nō
hoc etiam ip̄i cooptuꝫ p̄dicere sinerent̄ vt inde
clarius appareret eos hec antea vl' minime cre
didisse: vel suis cultoribꝰ enūciare timuisse. in fi
ne aūt tanqꝫ nihil hn̄tes ampliꝰ quod agerent:
etiam ibi voluisse suam ostētare diuinitatē vbi
iam ꝓducunt̄ diu simulasse diuinationem. Qđ
aūt dicūt reliq eoꝝ cultores etiam suoꝝ qbus-
dam libris hec p̄cognita cōtineri: qꝫqꝫ ex rebus
ipletis ꝯfecta putanda sint: que in eoꝝ templis
tam lōgo antea tp̄e populis eoꝝ si vera essent i-
notescere debuerūt sicut nostra. nō solū in eccle
sijs nostris: verūetiā qđ ad grauiꝰ testimoniū
cōtra oēs inimicos valet: in iudeoꝝ synagogis
antiqssima ⁊ notissima recitant̄. tn̄ nec ista ipsa
q̄ ab eis vix raro ⁊ clāculo ꝓferunt̄ mouere nos
debēt si cuiqꝫ demonū extortum ē id ꝓdere cul
toribus suis qđ didicerat ex eloquijs ꝓphetaꝝ
vel ex oraculis angeloꝝ. Qđ cur nō fieret: cum
⁊ ista nō sit oppugnatio: sed attestatio veritatis
Illud. n. quod solū ab ip̄is fanaticis flagitāduꝫ
ē: nec vnqꝫ antea ꝓtulerūt: nec vnqꝫ postea: nisi
forte ꝯfictū ꝓferre conabunt̄ aliqd deos suos ꝑ
vates suos cōtra deū israel ausos fuisse ꝓdere
aut dicere. De quo deo doctissimi eoꝝ aucto-
res: q oīa illa legere ac nosce potuerūt magis q̄
sierūt qs deꝰ esset: qꝫ deū negere potuerūt. Por
ro aūt deꝰ iste quem nullus eoꝝ negare ausus ē
veꝝ deum. q: ⁊ si negaret: nō solū subiaceret de
bitis penis verūetiam certis cōuinceret̄ effecti
bus. Iste ergo deꝰ queꝫ nemo: vt dixi: illoꝝ au-
sus ē negare veꝝ deum. illos falsos esse deos ⁊
oīno deserēdos. eorūqꝫ tēpla ⁊ simulachra ⁊ sa-
cra euertēda ꝑ suos vates: h̄ ē ꝓphetas apta de
nūciatione p̄dixit: apta ptāte p̄cepit: apta verita
te cōpleuit. Unde qs vsqꝫ adeo desipiat: q non
potiꝰ eum colēdum eligat: quē coli nō ꝓhibent
quos ⁊ colebat. Quē ꝓculdubio cum colere ce-
perit: illos vtiqꝫ nō ē culturus: quos ꝓhibet co-
li quē colit. Qđ aūt ip̄m essent cultu gētes exter
minatis dijs falsis: quos antea colebāt: a ꝓphe
tis eiꝰ esse p̄dictum pauloante cōmemoraui: ⁊
nūc repeto. Preualebit ingt dn̄s aduersus eos
⁊ exterminabit oēs deos gētiuꝫ t̄re. ⁊ adorabūt
eū vnusqsqꝫ de loco suo: oēs insule gētium. Ne-
qꝫ. n. sole isule: sed ita oēs gentes: vt etiaꝫ oēs
isule gētium: qn̄qdem alibi nō isulas noīat: sed
vniuersum orbē terraꝝ dicēs. Cōmemorabunt̄
⁊ cōuertent̄ ad dn̄m vniuersi fines terre: ⁊ ado-
rabunt in cōspectu eiꝰ vniuerse patrie gentium:
qm̄ dn̄i est regnum: ⁊ ip̄e dn̄abit̄ gentium. Hec
aūt ꝑ xp̄m fuisse complēda: ⁊ alijs pluribꝰ testi-
monijs. ⁊ in eodē ip̄o psalmo vnde h̄ cōmemora
ui satis apparet. Cū. n. paulo superiꝰ futurā pas-
sionē suā ꝑ ꝓpham ip̄e loqret̄ dicens: foderunt
manꝰ meas ⁊ pedes meos dinumerauerūt oīa
ossa mea: ip̄i vero cōsiderauerūt ⁊ cōspexerunt
me: ⁊ diuiserūt sibi vestimēta mea: ⁊ sup vesteꝫ
meā miserūt sortē. paulopost infert̄ illud qđ po

ſui: cōmemorabunť ⁊ conuertenť ad dn̄m vni-
uerſi fines terre: ⁊ cetera. Quāq̄ȝ ⁊ illud teſtimo
niuȝ qđ priꝰ adhibui vbi dcm̄ eſt: ꝓualebit dn̄s
aduerſus eos: ⁊ exterminabit oēs deos gētium
terre. in eo qđ poſituȝ eſt: ꝓualebit: ſatis oñdiť
ħ etiam ꝓnunciatū ꝙ pagani ꝓus oppugnaturi
eſſent eccl̄iam: nomēq̄ȝ xp̄ianum quātum vale
rēt pſecuturi: vt ſi fieri poſſet oīno de terra de-
lereť. Et q: eos patiētia martyrū ⁊ magnitudi
ne miraculoꝝ ⁊ cōſequēte fide ppl̄oꝝ erat ſupa
turus: iđ ſic dcm̄ eſt: ꝓualebit dn̄s aduerſus eos
Nō. n. diceret aduerſus: niſi oppugnādo illi re
ſiſterēt. Vn̄ ⁊ in pſalmo ita ꝓphetatuȝ ē: Ut qđ
fremuerunt gētes ⁊ ppl̄i meditati ſunt inania:
aſtiterūt reges terre ⁊ principes cōuenerunt in
vnum aduerſus dn̄m ⁊ aduerſus xp̄m eius. Et
paulopoſt dicit. Dn̄s dixit ad me filiꝰ meꝰ es tu
ego hodie genui te: poſtula a me ⁊ dabo tibi gē
tes hr̄ditatem tuā. ⁊ poſſeſſioneȝ tuā terminos
terre. Ecce vnde dcm̄ ē in alio pſalmo qđ ſupe
rius iterpoſui: cōmemorabunť ⁊ cōuertenť ad
dn̄m vniuerſi fines terre. His atq̄ȝ huiuſmo-
di ꝓpheticis documētis ꝓdcm̄ oſtendiť. qđ vi-
demus īpleri. ꝑ xp̄m futuꝝ fuiſſe. vt deꝰ iſrael
quē vnuȝ veꝝ deū itelligimus nō in vna ip̄a gē
te q̄ appellata eſt iſrael: ſed in oībus gentibꝰ co
lereť. ⁊ oēs falſos deos gētium ⁊ a tēplis eoꝝ
⁊ a cordibꝰ cultoꝝ ſuorum demolireť. Eāt nūc
iſti ⁊ adhuc cōtra xp̄ianam religioneȝ: ⁊ contra
veꝝ dei cultū vanitates priſtinas defēſitare au
deāt. vt cum ſtrepitu pereāt. Nam ⁊ hoc de il-
lis ꝓdictum eſt in pſalmis dicēte ꝓpheta: Sedi
ſti ſuꝑ thronū q iudicas eq̄tatem: increpaſti gē-
tes ⁊ periȷ̄t impius: nomē eoꝝ deleſti in eternū
⁊ in ſeculuȝ ſeculi. Inimici defecerūt framea in
finem. ⁊ ciuitates deſtruxiſti: periȷ̄t memoria eo
rum cum ſtrepitu ⁊ dn̄s in eternū ꝑmanet. Ne-
ceſſe ē ergo vt ipleanť oīa hec. Neq̄ȝ qđ adhuc
audent ip̄i pauci q remāſerūt vaniloquas ſuas
oſtentare doctrinas. ⁊ xp̄ianos tanq̄ȝ impitiſſi
mos irridere: moueri debemus. dū in eis iple
ri ea que ꝓdicta ſunt videamꝰ. Ip̄a q̄ppe velut
iperitia ⁊ ſtulticia xp̄ianoꝝ: q̄ humilibꝰ ⁊ ſanctis
eiuſq̄ȝ diligēter ſtudioſis appet excelſa: ⁊ ſola ve
ra ſapia. ip̄a inquaȝ velut ſtulticia xp̄ianoꝝ eos
ad iſtā paucitatem redegit. qm̄ ſicut dicit apl̄s
ſtultā fecit deꝰ ſapiam huiꝰ mundi. Deinde ſub
iungit rem mirabilē. ſiq̄s intelligat. ⁊ ita ſequi
tur. Nam qm̄ in dei ſapia nō cognouit mundꝰ ꝑ
ſapiam deū. placuit deo ꝑ ſtulticiā ꝓdicationis
ſaluos facere credentes. Qm̄ q̄dem iudei ſigna
petūt. ⁊ greci ſapiam q̄runt. Nos aūt ꝓdicamꝰ
xp̄m crucifixū: iudeis q̄dem ſcādalum: gētibus
aūt ſtulticiam. ip̄is vero vocatis iudeis ⁊ grecis
xp̄m dei virtutē ⁊ dei ſapiam. Qm̄ qđ ſtultum
ē dei ſapientiꝰ hoībus: ⁊ qđ infirmū eſt dei for
tius eſt hoībus. Irrideāt ergo quātum pn̄t: tāq̄ȝ
iperitiam ⁊ ſtulticiam noſtram: ⁊ iactent doctri-
nam ⁊ ſapiam ſuā. Illud ſcio ꝙ iſti irriſores nr̄i
pauciores ſunt hoc anno q̄ȝ fuerint priore anno
Ex quo. n. fremuerūt gētes ⁊ ppl̄i meditati ſūt
inania. aduerſus dn̄m ⁊ aduerſus xp̄m eiꝰ. qm̄
ab eis fundebať ſanguis ſctōꝝ ⁊ vaſtabať eccle
ſia vſq̄ȝ ad hoc tp̄s: ⁊ deinceps quotidie minuū
tur. Nos aūt aduerſus eoꝝ opprobria ⁊ ſuper-
bas irriſiones fortiſſimos reddūt oracula dei
noſtri q̄ de hac quoq̄ȝ re videmus ⁊ gaudemꝰ i-
pleri. Sic. n. nos alloq̄tur ꝑ ꝓphetam: Audite
me q ſcitis iudicium: ppl̄s meꝰ in quoꝝ corde
lex mea: opprobria hoīum nolite metuere: ⁊ de
tractione eoꝝ ne ſuꝑemini: ne ꝙ vos ſꝑnunt ma
gni duxeritis. Sicut. n. veſtimentum ita ꝑ tp̄s
abſumenť: ⁊ ſicut lana a tinea comedenť: iuſti-
cia aūt mea in eternuȝ manet. Legāt tn̄ hec no
ſtra ſi dignanť. cum ad nos cōtradictiones eoꝝ
ꝑuenerint. quātum dn̄s adiuuat rn̄debimus.

Explicit de diuinatione demonum.

Diui Auguſtini Hypponenſis ep̄i de hone-
ſtate mulierum liber incipit.



Emo dicat frēs ꝙ tē-
poribꝰ noſtris martyrū
certamina eſſe nō poſſint
Habet. n. pax martyres
ſuos. nā ſicut diximꝰ fre
quēter iracūdiaȝ mitiga
re. libidinē fugere. iuſti
ciam cuſtodire. cupiditatē ꝯtēnere: pars magna
ē martyriȷ̄: cōtēnēda nāq̄ȝ ē cupiditas: q̄ q̄dē ve
lut ignis q̄ȝto ā pliꝰ accipit tāto ā pliꝰ req̄rit. iracū
dia vō ē mitigāda: q̄ priꝰ nocituris nocet q̄ȝ no-
cēdis. Qđ aūt libidinē fugiēdā eſſe diximꝰ apl̄o
doctore euidēter didicimꝰ: q: cū oībus vitiȷ̄s: re
ſiſtēdum eſſe ꝓdixerat: cōtra libidinē nō dixit re
ſiſtite: ſed ait. fugite fornicationeȝ: ac ſi diceret.
reliq̄s vitiȷ̄s deo adiuuāte debemꝰ in pn̄ti reſi-
ſtere: libidinē vero fugiēdo ſuperare. Sic ⁊ i ſcri
pturis alibi legimꝰ. Noli attēdere in faciē vir-
ginis ne ſcādalizet te vultꝰ eius. nā ⁊ beatus io-
ſeph: vt ipudicā dn̄am poſſet euadere: pallium
quo ap̄phēſus erat reliq̄t ⁊ fugit. Cōtra libidi-
nis ipetū ap̄phende fugā ſi vis obtinere victori
am. nec ſit tibi verecūdū fugere: ſi caſtitatis pal
mā deſideras obtinere. Videte frēs quō ab oī-
bus xp̄ianis: ꝓcipue tn̄ a monachis ſeu clericis
idigna ⁊ ihoneſta familiaritas fugiēda ē: q: ſine
vlla dubitatiōe q familiaritatē mulierū n̄ vult

fugere:cito dabiť in ruinam. Sed forte negli-
gēs qſq; ⁊ minꝰ de aīe sue salute sollicitꝰ rn̄det ⁊
dicit: Ecce ego ⁊ familiaritatem habeo mulie-
rum ext̄neaꝝ. ⁊ tn̄ arma castitatis custodio. Infe
lix est ⁊ nimium periculosa presumptio. Mul-
ti.n. sepe putāt vincere cū victi sunt. Sz adhuc
addet aliqs ⁊ dicet: Ego inter ext̄neas mulieres
habito: ⁊ cōtinētiam ſuo: ⁊ volo hr̄e qđ vincaz.
Quid ē volo hr̄e qđ vincā: nisi h̄ volo hr̄e ꝙ pe-
ream: Sed ego inqt libidinis ipetum tanq̄ ad
uersariū meū retinere volo. Uide ergo ne ꝯtra
te icipiat captiuitas ipa ꝑualere: ⁊ vn̄ putabas
obtinere triūphum inde eternū icurras oppro-
briū. Inter oīa.n. xp̄ianoꝝ certamina sola dura
sunt ꝑlia castitatis: vbi quotidiana pugna ⁊ ra
ra victoria. Grauem nāq; castitas sortita ē ini
micuz: cui quotidie resistiť: ⁊ sp̄ timeť. ⁊ iō sicut
dcm̄ est: nemo se falsa securitate decipiat. vt de
suis viribꝰ periculose ꝑsumat: sed audiat apl̄m
clamātē: fugite fornicationē. Dauid.n. ille san-
ctissimus in mille passionibꝰ ꝓssꝰ vidit mulie-
rē nudā ⁊ adamauit eā: ⁊ statim homicidiuz si-
mul fecit ⁊ adulteriū. Et q cū mulieribꝰ habitā
tes putāt se castitatis obtinere triūphum: igno
rāt se apud deū dupliciť reos existere dū seip̄os
in periculū mittūt ⁊ alijs exēplum ꝑuerse fami
liaritatis on̄dunt. Quāti.n. ꝑ illoꝝ ihonestaz fa
miliaritatem castitatis decorē ꝑdiderūt. Illoꝝ
aīe q̄ pereunt ab illis in die iudicij regrende sūt
q illis exēplum ꝑditionis on̄dunt. Et ideo fr̄es
cōtra mortifera blādimenta: ⁊ cōtra adiutores
diaboli: q familiaritatez suspectam hr̄e nō me
tuūt: nec erubescūt: ne nos suo exēplo decipiant
dei adiutoriū iploremus: vt de laqueo venātiū
nos liberare digneť. scientes ꝙ in his oībus q̄
supra dixīmꝰ bonis ⁊ castis quotidiana non de
sint martyria. Oībus xp̄ianis martyria deesse
nō pn̄t. Sicut castitas: veritas ⁊ iusticia xp̄s ē:
sic ⁊ ille q eis insidiať ꝑsecutor xp̄i ē. Ille vero q
castitatē: veritatem ⁊ iusticiā in fratribꝰ suis de
fensare: in alijs ⁊ i seip̄o custodire voluerit: mar
tyr erit. Et ideo q hec tota virtute animi diligit
⁊ vt alij diligāt verbis simul ⁊ exēplis on̄dit: ⁊
vbicūq; veritas vel iusticia vel castitas labo-
rat: quātum ꝑualet se etiā vltro igerit: ⁊ s̄m vi-
res suas defensare cōtendit: nō vnā sed plures
coronas dn̄o remunerāte ꝑcipiet. Et vt hec ob
tinere mereamur: cū dei adiutorio: nō solū extra
neaꝝ mulieꝝ: sed etiā ancillaꝝ nostraꝝ ⁊ quorū
cūq; vicinoꝝ aut filie aut ancille vnusqsq; nostꝝ
collocutionē vitare ꝓcuret. Qr quāto vilior ē il
laꝝ cōditio: tāto ruina facilior. De tali re admo
net salomō oēs dicens: Nunqd alligabit aliqs
ignē in sinu suo: ⁊ vestimēta eiꝰ nō cōburenť: aut
qs ambulabit sup̄ prunas: ⁊ plāte eiꝰ nō cōburē

tur: Et illud. Preciū meretricis vix ē dimidij
panis. O quāta iniqtas. o quāta ꝑuersitas: vt
aīa quam xp̄s suo sacro sanguine redemit: luxu
riosus qsq; ꝓpter vniꝰ momēti delectationē libi
dinis diabolo pessimo inimico suo vēdit ac tra-
dit. Uere nimiū miserāda ⁊ plāgenda cōditio ē
vbi cito ꝑterit qđ đlectat: ⁊ ꝑmanet sine fine qđ
cruciat. Sub momēto.n. libidinis ipetꝰ transit
⁊ ꝑmanet sine termino aīe infelicis opprobriū
Sed dicit aliqs: iuuenis hō suz: faciā qđ me de
lectat mō: ⁊ postea penitētiam agā. Quomō si
dicat: ꝑcutio me crudeli gladio: ⁊ postea vadaz
ad medicū. Heu miser hō. nescis ꝙ vniꝰ hore
pūcto vulnꝰ accipiť: sed vix lōgo tp̄e ad sanitatē
pristinā reuocať: Qui.n. fornicans dicit pn̄iam
se actuꝝ: q̄re nō timet ne eū subitanea febricu-
la: vel aliquo casu subita mors superueniēs rapi-
at ⁊ pereat dilatio: ⁊ succedat eterna dānatio: Et
qr de ifelici libidine vn̄ locuti sumꝰ credendū est
qđ dicit ꝓpheta: Cōfractꝰ est malleus vniuerse
terre: quāuis post aduentuz dn̄i nostri iesu xp̄i ꝑ
vniuersa monasteria monachoruz ⁊ ꝑ clericos
vel etiā laicos castitatē ſuātes: q̄si cōfractꝰ mal
leus ille videať: tn̄ qđ multo peiꝰ est: adhuc mul
to plures sunt q ab illo malleo quotidie cōfrin
gunť: q̄ȝ illi q de ruina collisionis illiꝰ liberanť.
Un̄ iterum atq; iteꝝ rogo. vt diligentiꝰ cōside
remꝰ. ⁊ quātū possumꝰ timeamus illud qđ dn̄s
in euāgelio dicit: Qui viderit mulierē ad cōcu
piscendū eā: iā mechatꝰ est in corde suo. Pro q̄
re: sicut iam dcm̄ est: nō solū ab extraneis mu-
lieribꝰ: sed etiā a vicinis ⁊ domesticis: ⁊ ancill'
nostris refrenāda ē ⁊ secreta familiaritas ⁊ ocu
loꝝ icauta fragilitas. Ne illud eueniat nob qđ
dn̄s ꝑ ꝓphetā terribiliter clamat dicēs: Mors
itrauit ad aīas n̄ras ꝑ fenestras n̄ras. Per q̄s
ꝑ visum oculoꝝ ⁊ auditū auriū. Si ꝑ linguā tuā
amico tuo aut famulo tuo iusseris. vt ad te me
esse vt rursum crucifigāt filium dei: ⁊ ostētui ha-
beāt. i. vt iterꝫ baptizent̄. Qui.n. baptizat̄: mor
tem crucis ⁊ sepulturā xp̄i rep̄sentat in imersio
ne sua. In signo.n. crucis qsqꝫ in aqua submer-
git̄: ⁊ submersus sepult⁹ ostendit̄. Nō.n. q lap-
si sunt ꝑ iteratū baptismū cōseq veniā poterunt.
Sicut.n. semel xp̄s crucifixus ē. sic baptism⁹ ite
rand⁹ nō est. Una.n. morte suos oēs redemit:
vt ampli⁹ mori nō oporteat. Qō videns eccl'ia:
itellexit nō iterādum baptismū. Per fruct⁹ ita-
qꝫ pn̄ie. baptizatis adhibet̄ spes venie: Naꝫ fi
lius q recesserat a p̄re in regionē lōginquā: susce
ptus est a p̄re ꝑ pniam. Dixit.n. patri cōfitens.
Jam nō sum dign⁹ vocari fili⁹ tu⁹: nō.n. ista a te
didici ista apud te repperi. Nūc suscepit pater-
familias ⁊ stola ⁊ anulo iduit eum. Stola iduit
eum: q: in eo itegritatem charitatis restaurauit
atqꝫ anulum in manu posuit: q: ex fide eū fecit
opari: ꝑ spūssancti dona eū subarrauit: ⁊ etiam
calciamēta peduꝫ reddidit q: eccl'iam eius p̄di
catione ditauit. In cuius cōuiuio occisus ē vitu
lus saginatus: q: in quo habitat oīs plenitudo
diuinitatis corporaliter i'li factus est cib⁹: ꝑ hoc
ostendēs etiam sacramēta dn̄ici corporis ꝑ pe-
nitētiam ⁊ cōfessionem reddi pctōrib⁹ baptiza
tis. Si.n. aliter esset: petrus post dn̄i ascensio-
nem caput eccl'ie nō ꝑsuasisset symoni in emp
tione spūssancti spem hn̄ti: vt pniam sumeret i-
de: cui pecuniam dicauerat in maledictioneꝫ.
Jlle quoqꝫ qui incidit in latrones: ab hierusalē
descendebat. nō in egyptum ad tenebras. non
ad idumeos sanguineos ⁊ puluere aspersos: sed
ad hiericho. qui icidit in latrones nō habitaue-
rat cuꝫ eis. Sed lꝫ inciderit qui prius latro nō
erat. nō est relictus a samaritano. sed adiutus
⁊ cura refectus. Quod nō fuisset si solum nō ba
ptizatis spem venie reliquisset. Amicus voca-
tus est lazarus. ⁊ postea resuscitatus est fetidus
⁊ quatriduanus a mortuis: ostendēs quātūcūqꝫ

peccet hō: ēt postq̄ꝫ fuerit amicꝰ dei: viuere poterit eiꝰ spūs. Sꝫ valido dei clamore ⁊ multoꝝ fletu foras a pctō vocabit̄. priꝰ tollet̄ lapis desuper ab ipso. qꝛ cordis duricia ꝓijciet̄ ex aīo: quā tollēt itercessores ⁊ ꝑdicatores labore suo Filiam abrae quā alligauerat sathanas: soluit dn̄s reclamātibus iudeis. hec erat filia: ⁊ ligata ⁊ soluta in sabbato.

¶ Contra eos q̄ dicūt non valere pniam lapsis post baptismū: ⁊ qualiter intelligendū sit pctm̄ in spm̄ ⁊ ad mortem. ¶ Ca. iiij.

Adhuc sūt qui reclamant nō eē remissionē peccatoꝝ baptizatis per pniam: dicentes: pctm̄ in p̄rēm ⁊ filiū remitti: in spūmscm̄ oīo nō ignosci: putātes pctā in p̄rem ⁊ filiū eē infideliū ⁊ hr̄e remissionē per baptismum. Isti peccant absq̄ꝫ spū quē nō acceperūt. Illi aūt in spm̄scm̄ peccant quē acceperūt per baptismū: q̄ eiꝰ dōa n̄ r̄tinēt ⁊ diaboli venena eligūt. Istos itelligūt nec hic nec in futuro mīam cōsequi posse. Sed iste intellectus magis ē erroris q̄ꝫ fidei scē. Si eni ꝑ solū baptismū qḋ iterādū nō ē: fit pctōꝝ remissio. cur adderet dn̄s neq̄ꝫ in futuro? Constat aūt quedā in futuro remitti vbi nō ē opatio baptismi. In futuro āt nemo baptizabit̄ ⁊ a peccato liberabit̄. Sicq̄ꝫ falsa ē interpretatio: que remissionē cōcedit soli baptismo. Nō itaq̄ꝫ soli infideles peccant in p̄rem ⁊ filiū: sed q̄cūq̄ꝫ peccata cōmittunt. Sꝫ soli peccant in spm̄scm̄ q̄ impenitētes existunt vsq̄ꝫ ad mortē. Spūs eni sāctus charitas ē deitatis. amor ē genitoris ⁊ genite veritatis. qui suam grāꝫ nobis tribuit sui ip̄ius arram. Qui igitur peccat: ⁊ grām suaꝫ recupare nō amat: ⁊ nūq̄ꝫ curat ab eo diligi qui totus ē amor ⁊ charitas: nec ad eū tēdit vn̄ sumpsit arrā: in spm̄sanctū peccat: ⁊ nūq̄ꝫ pꝰ mortē sicut nec viuens cōsequet̄ veniā. Sicq̄ꝫ nullus peccat in spm̄scm̄ qui fugit ad ip̄m. Si q̄s lectionis seriem ⁊ vbi hoc legit̄: ⁊ verbi cāꝫ cogitauerit: ⁊ si aliter intelligat sinistre interp̄tantibus nō cōcordat. Dicebāt eni iudei. In beelzebub eijcit demonia: opꝰ spūsscti attribuētes diabolice p̄tāti. Dixit ḡ. Sūt pctā q̄ quoquo mō sunt ferēda. sunt blasphemie cōsecuture mīam Sed blasphemare in spm̄scm̄ vt incepistis ducet vos ad mortē. Unde postea dixit. Non potest arbor mala: fructus bonos facere. Quasi dicat. Cōuenit vite vr̄e de spū talia dicere. Arbor bona nō pōt fructus malos facere. Consilium ē. Cōuertimini: in arborē bonā trāsite: nec iam poteritis de spūsancto talia sentire. Obijciūt aliḋ dcm̄ ioānis. Est āt pctm̄ nō ad mortē ꝑ quo oret quis. Est aliud ad mortēꝫ pro quo non oret quis. Quasi ꝓ peccatis ante baptismum ē orandum. ꝓ alijs non. Falluntur qui sic intelligunt. Cōtrarius nō ē sibiip̄i qui pniam admonet ecclie pergami. Sed sūt quedā pctā venialia que orone dn̄ica quotidie soluūtur. cū dicitur Et dimitte nobis debita nostra: sicut ⁊ nos dimittimus debitoribꝰ nostris. Et hec vt idem ait nō sūt ad mortē. Alia vero que sūt ad mortem nō sic sed per fructꝰ pnīe soluūtur: Qui petrum lachrymātem suscepit. remissionē non negauit baptizatis. Jam eni audierat: tibi dabo claues regni celorum. Qui licet postea dn̄m negauerit: ⁊ a se amicos xp̄i excōmunicauerit. per pniam ⁊ amaros fletus veniā recupauit. Egrꝫ se dn̄s dixit respiciēs ad mēbra sibi vnita. qui xp̄i membra sunt per baptismi sacr̄a deo vniti sunt. In quibus se egrum cū cōmemorat: nō ab hoībus pctā cōmitti negat: que quotidie ꝑ penitentiam destruit.

¶ Contra eos qui dicunt, semel tm̄ ⁊ nō amplius deū pctā dimittere lapsis post baptismum. Sed econtra totiens apparet diuina miseratio quotiens fit apenitentie confessio. ¶ Cap. v.

Adhuc instant perfidi q̄ sapiūt plus q̄ꝫ oporteat. non sobrij: sed excedentes mensuram. Dicunt enim. ⁊ si semel peccātibus post baptismum valeat penitentia: non tm̄ sepe peccantibus proderit iterata. alioquin penitentia ad peccatum eēt incitatio. dicunt eni Quis nō semper peccaret si redire semper posset? Dicunt enim dn̄m incitatorem mali si semper penitentibus subuenit: ⁊ etiā ei placere peccata quibus semper presto ē gratia. Errant aūt immo constat ei peccata multum displicere. qui semper presto ē ea destruere. Si. n. ea amaret: non ita semper destrueret: sed cōseruaret: atq̄ꝫ vt sua munera foueret. Semper destruit peccata que inuēit: ne soluatur quod creauit ne corrumpatur quod amauit. Sumunt occasionem hypocrite isti ex factis domini. quem. n. cecuꝫ bis illuminauit? quē leprosū bis mundauit: quē mortuum bis suscitauit? non lazarum quē dilexit: non filium vidue quem misertus m̄ri reddidit. non filiū dissipatorē legitur bis suscepisse: non filiam abrae bis a demonio liberasse. in nulla persona iterauit factum. docens vt aiunt non sepe a domino fieri remedium. Dixit mulieri. Uade ⁊ amplius noli peccare: ne deteriꝰ aliquid tibi contingat: promittens penam non amplius veniam. Qui autem multos cecos et diuerso tempore illuminauit: ⁊ multos debiles confortauit. ostēdit in diuersis illis eidem sepe peccata dimitti: vt quem prius sanauit leprosū alio tempore illuminauit cecum. Ideo. n. tot saluauit febricitantes: sepe lāguidos: sepe clau

dos cecos τ aridos: ne desperet sepe peccans. Jō nō scribit aliquis nisi semel sanat⁹. vt timeat quisquis iugi pctō. Uidem⁹ adhuc quotidie in ecclīa sepe febricitātes: sepe languidos: sepe passionib⁹ captos: sepe liberari: vt appeat totiens op⁹ miserantis: quotiēs cōfessio fit penitētis. Quō.n. corp⁹ qđ vili⁹ ē τ ab ipo dissimili⁹ sepe sanaret. τ aiam digniorē τ redemptam nō totiens liberaret? Medicū se vocat: τ nō sanis sed male habētibus oportunū. Sʒ qlis h medicus: q malū iteratū nesciret curare. Medicorū enim ē cēties infirmuʒ visitare τ cēties curare. Qui ceteris minor eēt si aliis possibilia ignoraret. Memor ē sui q pmisit. Nolo mortē peccatoris: sʒ vt conuertat et viuat. Quē eni pctōreʒ excludit. Et q oib⁹ pmisit indulgentiā: aliis pmissionibus declarat: qui me ɔfessus fuerit coram hoibus. i. oīs quātūcūqʒ τ quotiēscūqʒ peccator: cuiuscūqʒ ordinis: ēt si fuerit sacerdos cōfitebor τ ego eū corā pře meo. Nam qui innocauerit nomen dñi. i. bm q noiatur dñs. i. qui vocauerit eū ad se buiēdo: nō ɔdicēdo: vt forsitan sepe fecit. oīs. s. quicūqʒ sit ille pctōr. salu⁹ erit. Omne.n. aiam iste pmissor saturauit bonis: ēt sedentes in tenebris τ vmbra mortis: nullam excipiēs aiam. Nūc magistr intellexerat discipulus ille qui corinthios per eplās suas voluit corrigere: τ vt ipe testat ter i lrīs suis eos correxit. Oportebat.n. vt quotiens videret cadere: totiens iuuaret eos surgere. Memor enim erat illi⁹ qui dixerat. quor remiseritis pctā remittūtur eis. Scim⁹ aūt τ primos pres: τ in oī tpe ēt eccliam dei sup vsqʒ in septuagiesseptiens quod ē semp: pctā dimittere. quam ptrēʒ isti ab ecclīa dei conantur auferre. Opʒ.n. sic ecclesiam credere q cōfitetur se sepe peccare. negat eni vitatē in se eē q se absqʒ pctō audet iactare. Jn multis.n. offendim⁹ oēs: nec infans vnius diei absqʒ pctō super terrā eē pōt. Quapropter eliminandus ē ab ecclīa iste error qui vnquaʒ penitentib⁹ negat indulgentiam. nō.n. inquirit qđ apl's senserit. q dixit: Nihil mihi cōscius suʒ sʒ nō in hoc iustificatus sum. Sentiēs.n. τ iustis pctā solere cōtigere: nō se ɔfirmabat absqʒ peccato: q se nouit indissolubili vinculo charitatis xpō cōiunctum. nisi.n. sciret iustos sepe venire ad veniā. q nō dubitaret se peccare. qui se sciebat spūm dei habere: τ intentione mundissima ei seruire? Cur.n. dñs petri pedes lauisset: τ eccliam hoc idē docuisset: nisi q quotidiana ē offensio. opʒ vt quotidiana sit remissio. Cur docuisset ipse dñs orantes dicere: dimitte nobis debita nrā: nisi ipe misericors perseueraret qui nos ab hac petitione nō vult deficere? nullus itaqʒ tm̄ vnqʒ posset peccare q penitēs velit desperare. Quid eni aliud ē desperare q̄ deum sibi cōparare? nam qui de deo nō presumit veniaʒ. nō aiaduertit plus peccato suo dei posse clemētiam. Si.n. sentiret deū magis bonuʒ q̄ se malum. quicqđ in se iusticie nō inueniret a deo magis bono expectaret: τ quidē diffidit: q summi boni bonitatem maiorē sua negcia non sentit. Jlle.n. solus diffidat qui tantū peccare pōt: quātū deus bonus ē. Cū sit aūt nullus qui hoc possit: q timet de se malo: presumat de meliore. Diabolus.n. τ oēs nequicia minor ē q̄ dei mīa. Jpe enim si posset sperare τ culpam in se sentire: quod non inuenit in se psumeret in dei bonitate. Adhuc q diffidit τ suā nequiciam dei pietati compat: finē imponit diuine virtuti: dans finem infinito. τ perfectiōem diuinitatis auferens deo: cui nihil deest qđ ēt cogitari non pōt. non itaqʒ ēt si sacerdos peccauerit despare debet: licʒ scriptum sit: qs orabit pro eo? Tota nanqʒ ecclīa: atqʒ alius sacerdos: τ oēs scōruʒ ordo orabit p eo: τ ipe xps: q pro nobis offert se deo. Sed hoc cōsiderandū ē sacerdoti ne facile cadat. cui i hoc grauior notat pena. Dicat apd se: si plebs ieiuna vbi dei peccauerit: oportebit me ferre partē ponderis. non audebo illi importabilia iponere τ non digito ea mouere. Sʒ ego si peccauero quid faciam? non sic facile euadam: me oportebit flere miseriam. non.n. ē sic statutum de me sicut de subiecta plebe. sic sacerdos τ timeat peccare: sed magis timeat desperare.

¶ Contra eos qui audacter peccant nimis psumētes de dei misericordia.

Capitulum. vi.

SUnt alii inimici desperationis q adeo presumunt: τ de deo confidunt: q̄ quādam sibi licentiam acquirunt peccandi: τ sine pnia expectant veniam: quia credunt qm̄ christiani sunt non posse damnari adulātes sibi eo quod scriptum est: oīs quicunqʒ innocauerit nōmen domini saluus erit. Putant eni se nomen dñi inuocare qm̄ pnt xpm credere. τ sacra ecclesie sumere: non verentes multos eē vocatos: sed paucos electos. Putant enim christianos paucos eē in multitudie gentiū τ iudeor: quare τ si oēs sanantur credentes: paucorum tm̄ est electio in tanta multitudine. Sed si quis aiaduertere voluerit deceptos hos esse ecclesia indicabit: licet confidant in christi redemptione Dicunt enim quid pdesset christum venisse si mali tātum sicut τ ante aduentum suuʒ adhuc perirent. Ante enim q̄ fieret deus homo: mali tantum damnabātur: τ si adhuc idem esset: euʒ venisse quid prodesse? Multum iquam. Naʒ

omnis bonus ante aduentum dn̄i saluus factꝰ
est peruenturum. Nemo enim infernum egre-
di posset: nisi a christo perueniente in eum ex-
trahi meruisset. neqꝫ enim facultas bene ope-
randi ⁊ diabolo cōtradicendi tanta hominibus
inesset: nisi christus tanta pati ⁊ resurgere de-
creuisset. Hi neqꝫ apostolorum neqꝫ dn̄i ver-
ba attendunt: qui fornicatoribus ⁊ criminosis
hoībus tam multipliciter: ⁊ totiens penas ꝑ-
mittunt.

Adhuc contra eos presumentes.

Capitulum. vij.

Adhuc additur iniquitas pri
ori consimilis: licet contraria. Desperantes enim dei
iudicant misericordiam. hi condemnant insti-
ciam in iustuꝫ deum blasphemantes qui red-
dere mala malis ignorat: ⁊ peccata eorum exal
tat. Sed miror cur non credant apostolo dicen
ti: spes nō cōfundit: qui negāt penam quā ideꝫ
criminosis ꝑmittit. Si enim vbi minatur ve-
rax non est: cur cōfidunt quod sperantibus vex
dicat. Sed quid verus ē i ꝑmittēdo verus est
ēt in minādo. Sed nō est sperare tandem bonū
ꝓ malis expectare: immo temerarius est: qui
peccatum nō abhorret. sed cum peccat ad peni
tētiam recurrat. cōfidat in domino: quem time
at iustuꝫ ⁊ imundiciarum inimicum.

Que sint peccata venialia: ⁊ ꝙ in his assidue
peccantibus assidue penitendum ⁊ confitendū
ē. ⁊ de dolore ꝓ dilatione ꝑnīe.

Capitulum. viij.

Quam itaqꝫ penitentie ef
ficax est: ⁊ fructifera: neminem reliquēs
sine venia: mortuos resuscitans. de mō ⁊ vari
etate eius disseramus aliqua. Penitencia eni
baptizandis non est necessaria: sed baptizatis
de maioribus ⁊ minoribus peccatis penitēdū
est. Per fidem enim ecclesie sola remittuntur
peccata que cōtraxit homo in origine vt sicut
a patre peccante damnationem accepit: ita per
matris ecclie fidē cōsequatur remissionem. sed
qui per se peccauit: ꝑ dolorē proprium ⁊ ꝑ fideꝫ
ecclie indulgētiā acqsiuit. hec ꝑ baptismum red
dunt hoīem mūdum ⁊ nouum vt nihil remane
at qꝺ displiceat. sine ꝑnīa nullus ꝓfuit baptis-
mus qui peccauit spontaneus. si quis autem ba
ptizaretur inuitus ⁊ in falsitate confessus cum
penituerit saluus erit: adiuuante fide ⁊ charita
te totius matris ecclie per totū orbem diffuse
Ob hoc sunt cathecumini ab ecclesia constitu-
ti: vt dum baptismum expectant vnde iure pe
niteant docean tur. hec restituit hominem in li-
bertatem arbitrij primi parentis: adhuc i abū
dantia virtutum constituti. Est enim peniten
ia: assidue peccantibus: assidue necessaria. In
multis enim offendimus omnes que quotidie
remittuntur si semper deplorantur. Ista per sa-
cramenta ecclesie ⁊ orationes semper fugantur
vt iure audiant: tota pulchra es: ⁊ macula non
est in te. non quin fiat dico: sed manere non po
test. Tanta est virtus petitionis tue ⁊ vnitatis
ecclesie: vt quicquid extraneum acciderit du-
rare non possit. Licet enim speciosi sunt pedes
euangelizantium pacem euangelizantium bo
na: lauatis: tamen in remissionis figura excuti
endus est puluis qui contrahitur in via. Hec
peccata ⁊ si sint parua per dei misericordiam. fi
unt magna in peccatoribus negligentia: nullū
eni pcīm adeo paruum quod non crescat negle
ctum: nō enim considerandum ē quod fecerit.
sed quē offenderit: ꝙꝫ bonꝰ ē: ꝙꝫ benignꝰ: ꝙꝫ piꝰ:
ꝙꝫ ꝓpitiꝰ: qui illum sua dulcedine ⁊ pietate crea
uit ex nihilo: qui eum absqꝫ merito perduxit ad
baptismum: ⁊ educauit ⁊ nutriuit vt filium: ad
cuius cōmodum creauit celum ⁊ terram: ⁊ oīa
que i eis sunt ex nihilo: cui seruiunt oīa tanquaꝫ
filio: cui misit angelum in auxilium: ꝓpter quē
fortem ⁊ callidum debellauit hostem eius an-
tiquum: ꝓpter quē tam multiplicit pati susti-
nuit: vt eum mererē habere filium: cum quo
dignarē habere cōsortium. Qui deus maiesta
te sua regit ⁊ gubernat omnia ꝓpī eum ꝑtāte
sua. Talem ꝑrem offendere: ꝯ eius voluntatē
aliquid cōmittere: aīaduertentibus ac se non
ignorantibus ꝙꝫ est crudele. Unde qui se cogno
scunt sic semper peccant: ita semper plorant: vt
totam vitam suam que est temptatio super ter
ram plorēt tota vita sua. Ista aūt sunt: cū aliqd
citra vel vltra modum agiē. Ipa enim bona q̄
per se bona sunt: aliquid cōtrahunt cum exce-
dunt. quicquid deest a perfectione: quidqd de-
ficit ab hoīe: quicquid ⁊ nostrum est plorando
dolēdum est. Quicquid alio modo agiē: nō re-
cta ⁊ mundissima intentiōe. quicquid alio mō
operamur: ⁊ nō tn̄ purissimo dei amore: non ē
liber a fragilitatis opatiōe. Quicunqꝫ taꝫ mi
serū eē vt hoīs ē dilexerit: ⁊ q eius fragilitatem
nō abhorruerit: sed oīo sibi reseruauerit: ⁊ suam
eē nūquā nisi ꝑꝑ acquirēdum vex eē qꝺ deꝰest
tolerauerit: addidit operi diuino proculdubio
dolēdum. Et qui se cognoscit qd ē: diligat hoc
solū qꝺ spectat ad illū q ē. Si qs. n. sapiēē cogi-
tat qd turpissime fragilitati ab ipa ꝯditōe ihe
reat ꝙꝫ fedꝰ ꝙꝫ turpis sit i carne: ꝙꝫ mutabil in
mēte: h solū i se diliget qꝛ tale eñ ad deū ducet
quicqd eni boni facimꝰ si id meliꝰ facere possu-
mus: a nobis ē ꝙ i culmie boni nō sumꝰ. si quid
boni nouerimꝰ ⁊ minus aliquo mō opamur nō

nino a nostra operatione est alienum. Ista cōti-
nua ⁊ assidua: ⁊ quasi quodāmodo necessaria:
assidua lauent̄ cōfessione: assidua restaurent̄ cō
punctione. Surgamus purissimi ad purissimā
ꝑfectionem: ne istis q̄ parua sunt multiplicatis
quasi quadam scabie patiamur corrūpi ⁊ colli-
di: ne pinguedine charitatis imminuta sinamur
macie affligi: ⁊ tortura imūde cōscientie macē
rari. Semꝑ tēdamus in melius: semꝑ in puri-
tatem baptismi tendētes: ⁊ eam sumoꝑe ꝯser-
uātes: vt cū de hac vita exibim⁹: ad eum q mū
dissimus est mūdi ꝑueniamus: ⁊ sine mora ab
eo suscipiamur. Doleam⁹ esse exules a patria:
dulcamus viuere in corruptibili materia. Hic
dolor magis ex desiderio q̄ȝ ex vindicta fit. Uñ
differt a pñia. Penitētia. n. est q̄daȝ dolētis vin
dicta: puniēs in se qd̄ dolet cōmisisse. Qui aūt
dolet qd̄ retinet̄ in mortali corꝑe: desiderat qd̄
amat: plorat qd̄ tardat. Dis pñia ē de male vsa
libertate. Iste vero dolor magis de necessitate
est. Nullum. n. peccatum est necessarium. Ipm
autem peccatum originis ob hoc ē malum: q̄r
fuit in adam spōtaneum. Illius. n. voluptas
male vse libertatis punit̄ in nobis: nō q̄r neces
sarium: sed q̄r fuit spōtaneum. Nihil. n. a nob̄
querit̄ qd̄ cōmisissem⁹: nihil a nobis exigit̄ nūc
qd̄ fecissemus. Relinquit̄ in filijs op⁹ paterne
voluptatis. Regrit diabolus filios in ꝯuitutez
quoꝝ patris emit libertatem. Iste dolor sanct⁹
est nō ex cōscientia peccatrice: sed ex oꝑante cha
ritate: nō puniens malum: sed augmētans bo-
num: nō ipatienter habitus: sed ex desiderio su
sceptus. In hoc desiderio erat andreas: qui in
cruce positus a dño requirebat. Tempus ē: vt
cōmendes terre corpus meum. Uolebat. n. eū
plebs de cruce deponere: Ipe aūt cepit dñm ro
gare. Ne me ꝑmittas dñe descendere viuum.
Sed tps est vt cōmendes terre corp⁹ meū: tan-
diu. n. iam portaui: tādiu suꝑ cōmendatum vigi
laui ⁊ laboraui: ꝙ vellem iam ab ipa obediētia
liberari: ⁊ isto grauissimo indumēto expoliari.
Recordor quātum in portādo onerosum: in fo
uēdo ifirmum: in coercēdo lētum: in domando
suꝑbum laboraui: Scis dñe quotiēs a puritate
cōtemplationis me retrahere cōtendebat: quo-
tiens a dulcissimo quietis tue somno me exci-
tare obtēdebat. quātum ⁊ quotiēs dolorem ige
rebat. Qui igit̄ tādiu pater benignissime pugnā
ti restiti: ⁊ tua oꝑe superaui ⁊ vici: a te pio ⁊ iusto
remuneratore posco: ne mihi vltra cōmendes:
sed depositum reddo. Cōmenda alij quē illud
vltra nō impediat: ⁊ resurrectuꝝ ꝯuet ⁊ reddat:
vt ⁊ ipm sui laboris mercedē recipiat: terre cō-
mēda: vt vigilare me ampli⁹ nō oporteat: ⁊ li-
bere ad te fōtem indeficientis gaudij tēdere an
xiantē me iā nō retrahat: nec impediat. Hic do
lebat iam nō esse cum dño: nec penitebit cōmē-
datuȝ resurrexisse dño. Sic itaq̄ȝ nō omnis do-
lor est pñia.

De differētia vere ⁊ false pñie: ⁊ ꝙ de oībus
peccatis penitēdum est. Cap. ix.

Sunt etiam peccata alia que oīo
eripiūt vitaȝ: nisi suc
currat pñia. Non. n. oīs qui dicit mihi
dñe dñe itrabit in regnum celoꝝ. Quare agēda
est pñia: vt deleant̄ crimina. Sed qm̄ pñia oīs
nō est bona: dicamus aliqua q̄ separāt veram a
falsa: sterilem a fructuosa: Sunt. n. quos peccas
se penitet ꝑpter ꝑsentia supplicia. Displicēt. n.
latroni pctā qm̄ agit̄ de pena: Desit vindicta re-
uertit̄ ad crimina: Ista est pñia non ex fide ꝑce-
dens: nec ex charitate munita: sed sterilis ⁊ si-
ne misericordia. Hec nō purgat cōscientiā: nec
lauat crimina. In hac nulla est spes venie: nul
la expectatio indulgētie. Huic cōcordant q con
fitent̄ inuiti. non amore boni: sed vt fugiāt dam
num vel incōmodum seculi. Seruiunt mundo
quem amant: querūt suam gloriam quam anhe
lant: recipiūt mercedem quam expectant. Si
quis tali pñia securus extiterit: ⁊ ad veram pe
nitentiam de ista nō conscēderit deceptus ⁊ mi
ser eternaliter peribit. Utilis ergo erit pñia si
sit spōtanea: dñm querens quem amisisse dole-
at. ad illum anxians ꝑter quem nō est vita. Sūt
plures quos penitet peccasse: sed nō oīno: reser
uantes sibi quedam in q̄bus delectent̄: nō ani-
maduertentes dñm simul surdum ⁊ mutum a
demonio liberasse. ꝑ hoc docet nos nunq̄ȝ nisi
de oībus sanari. Si enim vellet ex parte pecca
ta reseruari: habēti septem demonia: manente
vno ꝑficere potuerat sex expulsis: expulit autez
septem: vt oīa crimina simul eijcienda doceret
Legionem aūt ab alio eijciens neminem reli-
q̄t ex oībus qui liberatum possideret. ostendēs
ꝙ si etiam pctā sint mille oportere de omnibus
penitere. Laudatus est. n. dñs qm̄ eiecto demo
nio locutus est mutus. Nunq̄ȝ aliqueȝ sanauit
quem oīno nō liberauit. Totum enim hoīem
sanauit in sabbato: q̄r ⁊ corpus ab infirmitate: ⁊
aīam ab omni cōtagione: indicans penitentem
oportere simul dolere de omni crimine orto in
aīa ⁊ corpore. Scio enim dñm inimicum omni
criminoso. Quomodo ergo qui crimen ꝯuat
de alio recipiet veniam? Sine amore dei cōse-
queret̄ indulgentiam. sine quo nemo vnq̄ȝ in-
uenit grām. Hostis enim dei est dum offendit ꝑ
seueranter. Quedam enim impietas infidelita
tis est ab illo qui iustus ⁊ iusticia est dimidiaȝ
sperare veniaȝ. Jam enim foret sine penitentia
inuenire grām: Penitētia enim vera ad baptis

mi puritatem confitētem conaṫ adducere. Re-
cte enim penitens qcq̄d sordidum post purifica
tionem cōtraxit: oportet vt abluat saltē lachry
mis mētis. Sed satis durus est cuius mentis
dolorem ocu[l]i carnis nequeunt declarare. Sed
sciat culpabiliter se durū: qui deflet damna tē
poris vel mortem amici: ꝛ dolorem peccati la-
chrymis nō ostendit. Non itaq; est vt qs excu-
set se nō hr̄e fontē lachrymarū: qui vnq̄ꝫ lachry
mis ostendit dolorem temporalium.

De fructu erubescentie ꝛ vtilitate confessio-
nis: ꝛ q̄bus ꝛ qualiter confitendum est.
Capitulum. x.

Quem ergo penitet oīno penite
at: ꝛ dolorem lachry
mis ostendat: rep̄sentet vitam suā deo
p̄ sacerdotem: p̄ueniat iudicium dei p̄ confessio
nem. P̄cepit enim dn̄s mūdatis vt ostenderent
ora sacerdotibus: docēs corporali p̄sentia confi
tenda pctā: nō p̄ nūcium: non p̄ scriptum mani-
festāda. Dixit enim ora mōstrate: ꝛ omnes: non
vnus p̄ oibus. Nō alium statuatis nūcium q̄ p̄
vobis offerat munus a moyse statutum. sed q̄
p̄ vos peccastis p̄ vos erubescatis. Erubescētia
enim ip̄a p̄tem h̄z remissionis. Ex misericor-
dia enim hoc p̄cepit dn̄s: vt neminem penite-
ret in occulto: In hoc. n. qđ p̄ seip̄m dicit sacer-
doti. ꝛ erubescētiā vincit. timore offensi: fit ve
nia criminis: fit. n. p̄ cōfessionem veniale: quod
criminale erat in op̄atione. Et si nō statim pur
gaṫ: fit tn̄ veniale quod commiserat mortale.
Multum. n. satisfactionis obtulit. q̄ erubescen
tie dn̄ans: nihil eorū que cōmisit nuncio dei de-
negauit. Deus. n. misericors ꝛ iustus ē: sicut cō
seruat misericordiam in iusticia. ita ꝛ iusticiam i
misericordia. Opus. n. est mi̇̄ꝗcordie peccanti
pctā dimittere. sed oportet vt iustus mi̇̄ꝗeaṫ iu
ste. Oportet. n. vt nō solum qđ: sed in quo do-
leat cōsideret: si dignus ē nō dico iusticia: sꝫ mi-
sericordia. Justicia. n. sola dānat. sed dign⁹ mise
ricordia est q̄ sp̄ūali labore petit grām. Labo-
rat. n. mens patiēdo erubescētiam. Et qm̄ vere
cundia magna est pena. q̄ erubescit p̄ xp̄o: fit di-
gnus mi̇̄ꝗcordia. Vn̄ patet q̄ quāto plurib⁹ cō
fitebiṫ in spe venie turpitudinē criminis: tanto
facilius consequiṫ mi̇̄ꝗcordiam remissiōis. Ipi
enim sacerdotes plus iam p̄nt p̄ficere: plus con
fitentib⁹ p̄cere: q̄bus. n. remittunt remittit dn̄s
Lazarum. n. quem de monumēto iā suscitauit
obtulit dn̄s discipulis soluēdum. p̄ hoc ondens
p̄tātem soluēdi cōcessā sacerdotibus. Dixit. n.
quocunq; solueritis sup terram soluet ꝛ in celis
hoc est: ego deus ꝛ oēs ordines celestis militie
ꝛ oēs s[..]cti in m[e]a glīa laudāt vobiscum: ꝛ cō-
firmāt quos ligatis ꝛ soluitis. Non dixit. quos
putatis ligare ꝛ soluere: ꝛ in quos exercetis op⁹
iusticie ꝛ misericordie. Alia autem opera vestra
in peccatores nō cognosco. Quare qui confiteri
vult peccata: vt inueniat grām. querat sacerdo
tem scientem ligare ꝛ soluere: ne cum negligēs
circa se extiterit. negligaṫ ab illo qui eum mise-
ricorditer monet ꝛ petit: ne ambo in foueā ca-
dant quam stultus euitare noluit. Tanta itaq;
vis cōfessionis est: vt si deest sacerdos confitea
tur p̄ximo. sepe enim contingit q̄ penitēs non
pōt confiteri coram sacerdote: quem desiderāti
nec locus nec tēpus offert. Et si ille cui cōfitebi-
tur p̄tātem soluendi non habet: fit tamē dignus
venia ex desiderio sacerdotis: qui ei confitetur
turpitudinem criminis. Mundati enim sunt
leprosi. dum irent ostendere ora sacerdotib⁹: an
teq̄ꝫ ad eos p̄uenirent. Unde patet dn̄m ad cor
respicere: dum ex necessitate p̄hibenṫ ad sacer-
dotes p̄uenire. Sepe q̄dem eos querunt sani ꝛ
leti: sed dum querunt anteq̄ꝫ p̄ueniant moriun
tur. sed dei misericordia est vbiq;: q̄ ꝛ iustis no
uit parcere: ꝛ si non tam cito sicut si soluerētur
a sacerdote. Qui igiṫ omnino confiteṫ: sacerdo
ti meliori q̄ꝫ pōt confiteaṫ.

De priuata ꝛ publica confessione ꝛ satisfa-
ctione. Cap̄. xi.

Et si peccatum occultum ē suf-
ficiat referre in
noticiam sacerdotis: vt grata sit oblatio
muneris. Nam in resuscitatione filie principis
pauci interfuerunt qui viderēt. Nōdum enim
erat sepulta. nōdum extra portam ciuitatis de
lata. nōdum extra domum in noticiam deporta
ta. Intus resuscitauit quam intus inuenit. reli
ctis solis petro ꝛ ioāne ꝛ iacob ꝛ p̄re ꝛ m̄re puel
le. In quibus figuraliter continenṫ sacerdotes
ecclesie: Quos aūt extra inuenit animaduerten
dum est quomodo suscitauit: Flebat aūt turba
post filium vidue: fleuit martha ꝛ maria suppli
cans p̄ fratre: flebat etiam turba que mariam
fuerat secuta. lachrymis marie admonita. In
quo docemur publice peccantibus. nō p̄prium:
sed ecclesie sufficere meritum: sic itaq; mortu⁹
iaceat: sicq; se mortuum ostendat. publice mor
tem suam predicando. publice fructus penitē-
tie ostendēdo: vt turba ploret admissum. ꝛ defle
at quem dolet mortuum. Istis lachrymis mo
uebiṫ dn̄s. qui reddet matri vnicum filium. si
minus perseuerauerit si se mortuum p̄ fruct⁹
p̄n̄ie non declarauerit. tanto plus oportet adde
re. Unde lachrymis exciteṫ non solum marthe
sed etiam marie. Tantum se affligat. tantum se
dolere: ꝛ se mortuum sentire ostendat. vt audiē
tes ꝛ contemplantes plorando orent veniam.

Quorum fletum imitetur ecclesia. Qui.n. multos offendit peccãdo: placare multos oportet satisfaciẽdo: vt ecclia prius offensa per culpam: in cõuersione flectatur in misericordiam; orans pro ipso quem defunctum dolebat. vnde deus flectetur adveniam qui adhibuit misericordiam.

¶ Quod extra vnitatem ecclie nemo põt digne penitere: et quãtum penitenti psunt suffragia ecclesie. ¶ Cap. xij.

Laboret itaque penitens in ecclesia esse: et ad ecclesie vnitatem tẽdere. Nisi.n. vnitas ecclesie succurrat: nisi qđ deest pctõri sua opitulatione cõpleat: de manibus inimici nõ eripietur aia mortui. Credẽdum est.n. et pietas fidei expostulat credere: que oẽs elemosyne totius ecclesie et orõnes et opera iusticie et misericordie succurrant recognoscẽti mortem suam ad cõuersionẽ suam hoium nemo digne penitere põt quẽ nõ sustineat vnitas ecclie. Ideoque nõ petat sacerdotes per aliquam culpam ab vnitate ecclesie diuisos. Iudas enim penitens iuit ad phariseos: reliquit aplos: nihil inuenit auxilij: sed augmentũ desperationis. Dixerũt enim: Quid ad nos tu videris. Si peccasti tibi sit: nõ tibi succurrimus. nõ peccata tua charitatiue suscipimus non cõportanda pmittimus: non qualiter deponas onus docemus. Quid enim nobis et misericordie q nec opera sequimur iusticie: Isset ad fratres isset ad illos qui orauerãt pro socru petri febricitante: q cananeam improbam misericordi misericorditer obtulerãt. interrogasset petrum pro se lachrymas effundẽtem: nõ fugisset mariam et martham: que vitam lazaro ipetrauerant: non turbam plorãtem: q vnicum filium acqsierat vidue. Iuit ad diuisos: et diuisus perijt. Hãc vnitatem ois boni sentit operatricem q dixit: Vinea fuit pacifico in ea q habet pplos. Nisi.n. in ecclesia vniuersali populos se cõtinentes cognosceret: se vineam nõ psumeret. Scit enim et experimẽto cognoscit: vtpote q pro oium salute laborauerat: se absque auxilio ecclie stare nõ posse. Nõ enim est pax cui oẽ bonum succurrit: siue in celo siue in terra cõstitutum. Hoc amittẽs per excõicationem nisi recuperet per sancte matris vnitatem vel pietatem: quõ vnque poterit penitere: quomodo deum beniuolum poterit inuenire: q eius sanctissimam spõsam et matrem: filiam et sororem nõ dubitauit offendere: et eius auxilium omnino cõtemnere.

¶ Quod semper ex fide penitens doleat: et de dolore gaudeat. Cap. xiij.

Ex fide peniteat credat hãc eẽ medicinam: oẽs fructus sue pñie paruos habeat: nunque credat sufficere: semper doleat, semper corã dño ante quem peccauit erubescat: dolorem cũ vita finiat. Nam et si apls etiam pctã per baptismum remissa cõtinue plorat: nobis etiam sup fundamẽtum aplorum positis qđ pter plorare restat: Quid nisi semper dolere in vita: vbi enim dolor finitur: deficit et pñia. Si aũt pñia finitur. qđ relinquitur de venia: Tãdiu enim gaudeat et speret de grã: quãdiu sustentatur a pñia. Dixit enim dñs: Vade et amplius iam noli peccare. Nõ dixit ne pecces: sed nec volũtas peccandi in te oriatur. Quod quomodo seruabitur: nisi dolor cõtinue in pñia custodiatur: Hinc semper doleat: et de dolore gaudeat: et de doloris pñia si cõtigerit semper doleat. Et nõ sit satis que doleat. sed ex fide doleat: et non sp doluisse doleat.

¶ Quod nõ solum peccata: sed oẽs circũstãtias peccatorum peccator deflere et confiteri debet. ¶ Capitulum. xiiij.

Consideret qualitatem criminis: in loco: in tpe: in pseuerãtia: in varietate psone: et quali hoc fecerit temptatione: et in ipius vitij multiplici executione. Oportet enim penitere fornicãtem: sm excellẽtiam sui status aut officij: et sm modum meretricis: et sm modũ operis sui: et qualiter turpitudinem suã peregit Si in loco sacro: aut cui debuit excellẽtiam fidei: vt sunt domus dñorum: et aliorum multorum. Si in tpe orõni cõstituto: aut in festiuitate scõrum et in tpe ieiunij: Cõsideret quãtum pseuerauerit: et defleat que pseueranter peccauerit: et quãta victus fuerit impugnatione. Sunt.n. q nõ solum nõ vincuntur: sed vltro se pctõ offerũt: nec expectant tẽptationem: sed preueniunt voluptatem: et ptractant secũ que multiplici actione vitij delectabiliter peccẽt. Omnis ista varietas cõfitenda est et deflenda: vt cum cognouerit que pctm ẽ multum cito ineniat deum ppicium. In cognoscẽdo augmẽtum pcti: inueniat se cuius fuerit etatis: cuius sapie et ordinis: et statum oẽm alterius nõ peccãtis: Immoretur in singulis istis: et sentiat modum criminis: purgans lachrymis oẽm qlitatem vitij: defleat virtutem: qua iterim caruit. Dolendum ẽ enim et dolore purgãdum: nõ solum: qr peccauit: sed etiam que se virtute priuauit. Nã lz speret se cõsecutum veniam: dolere tñ põt: quia nõ pmeruit vnde remunerari cõfidat. anxietur et doleat que modo effugiẽs de pteritis penam miser nõ inde expectet gliam: cuius omne tps: qm breuissimum ẽ debuit decertauisse ad consequendum pmium. Defleat etiam qm in vno offendens factus est oium per ingratitudinem reus. Ingratus enim extitit: q plenus virtutibus deum oino nõ timuit. In hoc enim quisque peccator fit

culpabilior: quo est deo acceptior: Ideo eñi adã
plus peccauit: q: omni bono abũdauit. Etiam
alio modo offendẽs in vno: reus ẽ oium: quia
oĩs virtus patiꝛ detrimẽtum ab vno vitio. Naz
si quis cadit in auariciam: largitatem destruit
⁊ etiam castitatem minorauit. Amore enim pe
cunie vel violaret castitatem: vel saltem minꝰ
amaret. Si enim ꝑpter deum tãta adhuc casti
tas inest vt nolit eam ꝑdere. tñ saltem minori
gaudio minori affectu tueꝛ eam: vbi videt inde
ꝓcedere dãnum pecunie. Sicqꝫ ⁊ etiam ĩ alijs
que etiam si nõ expellanꝛ: tñ ꝑ cõceptionez vniꝰ
vitij vel satis vel parum minuunꝛ: vel intẽtio
ne deterioranꝛ: vnde oĩs virtus cuicũqꝫ crimi-
ni est deflẽda: ⁊ de omnibꝰ indulgẽtia est peten-
da. Animaduertere etiã oportet: ⁊ animaduer-
tendo deflere aĩam ꝑrimi: quaꝫ fornicator deo
eripuit: vel ereptam in malo cõfirmauit: etiaz
ꝙ exemplum extitit mali in operatione sui cri-
minis: cui magis ꝓfuisset: si alijs fuisset cã con-
uersionis. Gemat itaqꝫ alioꝝ vitam in sua cor
ruptam: vel corruptam cõseruatam: ⁊ cõmodũ
ꝓximi quod dedisset exẽplo boni. Doleat de tri
sticia: quam peccãdo bonis intulit: ⁊ de leticia
quam eis nõ adhibuit. Et nõ solum cogitet qd
⁊ qualiter fecerit: sed ꝙꝫ iniuste deum vt diximꝰ
peccando offenderit. Timeat illã veritatis sen-
tentiam. Non potestis duobus dñis ſuire. Ti-
meat ergo ne oĩa bona que fecit: dum in vno pec
cato ꝑseuerauerit: ex cõtaminatione mali ꝑdide
rit: vt qui seruiuit diabolo ꝑ crimen: dei quam
obtulit amiserit ſuitutem: Pium est tñ credere
vt recepta dei gr̃a que in eo destruit mala prio-
ra: etiam remuneret bona: vt cuz destruxerit qꝺ
suum nõ inuenit: amet ⁊ diligat bonum qꝺ etiã
in peccante plantauit.

¶ De plenaria satisfactione per iudicium sacer
dotis: ⁊ de dignis fructibus pñie.
¶ Capitulum. xv.

In omnibus dolens: aut seculum
derelinquat: aut sal-
tem illa que sine admixtione mali non
sunt administrata: vt mercatura ⁊ militia: ⁊
alia que vtentibus sunt nociua. vt administra-
tiones secularium ꝑtãtum: nisi his vtaꝛ ex obe
diẽtie licentia. Ponat se oĩno in ꝑtãte iudicis:
in iudicio sacerdotis nihil sibi reseruans sui: vt
oĩa eo iubẽte paratus sit facere ꝓ recipiẽda aĩe
vita: quecũqꝫ faceret ꝓ vitanda corpis morte. ⁊
hoc cum desiderio: q: vitam recupat infinitã vt
deus. Cum gaudio. n. debet facere immorta-
lis futurus. que faceret ꝓ differẽda morte mo
riturus. Semꝑ depceꝛ deum certus de venia: q
oĩbus modis ⁊ sine tedio dubius rogaret ꝑtã-
tem terrenam. Abstineat a multis licitis: qui ꝑ

libertatem arbitrij cõmisit illicita. Semꝑ offe
rat deo mẽtem ⁊ cordis cõtritionem: ⁊ deinde
qꝺ põt de possessione. Tunc qꝺ offerat securus
offerat. Respexit. n. dñs ad abel ⁊ ad munera
eius. Sed prius dicit ad abel ꝙꝫ ad munera. su
mẽs. n. mẽtem quam cognouit humilẽ ⁊ puraz
remunerauit eiꝰ largitatis munera. Ad cayn ve
ro nõ respexit: nec ad eiꝰ munera. Mẽtez. n. eiꝰ
quã viderat qm̃ nõ cognouit humilẽ: eius mune
ra nõ recepit. In iudicio. n. cordis cõsiderãda est
elemosyna tribuẽtis. Nec iam ꝯsiderãdum est
quãtum: sed qua mẽte ꝙ affectione dat qꝺ põt.
Uidua. n. duobꝰ que habuit larga minutis: plꝰ
oĩbꝰ misit. Qui igiꝛ vult pc̃a sua redimere tꝑa-
lium oblatione: caueat vt offerat mẽtem prius
Cautꝰ sit: ne verecũdia ductus diuidat apud se
cõfessionem: ⁊ diuersa diuersis sacerdotibꝰ ve-
lit manifestare: Quidã. n. vni celant ꝙ alij mani
festãda cõseruant: qꝺ est se laudare: ⁊ ad hypo-
crisim tendere: ⁊ semꝑ venia carere: ad quam ꝑ
frusta totã putat ꝑuenire. Caueat ꝑ̃terita: quẽ
vera delectat pñia: nõ prius ad dñi corpus acce
dat ꝙꝫ ꝯforteꝛ bona cõscientia. Sed in hac sepe
ratione tremẽdum dei iudiciũ cogitet: vbi ma-
gis terribilis sñia peccãtes sepabit in ignẽ. Ge-
mat ꝙ nõdũ audet sumẽ: quẽ multũ desiderat, ci
bũ salutarẽ. Isti sꝛ digni fructus pñie: aĩam capti
uam elaqueãtes: ⁊ in libertate seruãtes. Cohi-
beat se ꝑ̃terea a ludis ⁊ a spectaculis seculi: q ꝑ-
fectam vult cõseq gr̃am remissionis. Naz dina
si se cohibuisset: si iter suos remãsisset: ab extra
neo raptore corrupta nõ fuisset. Tanto igiꝛ ma
gis sibi caueat ⁊ cohibeat se aĩa que sepẽ vel se-
mel corrupta ẽ ⁊ rapta: timeat iam docta expe-
rimẽto qꝺ ignorauit virgo: eligat quez imiteꝛ:
nõ sequaꝛ quẽ animus suꝰ dãnat: se. n. iudicat q
fructus pñie nõ hñtez a se nõ elongat. laudet. n.
⁊ amet quos digne fructificare nõ ignorat: q̃rat
fructus dignos: ⁊ si non dignos pñie. Sunt. n.
digni fructus: virtutũ fructus q non sufficiũt pe
nitentibus. Pñia eñiz grauiores expostulat: vt
sic paceꝛ eccl̃ia: vt pacata dolore ⁊ gemitibꝰ mor
tuis imperret vitam.

¶ Quod penitens non excuset pc̃m suuz nec de
fendat: quod multis modis fieri solet. ca. xvj.

Sentiat culpam nec velit excu
sare ne augeat
crimen: vt adam: cui nõ sufficiebat pec-
casse: sed ampliauit crimẽ culpãdo vxorez ⁊ cul
pam trãsferẽs in auctorẽ. Istud pc̃m multotiẽs
incurriꝛ: sed neglectũ ignoraꝛ. non itaqꝫ peccan-
tes dicamus: nõ aliud potui: cur me cõstituisti fu
rem: q: deus fecit me pauperem. nec mirũ si de
ditus sum fornicationi: q: talis creatus sum na
ture ⁊ fragilitatis. Fragilitas enim vi cogit vt

volũtas s'cõmittat criminalia. Errat qui fallit. nã.n.tal'ẽ: vt qlqꝫ possit resistẽ malo: cui se sub ijcit ex arbitrio. Sunt ãt qui defendũt culpam in dei ꝓuidentia: reputãtes dei ordinationi ⁊ necessitati quod relictum ẽ volũtati ⁊ arbitrij libertati: Sciuit enim deus quid factur⁹ eẽt qui peccat. ſꝫ nõ ordinauit pctm̃ qui nullũ reliquit impunitũ. Ordinauit penã amantibus culpa. Ignis.n. op⁹ ẽ iusticie: vt habeant vñ doleant qui gaudere nõ amãt. Non ordinauit peccare qui pctm̃ voluit curare. ſꝫ ꝑmisit libertati: qꝺ pctõr donauit necessitati. Si.n. nõ posset peccare: nõ debere q tot⁹ ẽ iusticia remũerare. Jõ nõ sanctificat aialia muta. qꝛ nulla pñt cõmittere crimina. Angeli quoqꝫ q ꝑstiterũt si liberi nõ fuissent: vñ coronarenꝑ: Potuerũt enim peccare quoꝝ siles ceciderunt. Lꝫ eni mĩficorditer cuncta creauẽit. iusticiã tñ ĩ misericordia q iustus ẽ custodire oportuit. sed dicit: q nõ sentit culpaꝫ suam: nihil boni possum hr̃e: nisi inspirante gr̃a nihil eni sine gr̃a possum facere. si ipe itaqꝫ me nõ ꝯseruat: ego qui ex me nihil possum. quã habeo culpã: si ego sine eo possem vitare crimen: me sentirẽ culpabilẽ. Adhuc. oĩa q̃cũqꝫ voluit dñs fecit in celo ⁊ in terra. Quid itaqꝫ culpe in me ẽ. si nõ vult saluare? Multum inquã. lꝫ.n. nil cõsequi possis sine mĩa illa quã repellis: potes tñ libere tenere gr̃am quã retinẽdo potes. si tñ placeat euitare culpã. De⁹ eni q semel incepit bñfacere. nisi qꝺ oio nr̃m ẽ derelinquamus ei⁹ bñficiũ: q pi⁹ est inspirando. cogiꝑ ex necessitate: iuste mĩe neminem pri⁹ posse relinquere. nõ enim sui relinquere ẽ nisi relinquentẽ. Jccirco eni culpa vestra ẽ: q̃ fugam⁹ gr̃am quã possemus hr̃e ꝑpetuã. semꝑ inuita recedit: ⁊ nũqa aꝫ aliquem spontanea deserit. Cui tñ snĩe non cõtradicit: sed oĩa quecunqꝫ voluit fecit. Creauit eni quicqd voluit: nec plus creauit q̃ꝫ voluit. Uult tñ in vno quoqꝫ bonũ. ⁊ ĩ nullo malũ. lꝫ sic vult vt homo quẽ nõ vult peccare nõ desit esse hõ. nõ tñ vult ita hoĩem nõ peccare vt eum velit bonũ statuere. Non.n. hr̃et quẽ remuneraꝛꝫ nec cui fulgorẽ sue claritatis ifunderet: nec quẽ coheredem statueret: nec in quo imaginẽ ⁊ silitudinem suã inueniret. Nec illius cui tot⁹ iusticia ẽ: fuit aliquẽ sic firmare vt nõ posset peccare: nisi hꝯ ꝓmereret in humana libertate. Uult itaqꝫ fieri bonos saluo vtriusqꝫ eẽ: vt ipe remaneat deus: ⁊ iste hõ. Si.n. formaret hoĩeꝫ sine libertate cõtra iusticiã faceret que de⁹ ẽ. si auferret libertatẽ: humana diguitas nõ remaneret. Uoluit itaqꝫ ñ peccare hoĩem. s. ⁊ humanã nãꝫ nõ amittere. sic itaqꝫ pius ẽ qui nr̃am vult salutem: ⁊ non ẽ impotẽs: qui hoc vult saluo vtriusqꝫ iure. Justus eni ẽ rex cuius tueri oꝫ: ꝑsto spẽ

grã: que nunquã defuit nisi prius expulsa. Continue ⁊ quod suũ ẽ inspirat. si ẽ q recipiat. Et expulsa reuertiꝑ per pñiam. Et vt nõ pereat creatura quã pietate sua liberã creauit ⁊ ex libertate ditatã: in auxilium gr̃e retinẽde. que sꝑ p̃cedit oẽm creaturam. fecit vt libere fuiret. Ad hanc ꝓtegendã: ad hanc nõ expellẽdam: addidit angelos ⁊ sctõs oẽs beatos: addiditqꝫ oẽs in etña vita collocatos: addidit ⁊ in carne viuos: ⁊ totam scãm eccl'iaꝫ oibus ⁊ in oi suo bono succurrentẽ: ⁊ quod maximũ ẽ filiũ suum misit in auxilium: quẽ tãta ꝓ nobis pati decreuit: ⁊ iterpellatorẽ cõstituit cõtinuũ quẽ dilexit. Jnspirationem sue pietatis p̃ter quã nihil creauit nõ expellam⁹: nõ fugiam⁹: nõ fastidiam⁹: sed oĩb⁹ adiuuantib⁹ firmiꝑ ⁊ cũ gr̃aꝝ actiõe teneam⁹. sic culpa nr̃a ẽ nõ creaturaꝝ nobis in auxiliũ tributarum: nõ auctoris nihil iniuste sꝫ pie volẽtis: ⁊ in oĩ volũtate sua oĩpotẽtis. Qui itaqꝫ ĩ cõfessiõe ista aĩaduertit: aut saltẽ cõtra ista culpã suam nõ defenderit. ꝑ pñiam cõseqtur veniã. Hec ẽ vera pñia que sic ẽ fructifera: quã nobis cõcedat q tot⁹ ẽ vera mĩa. Ne differatur confessio vsqꝫ ad mortem: ⁊ de periculo dilationis.

Capitulum. xvij.

Nullus ergo respectet quñ iaꝫ nõ possit peccare. Arbitrij enim querat libertatem. vt delere possit cõmissa: nõ necessitatem qui prius itaqꝫ a peccatis relinquitur q̃ꝫ ipa relinquat. ea nõ libere: sed quasi ex necessitate condemnat. licet enim latro veniam meruisset in fine de omni suo crimine: non tamen dedit pabtizatis peccandi ⁊ perseuerãdi auctoritatem. Tunc enim baptizatus est: qui tunc p̃mum in cruce christum confessus est. Penitentia enim si in extremo hiatu vite aduenerit sanat et liberat in ablutione baptismi. ita ꝙ non purgatorium sentiunt qui in fine baptizantur. Sed ipsi ditati bõis sancte matris ecclesie: sũt recepturi multiplex bonum in vera beatitudine. Jlli autem qui cum potuerunt: nunquam cõuerti voluerunt: confitentes cum iam peccare nequeunt: non sic facile acquirunt quod volunt Oportꝫ enim vt penitentia fructificet: ad hoc vt mortuo vitam impetret. scriptum ẽ enim. sine charitate neminem saluum esse. Non itaqꝫ in solo timore viuit homo. Quem ergo sero penitet: oꝫ non solum timere deum iudicẽ sed ⁊ iustum diligere. non timeaꝑ pro pena: sed ameꝑ pro gloria. Debꝫ enim dolere de crimine ⁊ de omni eius predcã varietate. quod quãuis lꝫ de eius salute Augustin⁹ potuit dubitare: credo quidem illi q dixit. quacũqꝫ hora pctõr ingemuerit ⁊ ꝯuersus fuerit vita viuet. dixit ꝯuer

sum nõ tñ versum vita viuere. Uersum qdẽ pu-
to q dolet de crimine: cõuersu ꝫ qui dolet de ani
mi eius quam exposuimus varietate. Uertiꝛ a
pctõ q iam vult dimittere pctm̃. Cõuertiꝛ q iaꝫ
totus ⁊ oĩno vertiꝛ: q iã nõ penas tm̃ timet: ſꝫ
ad bonuꝫ deum tẽdere festinat. Que cõuersio si
cõtigerit alicui etiam in fine. desperãdum nõ ẽ
de ei⁹ remissione. Sed qm̃ vix vel raro est tam
iusta cõuersio: timẽdum ẽ de penitẽte sero. Queꝫ
enim morbus vrget. pena terret. ad veram vix
veniet satisfactionem: maxime cum filij quos il
licite dilexerit sint pñtes. vxor ⁊ mũdus ad se
vocent. Multos. n. solet serotina pñia decipe-
re. Sed qm̃ deus sp̃ potens est: sp̃ põt ⁊ in mor
te iuuare quos placet. Cũ itaqꝫ op⁹ sit nõ hois:
sed dei fructifera pñia: inspirare eã põt: qñcũqꝫ
vult sua misericordia: ⁊ remunerare ex misicor
dia: quos dãnare põt ex iusticia: Sed qm̃ mul-
ta sunt que impediũt ⁊ lãguentem retrahũt: pe
riculosissimũ est ⁊ interitui vicinum: ad morteꝫ
ꝓtrahere pñie remedium. Sed magnuꝫ ẽ cui
deus tũc inspirat. si quis ẽ: veram pñiam. expe-
ctet dei clementiaꝫ maiorem sentiens dei boni
tatem sua nequicia.

De duricia ignis purgatorij ⁊ pena gehẽne i
penitentib⁹ debita. Cap. xviij.

SEd si etiam sic cõuersus vitã vi
uat ⁊ non moriaꝛ:
nõ tñ ꝓmittimus ꝙ euadat oẽm penaꝫ.
nam prius purgãdus est igne purgationis: q in
aliud seculum distulit fructũ cõuersionis. Hic
aũt ignis ⁊ si eternus nõ sit: miro tñ modo ẽ gra
uis: excellit. n. oẽm penam quam vnqꝫ passus
ẽ homo in hac vita. nunqꝫ in carne tãta iuenta ẽ
pena: lꝫ mirabilia passi sint martyres tormenta
⁊ multi neqter iniq tãta sustinuerit supplicia. stu
deat ergo quilibet sic delicta corrigere. vt post
mortem nõ oporteat talẽ penam tolerare. Que
dam. n. pctã sunt q̃ sunt mortalia ⁊ in pñia fiũt
venialia. nõ tñ statim sanata. Sepe. n. quidem
eger moreretꝛ: nisi medicaretꝛ: nec statim sanaꝛ.
Languet victurus: q prius erat moritur⁹. Qui
aũt impenitẽs moriꝛ: omnino moriꝛ: ⁊ eternali-
ter cruciabiꝛ. Qui. n. impenitẽs finiꝛ. si sp̃ viue-
ret: sp̃ peccaret: at dei est miserẽtis q operaꝛ fi-
nem peccantis: ob hoc etiam sine fine torqueꝛ
q: nunqꝫ ditaꝛ virtute: sp̃ plenus iniqtate: sp̃ si
ne charitate. torqueꝛ sine fine. Omnia ista ma
la deuitat pñia. que doloreꝫ semper expetit in
pena.

Replicatio de continuo dolore penitẽtis: ⁊
erubescentia cõfessionis. Cap. xix.

COntinue enim dolendum ẽ de
pctõ: qð decla-
rat ipa dictionis virtus. Penitere. n. est penaꝫ
tenere: vt semp̃ puniat in se vlciscẽdo: quod cõ-
misit peccãdo. Pena. n. ꝓprie dr̃ lesio que punit
⁊ vindicat: quod qsqꝫ cõmisit: Ille igiꝛ penaꝫ te
net q semp̃ vindicat quod cõmisisse dolet. Su-
pradictis itaqꝫ modis reqrat indulgẽtiam: qui
dolet de culpa. nõ erubescat cõfiteri pctã pctõ-
ri. Si. n. sacerdos pctã non haberet erubescere
posset q peccata sua ei manifestaret.

De sancta cõuersatione ⁊ discretione ⁊ dili-
genti inquisitione ⁊ beniuolentia: ⁊ cõpassione
sacerdotum. Cap. xx.

SAcerdos itaqꝫ cui ois ꝓferꝛ
peccator: ante
quem statuiꝛ ois languor: in nullo eorũ
sit iudicãdus: q̃ in alio iudicare est ꝓmptus. Iu-
dicans. n. alium q est iudicãdus condẽnat seip
suꝫ. Cognoscat igiꝛ se ⁊ purget in se qð alios vi
det sibi offerre: Caueat ergo vt a se abiecerit
qcqd in alio damnosum repperit. Animaduer
tat ꝙ qui sine peccato est: primus in eaꝫ lapidẽ
mittat. Ideo. n. liberauit peccatriceꝫ: q: nõ erat
qui iuste ꝓijceret lapidẽ. Quomodo lapidaret:
q se lapidãdum cognosceret: nullus. n. erat sine
peccato: in quo intelligiꝛ omnes crimine fuisse
reos. nam venialia semp̃ remittebanꝛ per ceri
monias. Si quod igiꝛ peccatum in eis erat: cri
minale erat. Deteriores itaqꝫ in hoc sunt sacer
dotes se prius nõ edificantes illis qui dñm ob-
seruabant insidijs. In hoc itaqꝫ patentissimum
est crimẽ sacerdotum: ⁊ vltra modum detesta-
bile: q nõ prius se iudicant: ⁊ alios alligãt. De-
berẽt. n. in se timere crimẽ: quod in alijs timue
runt: ⁊ detestabile senserunt. Illi qdem adeo ce
ci erant ꝙ summam sapiam sperabant capere
suis insidijs. Quod illis patuit: quod tũc quisqꝫ
vitauit: vitet sacerdos qui in hoc errore peior
illis iudeis extiterit. Caueat spũalis iudex: vt si
cut nõ cõmisit crimẽ nequitie: ita nõ careat mu
nere sciẽtie. Oportet. n. vt sciat cognoscere qc-
quid debet iudicare. Judiciaria. n. ptãs hoc ex-
postulat: vt quod debet iudicare discernat. Di
ligens igiꝛ inquisitor: subtilis inuestigator: sapiẽ
ter ⁊ quasi astute ĩterroget a peccatore: qð forsi
tan ignorat vel verecundia velit occultare. Co
gnito itaqꝫ crimine: varietates eius non dubi-
tet inuestigare: ⁊ locum ⁊ tp̃s ⁊ cetera que supra
diximus in exponẽdo eoruꝫ qualitates. Quib⁹
cognitis adsit beniuolus paratus erigere ⁊ secũ
onus portare. Habeat dulcedinem in affectio-
ne: pietatatem in alterius crimine: discretionẽ
in varietate. Adiuuet cõfitentem orãdo: elemo
synas dando: ⁊ cetera bona ꝓ eo faciẽdo. Sem
per eum iuuet leniẽdo: cõsolãdo: spem ꝓmitten-
do: ⁊ cũ op⁹ fuerit etiaꝫ increpãdo: doceat loquẽ-
do: istruat operãdo. Sit particeps laboris: qui

participes vult fieri gaudij. Doceat ꝑseueran-
tiam: caueat ne corruat ne iuste ꝑdat ptātez iu-
diciariam. Licet.n. pñia ei possit acqrere grām
nō tñ mox restituit in potestatem primam. Lȝ
eniȝ petrꝰ post lapsum restitutꝰ fuerit: ⁊ sepe la
psis sacerdotibꝰ reddita sit dignitatis ptās: nō
est tñ necesse vt omnibꝰ cōcedaꝛ quasi ex autori
tate. Inueniꝛ enim autoritas que cōcedit: ⁊ q̄si
imperat. Inueniꝛ alia que minime cōcedit: sȝ
vetat. Que rescripture nō repugnant: sed ꝯcor
dant. si tempus ⁊ locus ⁊ modus pñie pacē ad-
hibeant. Cum enim tot sunt q labunꝛ: vt pristi-
nam dignitatem ex autoritate defendāt: ⁊ quasi
ausum peccādi sibi faciant rescindenda ē spes
ista. Si vero locus est: vbi ista nō cōcurrant: re
stitui possunt q peccant. Itaqȝ pōtifex iustꝰ atqȝ
discretus nō cogiꝛ sacerdotes suos semꝑ abijce
re: nec mox resticuere: nisi statutum fuerit a ro-
mano pōtifice. Ex supradictis itaqȝ patet ꝙ pe
nitētia oibus vtilis ē: nec spem auferens: nec te-
meritatem cōcedens. sed digne ⁊ vere suscepta
ꝓmittit: nō solum indulgētiam: sed certa ꝓmia
Hec scribimus tibi studiosa veritatis ⁊ ama-
trix certitudinis: de vera pñia: veram a falsa se
perātes. Quam nobis det experimēto cogno-
scere ⁊ eius vsqȝ ad finem dulcedinem sentire:
qui tibi illustratione sui luminis prerogamē cō-
tulit bonitatis ⁊ in ip̄o stabilitatis in odorē sua
uitatis Amen.

Explicit Augustinus de vera ⁊ falsa peni-
tentia.

Incipit de cordis cōtritione eiusdē libellus.

Nihil certius morte: ac icer
tiꝰ hora mortis. Cogitemꝰ
ergo q̄ȝ breuis sit vita nr̄a.
q̄ȝ via lubrica: q̄ȝ mors cer-
ta: ⁊ hora mortis icerta. Co
gitemus quātis amaritu-
dinibus admixtum sit: siqd
dulce aut iocūdum: in medio huiꝰ vite occursu
nobis aliud: q̄ȝ fallax ⁊ suspectum: q̄ȝ instabile ⁊
trāsitorium est quicquid huiꝰ vite amor ꝑtur-
bat: qcqd species aut pulchritudo tēporalis ꝓ-
mittit. Cōsideremus etiā que sit patrie celestis
suauitas aut dulcedo: ⁊ attēdamus ⁊ ꝑpēdamꝰ
vnde cecidimus ⁊ vbi iaceamus: qd ꝑdidimꝰ
⁊ qd inuenimus: ⁊ ex vtroqȝ itelligamus quātū
nobis in hoc exilio lugēdum sit. Hinc.n. salo-
mon ait. Qui apponit sciam apponit dolorez.
Qr quāto magis qs itelligit mala sua: tāto am
plius suspirat ⁊ gemit. Meditatio siqdem pa-
rit cōsciam: cōscia cōpunctionem: cōpunctio de-
uotionem: deuotio cōmendat orōnem. Medita
tione assidua hō ad cognitionem sui illuminaꝛ
in cōpunctione vero ex cōsideratione malorum
suoꝝ cor intēso dolore tangiꝛ. Miser ego iquā-
tum deberem diligere deū meum q me fecit cū
nō eram: redemit cū ꝑierā. nō.n. eram: ⁊ de ni
hilo fecit me nō arborē: nō auē: nec aliqd̄ de aīa-
libus brutis: sȝ hoīez me voluit esse: dedit mihi
viuere sētire ⁊ discerneꝛ: Perierā: ad mortalē
descēdit imortalis: suscepit passionem suscepit
mortem: vicit: ⁊ sic me restaurauit: Sic grā eiꝰ ⁊
misericordia eius sꝑ ꝓuenit me. De multis etiā
periculis sepe liberauit me liberator meus: qñ
errabam corripuit me: qñ cōtristabar cōsolatꝰ ē
me: qñ desperabā cōfortauit me: qñ cecidi ere-
xit me: qñ steti tenuit me: qñ iui duxit me: qñ ad
eum veni suscepit me. Hec ⁊ multa alia fecit
mihi deꝰ meus: ꝓ quibus dulce est mihi sꝑ loq:
semꝑ cogitare: semꝑ grās agere: vt ꝓ oibus bñ-
ficijs suis possim eum laudare ⁊ amare. Pro
tum misericors ⁊ verax. nunqd semꝑ tacebis?
⁊ nõ eruis de hoc imanissimo ꝓfundo querẽtem
te aiam ⁊ sitiẽtem delectationes tuas: ⁊ cuiꝰ cor
dicit tibi: quesiui vultũ tuũ. vultũ tuũ dñe req
ram. nā iui longe a vultu tuo: in affectu tenebro-
so. nõ enim pedibꝰ aut spacijs locoꝝ itur abs te:
aut rediṫ a te. Aut vero filiꝰ ille tuꝰ minor equos
aut currus vel naues q̄siuit: aut auolauit penna
visibili: aut moto poplite iter egit: vt in longinq̄
regione viuēs ꝓdige dissiparet quod dederas ꝓ
ficiscenti. Dulcis pater qr dederas: ⁊ egeno re-
deunti dulcior. In affectu ergo libidinoso: id. n.
ē tenebroso: atqꝫ .i. longe a vultu tuo. Uide dñe
deꝰ: ⁊ patiẽter vt vides vide quõ diligẽter obs-
uent filij hoium pacta litteraꝝ ⁊ sillabaꝝ acce-
pta a prioribꝰ locutoribꝰ: ⁊ a te accepta eterna
pacta ꝑpetue salutis negligāt: vt q illa sonorum
vetera placita teneat aut doceat: si contra disci-
plinam grāmaticā sine aspiratione prime silla-
be hominē dixerit: magis displiceat hoibus: ꝗꝫ
si cõtra tua p̄cepta hoiem oderit cũ sit hõ. Quasi
vero quēlibet inimicũ hoiez perniciosiꝰ sentiat
ꝗꝫ ip̄m odium quo in eũ irritaṫ: aut vastet qsqꝫ ꝑ
sequēdo alium grauiꝰ: ꝗꝫ cor suũ vastat inimican
do. Et certe nõ est interior lr̄aꝝ scientia ꝗꝫ scri-
pta cõscientia id se alteri facere quod noluit pa
ti: Quā tu secretꝰ es habitans in excelsis in silē-
tio deus solus magnus: lege infatigabiliꝰ spar-
ges penales cecitates suꝑ illicitas cupiditates
Cũ homo eloquentie famam querit astans añ
hominez iudicez circũstante hoium multitudi

ne: inimicum suuz odio immanissimo insectās
vigilantissime cauet: ne per lingue errorem di
cat homines: ⁊ ne per mentis furorem homo-
nem auferat ex hominibus non cauet. Horum
ego puer moruz in limine iacebaz miser: ⁊ hu-
ius arene palestra erat illa vbi magis timebam
barbarissimuz facere: ꝗꝫ cauebam si facerē non
facientibus inuidere. Dico enim hec ⁊ cõfiteor
tibi deꝰ meus: in quibus laudabar ab eis: qui-
bus placere tunc mihi erat honeste viuere. nõ
enim videbam voraginez turpitudinis in quā
proiectus eram ab oculis tuis. nam in illis iam
quid me fedius fuit: vbi etiam talibꝰ displice-
bam fallendo innumerabilibus mēdacijs ⁊ pe
dagogum ⁊ magistros ⁊ parentes amore ludē-
di: studio spectandi nugatoria: ⁊ imitandi ludri
cam inquietudinez? Furta etiaz faciebaz de cel
lario parētum ⁊ de mensa: vel gula imperitāte:
vel vt haberez quod darem pueris: ludũ suum
mihi quo pariter vtiqꝫ delectabanṫ tamē ven-
dentibus. In quo etiam ludo fraudulentas vi-
ctorias: ip̄e vane excellentie cupiditate victus
sepe aucupabar. Quid aũt taz nolebam pati: at
qꝫ atrociter si deprehenderē arguebaz: ꝗꝫ id qđ
alijs faciebam: ⁊ si deprehēsus arguerer: seuire
magis ꝗꝫ cedere libebat. Ista ne est innocentia
puerilis? Nõ est dñe nõ est: oro te deꝰ meꝰ. naz
hec ip̄a sunt que a pedagogis ⁊ magistris: a nuci
bus ⁊ pilulis ⁊ passeribꝰ: ad prefectos ⁊ reges
aurum predia mācipia: hec ip̄a oĩno succedenti
bus maioribus etatibꝰ transeunt: sicuti ferulis
maiora supplicia succēdunt. Humilitatis ergo
signum in statura puericie rex noster ꝓbasti cuz
aisti: talium est regnum celoruz. Sed tamē dñe
tibi excellentissimo atqꝫ optimo cõditori ⁊ re-
ctori vniuersitatis deo nostro gr̄as: etiaz si me
pueꝝ tantuz esse voluisses. Eraz. n. etiaz tũc vi-
uebaz atqꝫ sentiebaz: meāqꝫ incolumitatem ve-
stigium secretissime vnitatis ex qua eram cure
habebam: custodiebaz interiore sensu integrita
tez sensuum meoruz: inqꝫ ipsis paruis paruarũ
qꝫ rerum cogitationibꝰ veritate delectabar. Fal
li nolebaz: memoria vigebaz: locutione instrue
bar: amicicia mulcebar fugiebaz dolorez: abie-
ctionem: ignorantiaz. Quid in tali animāte non
mirabile atqꝫ laudabile? At ista omnia dei mei
dona sunt: non mihi ego dedi hec: ⁊ bona sunt:
⁊ hec omnia ego. Bonus ergo est qui fecit me:
⁊ ipse est bonum meum: ⁊ illi exulto bonis om-
nibus quibus etiam puer eram: Hoc eniz pec-
cabaz ꝙ non in ipso: sed in creaturis eius me at
qꝫ ceteras voluptates: sublimitates: veritates
querebaz: atqꝫ ita irruebaz in dolores confusio
nes errores. Gratias tibi dulcedo mea ⁊ ho-
nor meus: ⁊ fiducia mea deus meus. Gratias ti

bi de donis tuis: sed tu mihi ea serua. Ita eniz seruabis me: ⁊ augebuntur ⁊ perficientur que dedisti mihi: ⁊ ero ipse tecuz: quia ⁊ vt sim tu dedisti mihi.

Explicit liber primus.

Incipit secundus.



Ecordari volo transactas feditates meas: ⁊ carnales corruptiones anime mee: nō q̄ eas amem: sed vt amez te deus meus. Amore amoris tui facio istud: recolens vias meas neqssimas in amaritudine recogitatiōis mee: vt tu dulcescas mihi dulcedo non fallax: dulcedo felix ⁊ secura: ⁊ colligēs me a dispersione in qua frustratim discissus sum: dū ab vno te auersus in multa euanui. Exarsi enim aliquādo satiari in inferis in adolescentia: ⁊ siluescere ausus sum varijs ⁊ vmbrosis amoribus: ⁊ contabuit species mea: ⁊ computrui coraz oculis tuis placēs mihi: ⁊ placere cupiēs oculis hoium. Et qd erat quod me delectabat: nisi amare ⁊ amari? Sed non tenebat modus ab animo vsq3 ad aium: quatenus est luminosus limes amicicie: sed exalabant nebule de limosa concupiscentia carnis ⁊ scatebra pubertatis: ⁊ obnubilabāt atq3 offuscabāt cor meuz: vt nō discerneret serenitas dilectionis a caligine libidinis. Utrūq3 incōfuso estuabat: ⁊ rapiebat imbecillez etatez ⁊ abrupta cupiditatum: atq3 mersabat gurgite flagitiorum. Inualuerat super me ira tua ⁊ nesciebaz. Obsurdueraz stridore cathene mortalitatis mee: pena supbie aie mee: ⁊ ibaz longius a te ⁊ sinebas: ⁊ iactabar ⁊ effundebar ⁊ diffluebam ⁊ ebulliebaz p fornicationes meas ⁊ tacebas. O tardū gaudiuz meuz. Tacebas tūc ⁊ ego ibā porro lōge a te in plurima ⁊ plura sterilia semina doloruz supba deiectione ⁊ ingeta lassitudine. Quis mihi moderaret erūnam meaz ⁊ nouissimarum rerum fugaces pulchritudines in vsum vertēt: earūq3 suauitatibus metas pfigeret vt vsq3 ad cōiugale litus exestuarēt fluctus etatis mee: si tranqllitas in eis nō poterat esse fine pcreandorum liberorum contēta: sicut pscribit lex tua dñe: q formas etiaz ppaginez mortalitatis nostre potens iponere leuē manū ad tēperamentū spinarū a paradiso tuo seclusarum. Nō. n. longe ē a nobis oipotētia tua: etiā cuz lōge sumus a te. Aut certe sonitū nubiū tuarum vigilantius aduerterē. Tribulationez aūt carnis habebūt huiusmodi. ego aūt vobis parco. Et bonū est hoi mulierem non tāgere. Et q sine vxore est cogitat ea q̄ sunt dei quō placeat deo. Qui aūt matrimonio iunctus est: cogitat ea q̄ sunt mūdi quō placeat vxori. Has ḡ voces exaudirē vigilantior: ⁊ abscisus pter regnuz celorum felicior expectarē amplexus tuos. Sed efferbui miser sequēs ipetum fluxus mei relicto te: ⁊ excessi oīa legitima tua: nec euasi flagella tua. Quis. n. hoc mortalium? naz tu sp aderas misericorditer seuiens ⁊ amarissimis aspgens offensionibus oēs illicitas iocunditates meas: vt ita qrerez sine offensione iocūdari: et vbi h possem nō iuenirez quicq3: pter te dñe: pter te q fingis dolorem in pcepto: ⁊ pcutis vt sanes: ⁊ occidis nos ne moriamur abs te. vbi erā ⁊ q̄3 longe exulabā a delitijs domus tue: anno illo sextodecimo etatis carnis mee. cū accepit in me sceptrum ⁊ totas manus ei dedi vesania libidinis licētiose p dedecus humanū: illicite autē p leges tuas: nō fuit cura meorum ruentē excipere me matrimonio: sed cura fuit tm̄ vt discerez sermonē facere q̄3 optimū ⁊ psuadere dictione. Et anno quidez illo intermissa erāt studia mea: dū mihi reducto a madauris in qua vicina vrbe iā ceperaz lrature atq3 oratorie pcipiende gr̄a peregrinari. lōginquioris apud carthaginez pegrinationis sumptus pparabātur: animositate magis q̄3 opibus patris municipis thagastēsis ad moduz tenuis. Cui narro hec. neq3. n. tibi deus meus: sed apud te narro hec generi meo generi humano: quātulacūq3 ex particula incidere pōt in istas meas lr̄as. Et vt qd hoc. Ut videlicet ego ⁊ qsqs hec legit: cogitemus de q̄3 pfundo clamāduz sit ad te. Et qd pprius auribus tuis si cor cōfitens ⁊ vita ex fide est: Quis eniz nō extollebat laudibus tunc hoiem patrez meum quod vltra vires rei familiaris sue ipenderet filio quicquid etiā longe peregrināti studiorum cā opus esset. Multorum eniz ciuiuz longe opulētiorum: nullum tale negociuz pro liberis erat. Cuz interea non satageret idez pater qualis crescerē tibi aut q̄3 castus essem: dūmodo essez disertus vel desertus potius a cultura tua deus: qui es vnus verus ⁊ bonus dñs agri tui cordis mei. Sed vbi sexto illo ⁊ decimo anno interposito ocio ex necessitate domestica feriatus ab omni schola cum parentibus esse cepi: excesserūt caput meum vepres libidinuz: ⁊ nulla erat eradicans manus. Quinimo vbi me ille pater in balneis vidit pubescentez: ⁊ inquieta indutuz adolescētia: quasi iaz ex hoc in nepotes gestiret: gaudens matri indicauit: gaudens vinolentia: in q̄ te iste mundus oblitus est creatorem suum: ⁊ creaturā tuā pro te amauit diuino inuisibili: peruerse atq3 inclinate in ima voluntatis sue. Sz matris in pectore iā inchoaueras templum tuuz: ⁊

exoꝛdium ſancte habitationis tue. nam ille ad
huc chatecuminus: ⁊ hec recẽs erat. Itaqȝ illa
exiliuit pia trepidatione ac tremoꝛe: ⁊ quãuis
mihi nundum fideli: timuit tñ vias diſtoꝛtas: i
quib⁹ ambulant qui ponũt ad te tergum: ⁊ nõ
faciem. Ei mihi ⁊ audeo dicere tacuiſſe te deus
meus cum irem abs te longius. Ita ne tu tace-
bas tunc mihi? Et cuius erant niſi ſua verba il-
la per matrem meam fidelem tuam que cãta-
ſti in aures meas. nec inde quicq̃ȝ deſcendit in
coꝛ meũ vt facerem illud. Uolebat. n. illa et ſe
creto memini vt monuerit cũ ſollicitudine igẽ
ti ne foꝛnicaret: maximeqȝ ne adulterarem cu-
iuſq̃ȝ vxoꝛẽ. qui mihi monitur muliebꝛes vi-
debantur: quibus obtemperare erudeſcerem.
Illi aũt tui erant ⁊ neſciebã ⁊ te tacere putabã
atqȝ illam loqui per quam mihi tu nõ tacebas
⁊ in illa contemnebaris a me filio ei⁹: filio ancil
le tue ſeruo tuo. Sed neſciebã: ⁊ pꝛeceps ibam
tanta cecitate: vt int̃ coetaneos meos puderet
me minoꝛis dedecoꝛis: q̃ȝ audiebam eos iactã
tes flagicia ſua: ⁊ tanto gloꝛiãtes magis quãto
magis turpes eẽnt. ⁊ libebat malũ facere non
ſolũ libidine facti: verũ ẽt laudis: quid dignum
ẽ vituperatiõe: niſi viciũ? Ego ne vituperarer
vicioſioꝛ fiebã: ⁊ vbi nõ ſuberat quo admiſſo
equarer perditis. fingebam me feciſſe qꝺ non
feceram: ne viderer abiectio quo erã innocen-
tioꝛ: ⁊ ne vilioꝛ haberet quo eram caſtioꝛ. Ecce
cũ quibus comitib⁹ iter agebã plateaꝝ babylo
nie: ⁊ volutabar in ſceno ei⁹ tanq̃ȝ in cinamõis
⁊ vnguentis pꝛecioſis: ⁊ in vmbilico ei⁹ quo te
nacius hererẽ. Calcabat me inimic⁹ inuiſibil̃
⁊ ſeducebat me: qꝛ ego ſeductilis eram. nõ. n.
⁊ illa que iã de medio babilõis fugerat: ſȝ ibat
i ceteris ei⁹ tardioꝛ mater carnis mee: ſicut mo
nuit me pudiciciã. ita curauit qꝺ de me a viro
ſuo audierat. Iãqȝ peſtilentioſum ⁊ in poſteruȝ
periculoſũ ſentiebat coercere termino cõiuga-
lis affect⁹ ſi reſecari ad viuũ nõ poterat. ñ cura-
uit hoc. quia met⁹ erat ne impediret ſpes mea
cõpede vxoꝛia. non ſpes illa quã in te futuri ſe-
culi habebat mr̃: ſed ſpes lr̃aꝝ q̃s vt noſſem ni-
mis volebat parẽs vterqȝ. Ille qꝛ de te pꝛope
nihil cogitabat: de me aũt inania: illa ãt qꝛ nõ
ſolũ nullo detrimẽto: ſȝ ẽt nonnullo adiumento
ad te adipiſcẽdũ ꝓfutura exiſtimabat vſitata il
la ſtudia doctrine. Ita enĩ coniicio recolens vt
poſſum moꝛes parentum meoꝛum. Relaxabã-
tur etiam mihi ad ludendũ habene vltra tẽpe-
ramẽtũ ſeueritatis in diſſolutionẽ affectionum
variaꝝ: ⁊ in oĩbus erat caligo intercludens mi
hi deus meus ſeueritatẽ veritatis tue: ⁊ ꝓdie-
bat tanquã ex adipe iniquitas mea. Furtuȝ cer
te punit lex tua dñe. ⁊ lex ſcripta in coꝛdib⁹ ho-

Compes[illegible] oria

minũ quã ne ipa qdẽ delet iniqtas. quis. n. fur
equo aĩo furẽ patit̃? Nec copioſus ad actuȝ in
opia. Et ego furtũ facere volui ⁊ feci nulla cõ
pulſus egeſtate: niſi penuria ⁊ faſtidio iuſticie ⁊
ſagina iniqtatis. naȝ id furat⁹ ſuȝ qꝺ mihi abũ
dabat ⁊ multo meli⁹. nec ea re volebã frui quã
furto appetebã: ſȝ ipo furto ⁊ pctõ. Arboꝛ erat
pirus in vicinia vinee nr̃e pomis onuſta nec
foꝛma nec ſapoꝛe illecebꝛoſis. Ad hanc excutien
dam atqȝ aſpoꝛtandã nequiſſimi adoleſcẽtuli ꝓ
rexim⁹ nocte intẽpeſta: quouſqȝ ludũ de peſtilẽ
tie moꝛe in areis ꝑduxeram⁹: ⁊ abſtulim⁹ inde
onera ingẽtia: nõ ad nr̃as epulas: ſed vel ꝓijciẽ
da poꝛcis: ẽt ſi aliquid inde comedim⁹: dũ tñ fie
ret a nobis ꝙ eo liberet quo nõ liceret. Ecce coꝛ
meũ de⁹ me⁹: ecce coꝛ meũ quod miſeratus es i
imo abyſſi. Dicat tibi nunc ecce coꝛ meũ quid
ibi q̃rebat vt eſſeȝ gratis malus. ⁊ malicie mee
cã nulla eẽt niſi malicia. Feda erat ⁊ amaui caȝ.
Amaui perire. amaui defectũ meũ. non illud ad
quod deficiebam: ſȝ defectũ meũ ipm amaui tur
pis aĩe ⁊ diſſiliẽs a firmamẽtũ tuo i exterminiũ
nõ de decoꝛe aliqd ſȝ dedec⁹ appetẽs. Etenim
ſpecies ẽ pulchꝛis coꝛpib⁹ ⁊ auro ⁊ argẽto ⁊ oĩ-
bus ⁊ in ꝯtactu carnis cõgruẽtia valet plurimũ
ceteriſqȝ ſenſib⁹ ẽ ſua cuiqȝ accõmodata modifi
catio coꝛpoꝝ: hȝ ẽt honoꝛ tꝑalis ⁊ imperitandi
atqȝ ſuꝑandi potẽtia ſuũ decus: vñ etiam vin-
dicte auiditas oꝛitur. ⁊ tñ in cũcta hec adipiſcẽ-
da non eſt egredienduȝ abs te domine. neqȝ de
uiandũ a lege tua. Et vita qua hic viuim⁹ hẽt
illecebꝛam ſuã pꝛopter quẽdam modum deco-
ris ſui ⁊ conueniẽtiam cũ his oĩb⁹ infimis pul-
chꝛis. Amicicia quoqȝ hoĩum caro nodo dulcis
ẽ ꝓpter vnitatem de multis animis. Pꝛopter
vniuerſa hec atqȝ huiuſmõi peccatum admitti
tur. dum immoderata in iſta inclinatiõe cuȝ ex
trema bona ſint melioꝛa ⁊ ſumma deſerũtur tu
domine deus noſter. ⁊ veritas tua. ⁊ lex tua. ha
bent enim ⁊ hec ima delectationes. ſed non ſi
cut deus meus: qui fecit oĩa: quia i ipſo delecta
tur iuſt⁹. ⁊ ipe ẽ delicie rectoꝛum coꝛde. Cũ itaqȝ
de facinoꝛe q̃rit̃ q̃ cã factum ſit: credi non ſolet
niſi cum appetitus adipiſcendi alicuius illoruȝ
bonoꝛum que infima diximus eſſe potuiſſe ap
paruerit: aut metus amittẽdi. Pulchꝛa ſunt. n.
⁊ decoꝛa: q̃ȝq̃ȝ pꝛe bonis ſuperioꝛibus ⁊ beatifi-
cis abiecta ⁊ iacentia. Homicidium fecit. Cur
fecit? Adamauit eius coniugem aut pꝛedium:
aut voluit depꝛedari vnde viueret: aut timuit
ab illo tale aliqd amitere: aut leſus vlciſci ſe ex
arſit. num homicidium ſine cauſa faceret ipſo
homicidio delectatus? quis crediderit? nam et
de quo dictum eſt vecoꝛdi ⁊ nimis crudeli ho-
mine ꝙ gratuito poti⁹ malus atqȝ crudelis erat

Predicta est tamē cā ne ꝑ ocium inquit torpesceret manꝰ aut animus. Quare id quoqꝫ? Cur ita? Ut. s. illa exercitatione scelerū capta vrbe honores iperia diuitias assequeretur ⁊ careret metu legum: ⁊ difficultate rerum ꝓpter iopiā rei familiaris: ⁊ cōscientiam scelerum. Nec ipe igiť catilina amauit facinora sua: sꝫ vtiqꝫ aliud cuius cā illa faciebat. Quid ego miser ī te amaui o furtum meū. o facinus illud meum nocturnum sextidecimi anni etatis mee? Non. n. pulchrum eras cū furtum esses. Aut vero aliquid es vt loquar ad te? Pulchra erant poma illa q̄ furati sumus: quoniam creatura tua erant pulcerrime oīum creator: oīum deus bone: deꝰ sūmum bonum ⁊ bonum verum meū. Pulchra erant illa poma. sed nō ipsa cōcupiuit aīa mea miserabilis. Erat enim mihi meliorꝝ copia: illa aūt decerpsi tm̄ vt furarer. Nam decerpta ꝓieci: epulatus inde solā iniqtatem qua letabar fruens. Nam ⁊ si qd illorꝝ pomorꝝ intrauit ī os meū: condimētum ibi facinus erat. Et nūc dn̄e deus meꝰ quero quid me in furto delectauerit: ⁊ ecce species nulla est. Nō dico sicut in equitate atqꝫ prudentia: sed neqꝫ sicut in mente hoīs atqꝫ memoria ⁊ sensibus ⁊ vegetante vita: neqꝫ sicut speciosa sunt sidera ⁊ decora locis suis: ⁊ terra ⁊ mare plena fetibꝰ qui succedūt nascendo dedecentibꝰ nō saltem vt est quedā defectiua species ⁊ vmbratica vitijs fallentibꝰ. Nā ⁊ superbia celsitudinem imitať cum tu sis vnus sup omnia deus excelsus. Et ambitio qd nisi honores querit ⁊ gliam: cum tu sis pre cunctis honorandus vnus ⁊ gloriosus in eternū: Et seuicia ptātum timeri vult. Quis aūt timendꝰ nisi vnꝰ deus? Cuiꝰ ptāti eripi aut subtrahi qd pōt: qn̄ ⁊ vbi: aut quo vł a quo pōt. Et blandicie lasciuientium amari volunt: sed neqꝫ blandius ē aliquid tua charitate: nec amatur quicq̄ salubriꝰ q̄ illa p̄ cūctis formosa ⁊ luminosa veritas tua. Et curiositas affectare videť studiū sciētie: cum tu oīa summe noueris. Ignorantia quoqꝫ ipsa atqꝫ stulticia simplicitatis ⁊ inocentie noīe tegitur: qꝛ te simplicius quicq̄ nō reperitur. Quid aūt te inocentius: quādoqdē opera sua malis inimica sunt? Et ignauia quasi qetem appetit. Que vero quies certa p̄ter dn̄m. Luxuria satietatē atqꝫ abūdātiā se cupit vocari: tu aūt es plenitudo ⁊ īdeficiens copia īcorruptibilis suauitatis. Effusio liberalitatis obtēdit vmbrā: sed bonorꝝ oīum largitor affluētissimus tu es. Auaricia multa possidere vult: ⁊ tu possides oīa. inuidia de excellētia litigat: qd te excellentiꝰ. Ira vindictā querit te iustius qs vindicat. Timor īsolita ⁊ repētina exhorrescit: rebꝰ que amanť aduersantia: dū precauet securitati. Tibi. n. qd insolitum qd repētinum. Aut qs a te seperat qđ diligis. Aut vbi nisi aduđ te firma securitas. tristicia rebꝰ amissis contabescit: qbus se oblectabat cupiditas: qꝛ ita sibi nollet sicut tibi auferri nihil pōt. Ita fornicať aīa cum auertiť abs te: ⁊ querit extra te ea que pura ⁊ liquida nō inuenit nisi cū redit ad te. Peruerse te imitanť oēs qui longe se a te faciūt: et extollunt se aduersum te: Sed etiam sic te imitando indicāt creatorē te esse oīs nature: ⁊ ideo nō esse quo a te oīmodo recedať. Quid ergo in illo furto ego dilexi: ⁊ in quo dn̄m meū vel vitiose atqꝫ ꝑuerse imitatus sum. An libuit facere cōtra legē: saltē fallacia qꝛ potētatu nō poteram: vt mācam libertatem captiuus imitarer: faciēdo impune: qđ nō liceret tenebrosa oīpotentie similitudine. Ecce est ille seruus fugiēs dn̄m suum: ⁊ cōsecutus vmbram. O putredo. O monstrū vite ⁊ mortis ꝓfūditas. Potuit ne libere qđ nō licebat nō ob aliud nisi qꝛ non licebat. Quid retribuam dn̄o qđ recolit hec memoria mea: ⁊ aīa mea nō metuit inde. Diligam te dn̄e: ⁊ grās agam ⁊ cōfitear noī tuo qm̄ tāta dimisisti mihi mala ⁊ nefaria opa mea. Grē tue deputo ⁊ misericordie tue: qꝙ peccata mea tanq̄ glaciē soluisti: gratie tue deputo ⁊ q̄cūqꝫ nō feci mala. Quid enim nō facere potui: q etiam gratuitū facinus amaui. Et oīa mihi dimissa esse fateor ⁊ que mea spōte feci mala: ⁊ q̄ te duce nō feci. Quis est hoīum: q suam cogitās īfirmitatem: audet viribꝰ suis tribuere castitatem atqꝫ inocētiam suam: vt minꝰ amet te: q̄si minus ei necessaria fuerit misericordia tua: qua donas peccata cōuersis ad te. Qui enim vocatus a te secutus ē vocem tuā: ⁊ vitauit ea q̄ me de meipō recordātem ⁊ fatentē legit: nō me derideat ab eo medico egrum sanari: a quo sibi p̄stitum ē vt nō egrotaret: vel potius vt minus egrotaret. Et ideo te tātūdē imo vero amplius diligat: qꝛ ꝑ quem me videt tātis peccatorū meorꝝ languoribꝰ exui: ꝑ eum se videt tātis peccatorꝝ languoribꝰ nō implicari. Quem fructum habui miser aliquādo in his que nunc recolēs erubesco: maxime in illo furto: in quo ipm furtum amaui nihil aliud: cum ⁊ ipsum esset nihil ⁊ eoipso ego miserior. et tamē solus id nō fecissem: sic recordor aīum tunc meum: solus oīmodo id nō fecissem: ergo ibi amaui etiam consortium eorum cum quibus id feci. Non ergo nihil aliud q̄ furtum amaui: imo vero nihil aliud qꝛ ⁊ illud nihil ē. Quid ē reuera. Quis ē qui doceat me: nisi qui illuminat cor meum: ⁊ discernit vmbras eius. Quid est quod mihi venit in mentem querere ⁊ discutere: ⁊ cōsiderare. quia si tunc amarem poma illa que furatus sum: ⁊ eis frui cuperem: possem etiā solus si satis esset

cōmittere illaz inīqtatez: quia ꝑuenirem ad vo
luptatem meam: nec confricatione consciorū
animorum accenderem pruritū cupiditatis mee
Sed quoniaz in illis pomis voluptas mihi nō
erat: ea erat in ip̄o facinore quam faciebat con
sortium simul peccantium. Quid erat ille affe-
ctus animi? Certe enim plane turpis erat ni-
mis: ⁊ ve mihi erat qui habebam illum. Sȝ ta
men quid erat? Delicta quis intelligit? Risus
erat: quasi titillato corde: ꝙ fallebamus eos: qui
hec a nobis fieri nō putabant: ⁊ vehemēter no-
lebant. Cur ergo eo me delectabat: quo id non
faciebam solus? An qꝛ etiaz nemo facile solus
ridet? Nemo quidem facile: sed tamē etiaz so
los ⁊ singulos hoīes: cum alius nemo presens ē
vincit risus aliquādo: si aliquid nimie ridiculū
vel sensibus occurrerit vel animo. At ego illud
solus nō facerem: nō facerem oīno solus: Ecce
est coram te deus meus viua recordatio anime
mee: solus nō facerem furtum illud: in quo me
nō libebat id quod furabar. sed qꝛ furabar quod
me solum facere prorsus nō liberet nec facerē. O
nimis inimica amicicia: seductio mentis inue-
stigabilis: ex ludo ⁊ ioco nocendi auiditas: ⁊ alie
ni dāni appetitus: nulla lucri mei: nulla vlciscē
di libidine. sed cum dr̄. eamus. faciamus. ⁊ pu
det nō esse impudētem. Quis exaperit istā tor-
tuosissimam ⁊ implicatissimam nodositatē. Fe
da est: nolo in eam intendere: nolo eam videre
Te volo iusticia ⁊ innocentia: pulchra ⁊ decora
honestis luminibus ⁊ isatiabili satietate. Qui-
es est apud te valde ⁊ vita imꝑturbabilis: Qui
intrat in te: intrat in gaudium dn̄i sui: ⁊ nō time
bit: ⁊ habebit se optime i optimo. Defluxi abs
te ego: ⁊ erraui deꝯ meus nimis deuius a stabili
tate tua in adolescentia: ⁊ factus sum mihi re-
gio egestatis.

Explicit liber secundus.

Incipit tertius.



Veni cartaginē ⁊ circūstrepebat me vndi
qȝ sartago flagiciosorum
amorꝝ. Nōdum amabā ⁊
amare amabam: ⁊ secre-
tiore indigētia oderā me
minus indigētem. Que-
rebam qd amarem amans amare. ⁊ oderaz se-
curitatē ⁊ viaz sine muscipulis. Qm̄ fames mi
hi erat intus ab īteriori cibo teip̄o deus meꝯ: ⁊
ea fame nō esuriebā: sed erā sine desiderio ali-
mētorꝝ icorruptibilium: nō qꝛ plenus eis eram
sed quo inanior eo fastidiosior: ⁊ ideo non bene
valebat aīa mea: ⁊ vlcerosa ꝓiciebat se foras
miserabiliter scalpi auida cōtractu sensibilium.
Sed si non haberēt aīam non vtiqȝ amarent.
Amare ⁊ amari dulce mihi erat: magis si etiam
amātis corpore fruerer. Venam igit amicicie
coinquinabam sordibus cōcupiscentie: cand o
rēqȝ eius obnubilabaz de tartaro libidinis: ⁊ tn̄
fedus atqȝ inhonestus elegās ⁊ vrbanus eē ge-
stiebaz abundanti vanitate. Rui etiam i amo
rem quo cupiebam capi. Deus meꝯ misericor
dia mea quāto felle mihi suauitatē illaz ⁊ qȝ bo-
nus aspersisti: qꝛ ⁊ amatus sum ⁊ ꝑueni occulte
ad vinculuz fruēdi: ⁊ colligebar letus erūnosis
nexibus vt cederer virgis ferreis ardentibꝯ ze-
li ⁊ suspitionum ⁊ timorꝝ ⁊ irarꝝ atqȝ rixarꝝ. Ra
piebāt me spectacula theatrica plena imagini
bꝯ miseriarum mearum ⁊ fomitibꝯ ignis mei.
Quid ē quod homo ibi vult dolere cuz spectat
luctuosa ⁊ tragica: que tn̄ pati ip̄e nollet? Et ta-
men pati vult ex eis dolorem spectator ⁊ dolor
ip̄e est voluptas eius. Quid ē nisi miserabilis i
sania? Nam eo magis eis mouet quisqȝ: quo
minus a talibꝯ sanus est affectibus: qȝqȝ cū ipse
patitur miseria: cum alijs cōpatit misericordia
dici solet. Sed qualis tādem misericordia i re-
bus fictis ⁊ scenicis? Nō enim ad subueniēduz
ꝓuocatur auditor: sed tm̄ ad dolēdum inuitat.
Et actori earꝝ imaginum amplius fauet: cū sam
plius dolet. Et si calamitates ille hoīum vl' an
tique vel false sic agant: vt qui spectat nō doleat
abscedit inde fastidiens ⁊ rep̄hendens. Si aūt
doleat: manet ītentus ⁊ gaudēs. Lachryme er
go amant ⁊ dolores. Certe oīs homo gaudere
vult. An cū miserum neminē esse libeat: libet
tn̄ esse misericordem. quod qꝛ nō sine dolore ē:
hac vna causa amātur dolores. Et hoc de illa ve
na amicicie ē. Sed quo vadit: quo fluit? Vt qd
decurrit in torrētem picis bulliētis estus ima-
nis terrarꝝ libidinum: in quo ip̄a mutat ⁊ verti
tur ꝑ nutum ꝓprium de celesti serenitate detor
ta atqȝ deiecta. Repudiet ergo misericordia? ne
quaqȝ. Ergo ament dolores aliquādo. Sed ca
ue imundiciam aīa mea sub tutore deo meo: deo
patrum nostrorꝝ: ⁊ laudabili ⁊ superexaltato in oīa
secula: caue imundiciam. Neqȝ enim nūc nō mi
sereor: sed tūc in theatris cōgaudebam amanti
bus: cum sese fruebant ꝑ flagicia: quāuis h̄ ima
ginarie gerent in ludo spectaculi: Cum autē sese
amittebant: quasi misericors ꝯtristabar: ⁊ vtrū
qȝ delectabat tamē. Nūc vero magis misereor
gaudentem in flagicio: qȝ velut dura ꝑpessuz de
trimento ꝑnitiose voluptatis ⁊ amissione mi-
sere felicitatis: Hec certe verior misericordia:
sed nō in ea delectatur cor. Nam ⁊ si approbat

officio charitatis q dolet miseruz:mallet tamē
vtiqȝ nō esse quod doleret qui germanitus mi-
sericors est. Si enim est maliuola beniuolētia
quod fieri nō pōt:potest ⁊ ille qui veraciter sin-
ceriterqȝ misereť cupere esse miseros vt mise-
reatur. Nōnullus itaqȝ dolor approbādus:nul
lus amādus est. Hoc enim tu dn̄e deus q aīas
amas:longe alteqȝ purius q̄ȝ nos ⁊ incorrupti-
biliꝰ misereris ꝙ nullo dolore sauciaris. Et ad
hec qs idoneus? At ego tunc miser dolere ama
bam:⁊ querebam vt esset quod dolerem:quan
do mihi in erūna aliena ⁊ falsa ⁊ saltatoria ea
magis placebat actio hystrionis:meqȝ allicie
bat vehemētius:qua mihi lachryme excutiebā
tur. quid aūt mirum:cuz infelix pecus aberrās
a grege tuo:⁊ impatiens custodie tue turpi sca-
bie fedarer? Et inde erāt dolorum amores nō q
bus altius penetrarer:nō enim amabam talia
perpeti qualia spectarem:sed qbus auditis ⁊ fi
ctis tanqȝ in supficie raderer:quos tamē quasi
vngues scalpētium feruidus tumor ⁊ tabes :⁊
sanies horrida cōsequebať. Talis vita mea:nū
quid vita erat deus meꝰ? Et circūuolabat sup
me fidelis a longe misericordia tua. In quātas
iniqtates distabui:⁊ sacrilegam curiositatem se
cutus sum: vt deserētez te deduceret me ad ima
infida ⁊ circūuentoria obsequia demonioꝝ: q-
bus imolabam facta mea mala:⁊ in omnibus
flagellabas me. Ausus sum etiam in celebrita-
te solennitatum tuaꝝ intra parietes ecclie tue
cōcupiscere ⁊ agere negociuz ꝓcurandi fructus
mortis. Unde me verberasti grauibꝰ penis:sed
nihil ad culpam meam. O tu p̄grandis miseri
cordia mea deus meus:refugium meū a terri-
bilibus nocētibus in qbus vagatus sum p̄fiden
ti collo ad lōge recedēdum a te:amās vias me
as ⁊ nō tuas:amans fugitiuam libertatez. Ha
bebāt ⁊ illa studia q̄ honesta vocabanť ductum
suum intuētem fora litigiosa: vt excellerem in
eis:eo laudabilior quo fraudulētior. Tāta ē ce-
citas hoīuz de cecitate etiam gloriātiuz. Et ma
ior iam erā in scola rhetoris:⁊ gaudebā superbe
⁊ tumebā typo q̄ȝ q̄ȝ longe sedatior:dn̄e tu scis:
⁊ remotꝰ oīno ab euersionibꝰ quas faciebāt euer
sores. Hoc enim nomē sceuum ⁊ diabolicū ve
lut insigne vrbanitatis ē. Inter quos viuebam
pudore impudēti:qr talis nō eram ⁊ cū eis erā
Et amicicijs eoꝝ delectabar aliquādo:a quoꝝ
semp factis abhorrebam: hoc ē ab euersionibꝰ
qbus ꝓterue insectabanť ignotoꝝ verecūdiam
quam ꝑturbarēt gratis illudendo atqȝ ide pascē
do maliuolas leticias suas. Nihil est illo actu
similius actibꝰ demonioꝝ. quid atqȝ verius q̄ȝ
euersores vocanť? Euersi plane prius ipi atqȝ
ꝑuersi deridentibꝰ eos ⁊ seducentibꝰ fallacibꝰ oc

culte spiritibꝰ in eoipo quo alios irridere amāt
⁊ fallere. Inter hos ego imbecilla tūc etate disce
bam libros eloquētie:in qua eminere cupiebā
fine dānabili ⁊ vētoso p gaudia vanitatis huma
ne. ⁊ vsitato iam discēdi ordine ꝑuenerā in libꝝ
quēdam cuiusdā ciceronis:cuiꝰ linguaz fere oēs
miranť:pectus nō ita. Sed liber ille ipius ex-
hortationē continet ad philosophiā:⁊ vocatur
hortēsius. Ille vero liber mutauit affectū meū
⁊ ad teipm dn̄e mutauit p̄ces meas ⁊ vota ac de
sideria mea fecit alia. Uiluit mihi repente ois
vana spes ⁊ imortalitatem sapie cōcupiscebaz
estu cordis incredibili:⁊ surgere iam ceperā vt
ad te redirē. non. n. ad acuēdam linguā:qd vi-
debar emere maternis mercedibꝰ:cū agerē an
num etatis vndeuigesimū:iam defūcto p̄re an̄
biēnium. non ergo ad acuēdam linguā referebā
illum librū:neqȝ mihi locutionē: sed qd loq̄ba
tur ꝑsuaserat. Quomō ardebā deꝰ meꝰ:qūo ar-
debā euolare a terrenis ad te: ⁊ nesciebam qd
ageres mecū. Apud te est. n. sapīa. Amor aūt
sapie nomen grecum hȝ phiam:quo me accēde
bant ille lr̄e. Sunt q seducāt p phiam magno ⁊
blando ⁊ honesto noīe colorantes ⁊ fucantes er
rores suos. Et ꝓpe omnes q ex illis:⁊ supra tē-
poribus tales erāt notātur in eo libro ⁊ demon
strātur:⁊ manifestatur ibi salutifera illa admo-
nitio spūs tui p seruum tuum bonum ⁊ pium.
Uidete ne quis vos decipiat per phiam ⁊ ina
nem seductionem ꝺm traditionem hoīum:ꝺm
elementa huius mundi:⁊ non ꝺm xp̄m: quia in
ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis cor
poraliter. Et ego illo tempore scis tu lumē cor
dis mei:quoniam nondum mihi hec apostoli-
ca nota erant:hoc tamen solo delectabar in illa
exhortatione ꝙ non illam aut illam sectam:sed
ipsam quecūqȝ esset sapientiam vt diligerem ⁊
querentem ⁊ assequerer:⁊ tenerem atqȝ ample
xarer fortiter excitabar ꝺmone illo:⁊ accende-
bar ⁊ ardebam:⁊ hoc solum me in tanta flagran
tia refrangebat:ꝙ nomen christi non erat ibi:
quoniam hoc nomen ꝺm misericordiam tuam
domine:hoc nomen saluatoris mei filij tui in ip
so adhuc lacte matris tenerum cor meum pie
biberat:⁊ alte retinebat:⁊ quicquid sine hoc no
mine fuisset quanuis litteratum ⁊ expolitum ⁊
veridicum non me totum rapiebat. Itaqȝ insti
tui animū intendere in scripturas sanctas: vt
viderem quales essent. Et ecce video rem nō
compertam superbis neqȝ nudatam pueris
sed incessu humilem:successu excelsam ⁊ vela-
tam mysterijs:⁊ non eram ego talis vt intrare
in eā possem aut inclinare ceruicez ad eius gres
sus. non enim sicut modo loquor ita sensi:cum
attēdi ad illā scripturā:sed visa mihi est idigna

quaꝫ tulliane dignitati cōpararem. Tumor.n.
meus refugiebat modum ei⁹:⁊ acies mea non
penetrebat interiora eius. Verūtamē illa erat
que cresceret cuꝫ paruulis:sed ego dedignabar
esse paruulis:⁊ turgidus fastu mihi grandis vi-
debar. Incidit itaqꝫ in hoīes sup̄be delirātes:⁊
carnales nimis ⁊ loquaces:in quoꝝ ore laquei
diaboli:⁊ viscum confectū cōmixtione syllabaꝝ
nois tui:sed ⁊ dn̄i nostri iesu xp̄i ⁊ paracliti con
solatoris nostri sp̄ūssancti. Hec.n.omnia nō re
cedebāt de ore eoꝝ:ſꝫ sonotenus ⁊ strepitu lin
gue ceterum cor inane veri. Et dicebant veri-
tas ⁊ veritas:⁊ multi eam dicebāt mihi:⁊ nus-
q̄ꝫ erat in eis:sed falsa loquebātur non de te tm̄
qui vere veritas es:sed etiam de istis elemen
tis huius mūdi creaturis tuis:de q̄bus etiā ve
ra dicētes ph̄os transgredi debui p̄ amore tuo
mi pr̄ summe bone pulchritudo pulchroꝝ om
nium. O veritas veritas:q̄ꝫ intime etiam tunc
medulle animi mei suspirabāt tibi:cum te illi
sonarēt mihi freq̄ēter ⁊ multipliciter voce so-
la ⁊ libris multis ⁊ ingentib⁹:⁊ illa erant fercu-
la in q̄bus mihi esurienti te.inferebant p̄ te sol
⁊ luna pulchra opera tua:sed tamē op̄a tua non
tu:nec ipsa prima. Priora.n.sp̄ūalia op̄a tua:
q̄ꝫ ista corporea:quāuis lucida ⁊ celestia. At ego
nec priora illa:sed teip̄am te veritas: in q̄ non
ē cōmutatio:nec momēti obumbratio: esuriebā
⁊ sitiebam:⁊ apponebātur adhuc mihi in illis
ferculis fantasmata splēdida:quib⁹ iaꝫ melius
erat amare istum solem saltē istis oculis verum
q̄ꝫ illa falsa animo decepto p̄ oculos: Et tamē
q: te potabam mādūcabam:nō auide quideꝫ
q: nec sapiebas in ore meo sicuti es:neqꝫ enim
tu eras illa figmēta inania:nec nutriebar ex eis:
sed exhauriebar magis. Cibus.n.in somnis si-
millimus ē cibis vigilātium:quo tamē dormiē
tes nō aluntˀ:dormiunt.n. At illa nec silia erāt
vllo modo tibi sicut nūc mihi locutus es:q: il-
la erāt corporalia fātasmata falsa corpora: q̄b⁹
certiora sunt vera corpora ista q̄ videmus visu
carneo siue celestia:siue terrestria cuꝫ pecudib⁹ ⁊
volatilib⁹. Videm⁹ hec:⁊ certiora sūt q̄ꝫ cū ima
ginamur ea.⁊ rursus certius imaginamur ea:
q̄ꝫ ex eis suspicamur alia grādiora ⁊ infinita:q̄
oīno nulla sunt:q̄lib⁹ ego tunc pascebar māib⁹ ⁊
n̄ pascebar. At tu amor me⁹ in quē deficio vt for
tis sim:nec ista corp̄a es que videm⁹ q̄ꝫ q̄ꝫ i ce-
lo:nec ea es que nō videmus ibi:q: tu ista con
didisti:nec in summis tuis cōditionibus abes
Quanto ergo longe es a fātasmatib⁹ illis meis
fātasmatibus corpoꝝ que oīno nō sunt:quibus
certiores sunt fātasie corpoꝝ eoꝝ que sunt:⁊ eis
certiora corpora:que tamē nō es.sed nec aīa es
que vita est corporum. Ideo melior vita corpo-
rum:certiorq̄ꝫ q̄ꝫ corpora. Sed tu vita es aīaꝝ
vita vitaruꝫ viuēs teip̄a:⁊ nō mutaris vita aīe
mee. Ubi ergo mihi tunc eras:⁊ q̄ꝫ lōge: Et lō
ge peregrinabar abs te exclusus:⁊ a siliq̄s por-
corum quos de siliquis pescebā: Quāto.n. me
liores grāmaticoꝝ ⁊ poetaꝝ fabelle q̄ꝫ illa deci-
pula. Nā versus ⁊ carmen ⁊ medea volās vti-
liores certe q̄ꝫ q̄nqꝫ elemēta varie fucata p̄pter
q̄nqꝫ antra tenebrarum:q̄ oīno nulla sunt ⁊ oc-
cidunt credētem. Nā versum ⁊ carnē etiam ad
vera pulmēta trāsfero. Volātem aūt medeam
⁊ si cātabam nō asserebam:⁊ si cātari audiebaꝫ
nō credebā:illa aūt credidi. Ve ve q̄b⁹ gradib⁹
deduct⁹ suꝫ in p̄fūda inferi:q̄ppe laborās ⁊ estu
ans inopia veri:cū te de⁹ meus. Tibi.n. confi-
teor qui me miseratus es:⁊ nōdum cōfitenteꝫ:
cum te nō ſm mētis itellectum:quo me presta
re voluisti belluis:sed ſm sensum carnis quere
rem. Tu aūt eras interior intimo meo:⁊ supe-
rior summo meo:offendi in illā mulierē auda-
cem inopem prudētie:enigma salomonis:se-
dētem sup̄ sellā in foribus ⁊ dicēteꝫ:panes ocul
tos libēter edite:⁊ aquā dulcem furtiuam bibi
te. Que me seduxit:q: inuenit foris habitātem
in oculo carnis mee:⁊ talia ruminātem apud
me:qualia p̄ illum vorassem: Nesciebam.n.ali
ud vere quod ē:⁊ quasi acutule mouebar vt suf
fragarer stultis deceptorib⁹ cum a me q̄rerent
vnde malū:⁊ vtrum forma corporea de⁹ finiretˀ
⁊ haberet capillos ⁊ vngues:⁊ vtrum iusti exi-
stimādi essent q̄ haberēt multas vxores simul
⁊ occiderent hoīes:⁊ sacrificarēt de animalibus
Quibus reb⁹ ignarus p̄turbabar:⁊ recedēs a ve
ritate:ire in eā mihi videbar:q: nō nouerā ma
lum nō esse nisi priuationem boni vsqꝫ ad quod
oīno nō ē: Quod vnde viderē:cuius videre vs-
qꝫ ad corpus erat oculis:⁊ aīo vsqꝫ ad fātasma.
Et nō noueram deum esse sp̄ūm:cui nō mēbra
essent p̄ longum ⁊ latum:nec cui moles esset:q:
moles in parte minor ē q̄ꝫ in toto suo:⁊ si infini
ta sit:minor ē in aliqua parte certo spacio defi-
nita q̄ꝫ p̄ infinitum:⁊ nō est tota vbiqꝫ sicut spiri
tus sicut deus. Et q̄d in nobis esset ſm q̄ esse-
mus siles deo:⁊ recte in scripturis diceremur
ad imaginē dei:p̄rsus ignorabā:⁊ nō nouerā iu
sticiam verā interiorē nō ex cōsuetudine iudicā
tem:sed ex lege rectissima dei oīpotentis:qua
formarentˀ mores regionum ⁊ dieꝝ p̄ regioni-
bus ⁊ dieb⁹:cum ip̄a vbiqꝫ ac semp̄ esset nō ali-
bi alia:nec alias aliter:ſm quaꝫ iusti essēt abraā
⁊ ysaac ⁊ iacob ⁊ moyses ⁊ dauid:⁊ illi oēs lau
dati ore dei:sed eos ab imperitis iudicari ini-
quos iudicātibus ex humano die:⁊ vniuersos
mores humani generis ex parte moris sui me
tientibus:tanq̄ꝫ si quis nescius in armamētis

quid cuiq3 membro accommodatum sit: ocrea velit caput contegi: et galea calciari: et murmuret quod nō apte cōueniat: aut in vno die indicto a pomeridianis horis iusticio quisq3 stomachet: non sibi concedi quid venale pponere: q2 mane cōcessum ē: aut in vna domo videat aliquis tractari manib9 a quoq3 seruo quod facere nō sinat qui pocula ministrat: aut aliqd post presepia fieri quod ante mēsam phibeat: et indignetur: cum sit vnum habitaculū et vna familia: non vbiq3 atq3 oibus idem tribui. Sic sunt isti qui indignant cū audierint illo seculo licuisse iustis aliqd: quod isto nō licet iustis: et q2 illis aliud pcepit deus: istis aliud p tēporalib9 causis: cū eidem iusticie vtriq3 serui erint: cū in vno hoie et in vno die: et in vnis edibus videant aliud alij membro congruere: et aliud iam dudu3 licuisse: et post horam non licere: quidam in illo angulo pmitti aut iuberi: quod in isto iuste vetetur et vindicet. Nunqd iusticia varia est et mutabilis? Sed tpa qbus presidet non pariter eunt tpa enim sunt. Homines aūt quorum vita sup terram breuis ē: quia sensu nō valent causas cōtexere seculo3 priorum aliarūq3 gētium: quas experti nō sunt cum his quas experti sūt in vno aūt corpore vel die vel domo facile possunt videre quid cui membro: qbus momētis: quibus partibus psonisue cōgruat. In illis offenduntur hic seruiunt. Hec ego tunc nesciebā et nō aduertebam: et feriebant vndiq3 ista oculos meos: et nō videbā. Et cantabam carmina: et nō mihi licebat ponere pedes quēlibet vbilibet: s3 in alio atq3 alio metro aliter atq3 aliter: et i vno aliquo versu: nō omnibus locis eūdem pedez. Et ars ipa qua canebam nō habebat aliud alibi: s3 oia simul. Et non intuebar iusticiam cui seruirent boni et sancti hoies: longe excellentius atq3 sublimius hr̄e simul omnia que precepit: et nulla ex parte variari: et tamē varijs tēporibus nō oia simul: sed ppria distribuētem ac pcipientem. Et rephendebam cecus pios patres: nō solu3 sicut deus iuberet atq3 inspiraret vtētes presentib9: verum quoq3 sicut de9 reuelaret futura pnunciantes. Nunqd aliquādo aut alicui iniustu3 ē diligere deum ex toto corde: ex tota anima: ex tota mente: et diligere primum tanq3 seipsum. Itaq3 flagicia que sunt cōtra naturam vbiq3 ac semp detestanda atq3 puniēda sunt: qualia sodomitarum fuerant. Que si oēs gentes facerent: eodem criminis reatu diuina lege tenerentur: que nō sic fecit hoies vt se illo vterent mō. Violatur quippe ipa societas que cū deo nobis esse debet: cum eadem natura: cuius ille auctor ē: libidinis puersitate polluitur. Que aūt cōtra mores hoium sunt flagicia: p moru3 diuersitate vitanda sunt: vt pactum inter se ciuitatis aut gētis cōsuetudine vel lege firmatum: nulla ciuis aut pegrini libidine violet. Turpis eni3 omnis pars ē vniuerso suo nō cōgruens. Cum aūt de9 aliqd contra morem aut pactum quorūlibet iubet: et si nunq3 ibi factum ē: faciendum est: et si omissum: instaurādum: et si institutum nō erat: instituēdum est. Si enim regi l3 in ciuitate cui regnat iubere aliqd: quod neq3 ante illum quisq3 nec ipe vnq3 iusserat: et nō cōtra societatem ciuitatis eius obtemperat: imo cōtra societatē nō obtemperat. Generale quippe pactum est societatis humane obedire regibus suis: quāto magis deo regnatori vniuerse creature sue ad ea que iusserit sine dubitatione seruiēdum est? Sicut enim in ptātibus societatis humane maior ptās minori ad obediēdū pponitur: ita de9 oibus. Item in facinorib9 vbi libido est nocendi siue p cōtumeliam siue p iniuriam: et vtrūq3 vel vlciscendi causa: sicut inimico inimicus: vel adipiscendi alicui9 extra cōmodi: sicut latro viatori: vel euitādi mali: sicut ei q timetur: vel inuidēdo: sicut feliciori miserior: aut in aliquo psperatus ei quem sibi equari timet: aut equale3 dolet: vel sola voluptate alieni mali: sicut spectatores gladiatoru3 aut irrisores aut illusores quorūlibet. Hec sunt capita iniqtatis: q pullulant principādi et spectandi et sentiēdi libidine: aut vna aut duab9 earum aut simul omnib9. Et viuitur male aduersus tria et septem: psalteriū decem chordarum decalogum tuum: de9 altissime et dulcissime. Sed que flagicia in te q non corrumperis? Aut que aduersus te facinora cui noceri nō pōt? S3 hoc vindicas quod in se homines ppetrant: q2 etiam cum in te peccant impie faciunt in animas suas: et mentitur iniqtas sibi: siue corrumpendo ac puertendo natura3 suam quam tu fecisti et ordinasti: vel immoderate vtendo concessis rebus: vel in nō cōcessa flagrando in eum vsum qui est cōtra naturam: aut rei tenētur animo et verbis seuientes aduersus te et aduersus stimulum calcitrantes: aut cū diruptis limitibus humane societatis letātur audaces priuatis cōciliationibus aut direptionibus put quiq3 delectauerit aut offenderit: et ea fiunt cum tu derelinqueris fons vite: q es vnus et verus creator et rector vniuersitatis: et priuata supbia diligitur in parte vnu3 falsum. Itaq3 pietate humili reditur in te et purgas nos a cōsuetudine mala: et ppicius es peccatis cōfitentium: et exaudis gemitus cōpeditoru3: et soluis a vinculis que nobis fecimus: si iam nō erigam9 aduersus te cornua false libertatis auaricia plus habendi: et damno totum amittendi amplius amando pprium nostrum q3 te omnium bonu3.

Sed inter flagicia ⁊ facinora ⁊ tã multas iniquitates sunt pctã proficiẽtium: que a bene iudicãtibus ⁊ vituperãtur ex regula perfectionis ⁊ laudãtur spe frugis sicut herba segetis. Et sũt quedam similia vel flagicio vel facinori: ⁊ non sunt peccata: qꝛ nec te offendunt dñm ⁊ deum nostꝝ: nec sociale cõsortium cum cõciliãtur aliqua in vsum vite congrue tempori: ⁊ icertum est an libidine habendi aut puniunt corrigẽdi studio potestate ordinata: ⁊ icertum est an libidine nocẽdi. Multa itaqꝫ fcã que hoĩbus improbãda videntur testimonio tuo approbata sunt: ⁊ multa laudata ab hoĩbus te teste dãnãtur: cum sepe se aliter habet species facti: ⁊ aliter facientis animus: atqꝫ articulus occulti tẽporis. Cum vero aliquid tu repente inusitatum ⁊ iprouisum imperas: etiã si hoc aliqñ vetuisti: quãuis cãm ĩperij tui pro tẽpore occultes: ⁊ quãuis cõtra pactũ sit aliquorum hoĩum societatis: quis dubitet esse faciẽdum quãdo ea iusta est societas hoĩuz que seruit tibi. Sed beati qui te imperasse sciunt. Fiunt enim omnia a seruientibꝰ tibi: vel ad exhibẽdum quod ad pñsens opus ẽ: vel ad futura prenunciãda. Hec ego nesciens: irridebã illos sanctos seruos ⁊ pphetas tuos. Et qd agebã cum irridebã eos: nisi vt irriderer abs te sensim atqꝫ paulatim: pductus ad eas nugas vt crederem ficum plorare cum decerpitur ⁊ matrez eius arborem lachrymis lacteis? Quã tamẽ ficum si comedisset aliquis sanctꝰ alieno sane nõ suo scelere decerptam: misceret visceribus: ⁊ anelaret de illa ãgelos: imo vero particulas dei gemẽdo in oĩone atqꝫ ructãdo: q̃ pticule summi ⁊ veri dei ligate fuissent in illo pomo: nisi electi sancti dente ac ventre soluerentur. Et credidi miser magis esse misericordiã prestãdam fructibus terre q̃ꝫ hominibus ppter quos nascerent̃. Si quis enim esuriens peteret qui manicheus nõ esset: quasi capitali supplicio dãnanda buccella videret̃ si ei daretur. Et misisti manum tuam ex alto: ⁊ de hac pfunda caligine eruisti aĩaz meam: cum p me ploraret ad te mea mater fidelis tua amplius q̃ꝫ flent matres corporea funera. Uidebat enim illa mortem meaz ex fide ⁊ spiritu quem habebat ex te: ⁊ exaudisti eã dñe. Exaudisti eam nec desperisti lachrymas eiꝰ: cũ profluẽtes regarent terrã sub oculis eius: in omni loco oĩonis eius: ⁊ exaudisti eã. Nam vnde illud somnium quo eã consolatus es vt viuere me secum crederet: ⁊ habere mecum eãdẽ mẽsam in domo: quod nolle ceperat aduersans: ⁊ detestans blasphemias erroris mei? Uidit.n. se stantem in quadam regula lignea: ⁊ aduenientem ad se iuuenem splendidum hilarez atqꝫ arridentem sibi: cuz illa esset merens ⁊ merore cõfecta. Qui cum causas ab ea quesisset mesticie sue: quotidianarũqꝫ lachrymarum docendi: vt assolet non discendi gratia: atqꝫ illa respondisset perditionem meam se plangere: iussisse illuz ꝙ secura esset atqꝫ admonuisse vt attenderet: ⁊ videret vbi esset illa ibi eẽ ⁊ me. Quod illa vbi attendit vidit me iuxta se in eadem regula stãtem. Unde hoc: nisi quia erant aures tue ad cor eius? O tu bone omnipotẽs: qui sic curas vnũquẽqꝫ nostrum tanq̃ꝫ solum cures: ⁊ sic omnes tanq̃ꝫ singulos. Unde illud etiam ꝙ cum mihi narrasset ipm visum: ⁊ ego ad id trahere conarer: vt illa se potius non desperaret futuraz esse quod eram: continuo sine aliqua hesitatione non inquit: nõ enim mihi dictum est vbi ille ibi ⁊ tu: sed vbi tu ibi ⁊ ille. Confiteor tibi domine recordationem meam quãtum recolo: ꝙ sepe non tacui: amplius me isto per matrem vigilantem rẽsponso tuo. ꝙ tam vicina interpretationis falsitate turbata non est: ⁊ tam cito vidit quod videndum fuit: quod ego certe anteq̃ꝫ dixisset non videram: etiam tum fuisse cõmotum q̃ꝫ ipso somnio: quo femine pie gaudiũ tãto post futurum ad cõsolationez tunc presentis sollicitudinis: tãto ante predictum est. Naz nouem ferme anni secuti sunt: quibus ego in illo limo profundi ac tenebris falsitatis: cum sepe surgere conarer: ⁊ grauius allidererer volutatus sum: cum tñ illa vidua casta pia ⁊ sobria quales amas: iam quidez spe alacrior: sed fletu ⁊ gemitu non signior: nõ desineret horis omnibꝰ orationum suarũ de me plangere ad te: ⁊ intrabãt in cõspectum tuuz preces eius: ⁊ tamen me dimittebas adhuc volui ⁊ inuolui in illa caligine Et dedisti alterum responsuz interim quod recolo. Nam ⁊ multa pretereo ppter quod ppero ad ea que me magis vrgent confiteri tibi: ⁊ multa non memini. Dedisti ergo alterum p sacerdotem tuum quendam episcopum nutritũ in ecclesia ⁊ exercitatum in libris tuis. Quem cum illa femina rogasset vt dignaretur mecum colloq ⁊ refellere errores meos: ⁊ dedoceret me mala ac doceret bona: faciebat eniz hoc si quos forte idoneos inuenisset: noluit ille prudenter sane quãtum sensi postea. Respondit.n. adhuc esse indocilem: eo ꝙ inflatus essem nouitate heresis illius: ⁊ nõnullis questiunculis iam multos imperitos exagitassem sicut illa indicauerat ei: Sed sine inquit illum ibi: ⁊ tantuz roga pro eo dñm: ipse legendo reperiet quis ille sit error ⁊ quãta impietas. Simul etiam narrauit se quoqꝫ paruuluz a seducta matre sua datum fuisse manicheis: ⁊ omnes pene non legisse tantum: verũetiam scriptitasse libros eorum: sibiqꝫ apparuisse nullo contra disputante ⁊ conuin-

cente q̄ esset illa secta fugienda : itaq3 fugisse. Que cum ille dixisset: atq3 illa nollet acquiesce re: sed instaret magis deprecando: ꝛ vbertim flendo vt me videret ꝛ mecum dissereret: ille iam substomachans tedio vade inquit a me: ita viuas: fieri eniз non potest vt filius istarum lachrymaruз pereat. Qđ illa ita se accepisse inter colloquia sua mecuз sepe recordabatur: ac si de celo sonuisset.

Explicit liber tertius.

Incipit quartus.



Per idem tempus annorum nouem ab vndeuigesimo anno etatis mee vsq3 ad duodetrigesimuз seducebamur: ꝛ seducebamus: falsi atq3 fallentes in varijs cupiditatibus: ꝛ palaз per doctrinas quas liberales vocant: occulte autem falso nomine religionis: hic superbi: ibi superstitiosi: vbiq3 vani ac popularis glorie sectantes inanitatem vsq3 ad theatricos plausus ꝛ contentiosa certamina ꝛ agonem coronarum feneарum ꝛ spectaculorum nugas: ꝛ intemperantiam libidinum. Illac auteз purgari nos ab istis sordibus expetentes cum eis qui appellarentur electi ꝛ sancti: afferebamus escas de quibus nobis in officina aqualiculi sui fabricarent angelos: ꝛ deos per quos liberaremur: ꝛ sectabar ista atq3 faciebam cum amicis meis per me ac mecum deceptis. Irrideant me arrogantes ꝛ nondum salubriter prostrati: ꝛ elisi a te deus meus: ego tamen confitear tibi dedecora mea in laude tua Sine me obsecro: ꝛ da mihi circuire presenti memoria preteritos circuitus erroris mei: ꝛ immolare tibi hostiam iubilationis. Quid enim sum ego mihi sine te: nisi dux in preceps? Aut quid sum cum mihi bene est: nisi sugens lac tuum: aut fruens te cibo qui non corrumpit? Et quis homo est quilibet homo cum sit hō? Sed irrideant nos fortes ꝛ potentes. Nos auteз infirmi ꝛ inopes confiteamur tibi. Docebaз in illis annis arteз rhetoricaз: ꝛ victoriosam loquacitateз victus cupiditate vendebaз. Malebaз tñ dñe tu scis bonos hr̄e discipulos sicut appellantur boni: ꝛ eos sine dolo docebaз dolos: non in quibus cōtra caput innocentis agerent: sed aliquādo pro capite nocētis. Et tu deus vidisti de longinquo lapsantem in lubrico: ꝛ in multo fumo scintillantē fidem meaз quaз exhibebaз in illo magisterio diligentib⁹ vanitatē: ꝛ querentibus mendacium socius eoruз. In illis annis vnam habebaз nō eo q̄ legitimuз vocat̄ coniugio cognitam: sed quā indagauerat vagus ardor inops prudentie. Sed vnaз tamē ei quoq3 seruans thori fidē: in qua sane experirer exēplo meo quid distaret inter cōiugalis placiti modū quod federatū esset generandi grā: ꝛ pactū libidinosi amoris: vbi proles etiaз cōtra votuз nascit̄: quāuis iam nata cogat se diligi. Recolo etiam cū mihi theatrici carminis certameз inire placuisset: mādasse mihi nescio quē aruspiceз qd ei dare vellem mercedis vt vincereз: me autem feda illa sacramēta detestatum ꝛ abominatum rn̄disse: nec si corona illa esset imortalit̄ aurea: muscam ꝑ victoria mea necari sinereз. necaturus. n. erat ille in sacrificijs suis aiantia: ꝛ illis honorib⁹ iuitaturus mihi suffragatura demonia videbatur. Sз hoc quoq3 malū nō ex tua charitate repudiaui de⁹ cordis mei. nō. n. amare te noueram: q nisi fulgores corporeos cogitare nō noueram. Talibus. n. figmētis suspirās aīa: nōne fornicat̄ abs te: ꝛ fidit in falsis: ꝛ pascit ventos? Sed videlicet sacrificari ꝑ me nollem demonibus: qbus me illa supstitione ipē sacrificabā. quid est. n. aliud ventos pascere: q̄ ipsos pascere: hoc est errādo eis esse voluptati atq3 derisui. Ideoq3 illos planetarios: quos mathematicos vocant plane cōsulere nō desistebaз: q̄ q̄si eis nullum esset sacrificiuз: ꝛ nulle p̄ces ad aliquem spiritum ob diuinationeз dirigerent̄: qđ tamen xp̄iana ꝛ vera pietas conseqnēter repellit ꝛ dānat. Bonum est enim cōfiteri tibi dn̄e: ꝛ dicere miserere mei: cura aīam meam: quoniaз peccaui tibi: neq3 ad licētiam peccādi abuti indulgentia tua: sed meminisse dn̄ice vocis. Ecce sanus factus es: iam noli peccare: ne qd tibi deterius cōtingat. quam totam illi salubritateз interficere conant̄ cum dicunt: De celo tibi est inevitabilis causa peccandi: ꝛ venus hoc fecit aut saturnus aut mars: s. vt homo sine culpa sit caro ꝛ sanguis: ꝛ superba putredo: culpandus sit autem celi ac syderum creator ꝛ ordinator. Et quis est hic nisi deus noster: suauitas: ꝛ origo iusticie: qui reddis vnicuiq3 secūdum opera ei⁹ ꝛ cor contritum ꝛ humiliatum non spernis? Erat eo tempore vir sagax medicine artis peritissimus atq3 in ea nobilissimus: qui pro consule manu sua coronam illam agonisticam ipo suerat nō sano capiti meo: sed nō vt medicus. nam illius morbi tu sanator qui resistis supbis: humilibus aūt das grām. nunqd tamē etiam ꝑ illū seneз defuisti mihi: aut destitisti mederi aie mee? Quia. n. factus ei eram familiarior: ꝛ eius sermonib⁹: erāt enim sine verboꝝ cultu viuaci-

tate sniaꝝ iocundi ⁊ graues: assiduus ⁊ fixus in
herebaꝫ. Ubi cognouit ex colloqui o meo libris
genethliacorum esse me deditum: benigne: ac
paterne me monuit: vt eos abijcerem: neqꝫ cu
ram ⁊ operam rebus vtilibꝰ necessariam illi va
nitati frustra īpenderem: dicēs ita se illam didi
cisse: vt victus eius ꝓfessionē primis annis eta
tis sue deferre voluisset qua vitam degeret: ⁊ si
hyppocratem ītellexisset: ⁊ illas vtiqꝫ lr̄as po-
tuisset intelligere: ⁊ tñ nō ob aliaꝫ cām se postea
illis relictis medicinam assecutū: nisi ꝙ eas fal
sissimas cōperisset: ⁊ nollet vir grauis decipien
dis hoībꝰ victuꝫ querere. At tu inquit quo te in
hominibꝰ sustentas rhetoricam tenes: hanc aūt
fallaciam libero studio nō necessitate rei fami-
liaris sectaris: quo magis mihi ꝑ te oportet de il
la credere q eam tā perfecte discere elaboraui
ꝗꝫ ex ea sola viuere volui. A quo ego cum quesis
sem que cā ergo faceret vt multa inde vera ꝓ-
nunciarent. respōdit ille vt potuit: vim sortis h
facere in rerum natura vsqꝫquaqꝫ diffusaꝫ. Si
enim de paginis poete cuiuspiam longe aliud
canētis atqꝫ intendentis cū forte quis consulit
mirabiliter ꝯsonus negocio sepe versus exiret
mirandū nō esse dicebat: si ex aīa humana supe-
riore aliquo instinctu nesciente quid in se fieret
nō arte: sed sorte sonaret aliqd quod interrogā-
tis rebꝰ factisqꝫ cōcineret. Et hoc qdem ab illo
vel ꝑ illum ꝓcurasti mihi: ⁊ quid ipe postea per
meipm̄ quererem in memoria mea delimasti.
Tunc aūt nec ipe nec clarissimus meus nebridi
us adolescens valde bonꝰ ⁊ valde cautꝰ irridens
totum illud diuinationis genus ꝑsuadere mi-
hi potuerunt vt hec abijcerem: qm̄ me amplius
ipoꝝ auctoꝝ mouebat auctoritas: ⁊ nullum cer
tum quale querebā documētum adhuc inuene
ram: quo mihi sine ambiguitate appareret que
ab eis cōsultis vera dicerent forte nō arte ispe-
ctoꝝ siderum dici. In illis annis quo primo tē
pore in municipio quo natus sum docere cepe
ram: cōparaueram amicuꝫ societate studioꝝ ni
mis charꝝ: coeuum mihi ⁊ cōflorentē flore ado-
lescentie. Mecū puer creauerat: ⁊ pariter i sco-
lam ieramus: pariterqꝫ luseramꝰ: Sed nondū
erat sic amicus: ꝗꝫ ꝗꝫ ne tūc quidē sicuti est vera
amicicia: qꝛ nō est vera: nisi cuꝫ eam tu aggluti-
nas inter inherētes tibi charitate diffusa in cor
dibꝰ nostris ꝑ spūsctm̄ qui datꝰ est nobis: Sꝫ tñ
dulcis erat nimis cocta feruore pariliū studioꝝ
Nā ⁊ a fide vera quā si germanitꝰ ⁊ penitꝰ ado-
lescens tenebat: deflexerā eū in supersticiosas fa
bellas ⁊ ꝑniciosas: ꝓpter ꝗs plangebat me ma
ter mea: cū iā errabat in aīo ille homo: ⁊ nō po-
terat aīa mea sine illo. Et ecce tu īminens dorso
fugitiuoꝝ tuorum: deus vltionum ⁊ fons mise
ricordiarum simul qui cōuertis nos ad te miris
modis ecce abstulisti hoīem de hac vita: cū vix
expleuisset annum in amicicia mea: suauis mi-
hi super omnes suauitates illiꝰ vite mee: Quis
laudes tuas enumerat: vnus in se vno: quas ex
pertus est: Quid tunc fecisti deus meus: ⁊ ꝗꝫ in
uestigabilis abyssus iudiciorum tuorum: Cuꝫ
enim laboret ille febribus: iacuit diu sine sensu
in sudore letali. Et cum desperaretur baptiza
tus est nesciens: me non curante: ⁊ presumente
id retinere potius aīam eius quod a me acce-
perat: nō quod in nesciētis corpore fiebat. Lon-
ge autem aliter erat. naꝫ recreatus est ⁊ saluus
factus. Statimqꝫ vt primuꝫ cū eo loqui potui:
potui aūt mox vt ille potuit: qm̄ nō discedebam
⁊ nimis pendebamus ex inuicem. Temptaui
apud illum irridere: tanꝗꝫ ⁊ illo irrisuro mecuꝫ
baptismū quem acceperat mente atqꝫ sensu ab
sentissimus: sed tamen iam se accepisse didice-
rat. At ille ita me exhorruit vt inimicuꝫ: admo
nuitqꝫ mirabili ⁊ repentina libertate: vt si ami-
cus esse vellem: tala sibi dicere desinereꝫ: Ego
auteꝫ stupefactus atqꝫ turbatus distuli omnes
motus meos vt conualesceret priꝰ: essetqꝫ ido-
neus viribus valitudinis: cum quo agere pos-
sem quod vellem. Sed ille abreptus dementie
mee: vt apud te seruaretur ꝯsolationi mee: post
paucos dies me absente repetitur febribus: ⁊
defungitur. Quo dolore contenebratum est cor
meum: ⁊ qcquid aspiciebaꝫ mors erat. Et erat
mihi patria supplicium: ⁊ paterna domus mi-
ra infelicitas: ⁊ quicquid cum illo cōmunicaue
ram sine illo in cruciatum immanem vertebat.
Expetebant eū vndiqꝫ oculi mei ⁊ nō dabatur:
⁊ oderam oīa qꝛ nō haberent eū. Nec mihi iaꝫ
dicere poterant: ecce veniet: sicut cum viueret qn̄
absens erat. Et factus eram ipe mihi magister
questio: ⁊ interrogabā aīam meaꝫ: quare tristis
esset: ⁊ quare cōturbaret me valde: ⁊ nihil noue
rat rn̄dere mihi. Et si dicebam: spera in deo: iu-
ste nō obtēperabat: qꝛ verior erat ⁊ melior hō
quem carissimum amiseraꝫ: ꝗꝫ fantasma in qd
sperare iubebatur. Solus fletus erat dulcis mi
hi: ⁊ successerat amico i delicijs animi mei. Et
nunc dn̄e iam illa trāsierunt: ⁊ tēpore lenituꝫ est
vulnus meuꝫ. Possum ne audire abs te q veri
tas es: ⁊ admouere aurem cordis mei ori tuo:
vt dicas mihi cur fletus dulcis sit miseris: An
tu quāuis vbiqꝫ assis: lōge abiecisti a te miseriā
nostram: Et tu in te manes: nos aūt in experi-
mētis voluimur: Et tñ nisi ad aures tuas plora
remus: nihil residui de spe nostra fieret. Unde
igitur suauis fructus de amaritudine vite car-
pitur gemere ⁊ flere ⁊ suspirare: ⁊ cōqueri: An h
ibi dulce est: ꝙ speramus exaudire te: Recte

istud in precibus: qr desiderium pueniendi ha-
bent:, Nunqd in dolore amisse rei ⁊ luctu quo
tunc operiebar? Neqz enim sperabam reuiui-
scere illum: aut hꝰ petebam lachrymis: sed tm̄
dolebam ⁊ flebam. Miser.n.eram: ⁊ amiseraz
gaudium meū. An ⁊ fletus res amara ē pre fa-
stidio rex qbus prius fruebamur: ⁊ dum tūc ab
eis abhorremus delectat? Quid aūt ista laquor
Nō.n.tempus querēdi nūc est: sed cōfitēdi tibi
Miser.n.eram: ⁊ miser est oīs animus vinctꝰ
amicitia rex mortaliuz: ⁊ dilaniat cū eas amit
tit: ⁊ tūc sentit miseriam qua miser est ⁊ anteqz
amittat eas. Sic enim ego eram illo tempore
⁊ flebam amarissime: ⁊ regescebam in amari-
tudine. Ita miser eram: ⁊ habebam chariorem
illo amico meo vitam ipam miseram. Nā quā
uis eam mutare vellez: nollem tm̄ amittere ma
gis qz illum. Et nescio an vellem vel p illo sicut
de horeste ⁊ pilade tradit si nō fingit: q vellēt p
inuicez vel simul mori: que morte peiꝰ eis erat
nō simul viuere. Sed in me nescio qs affectꝰ ni-
mis huic cōtrarius ortus erat: ⁊ tedium viuen
di erat in me grauissimū: ⁊ moriēdi metus. Cre
do quo magis illum amabam: eo magis mortē
q mihi eum abstulerat tanqz atrocissimam ini-
micam oderā ⁊ timebā: ⁊ eā repente cōsumptu
rā oēs hoīes putabam: qr illum potuit. Sic erā
oino memini. Ecce cor meū deus meꝰ: ecce in-
tus vide: qr memini spes mea q me mundas a
talium affectionum imundicia: dirigēs oculos
meos ad te: ⁊ euellēs de laqueo pedes meos:
Mirabar.n.ceteros mortales viuē: qr ille quē
quasi nō moriturū dilexeram: mortuꝰ erat: ⁊ me
magis: qr illi alter eram viuere illo mortuo mi
rabar: Bene qdam dixit de amico suo: dimidi-
um aīe mee. Nam ego sensi aīam meam ⁊ aīaz
illiꝰ vnam fuisse aīam in duobus corporibus: ⁊
iō mihi horrori erat vita: qr nolebam dimidiꝰ
viuere: ⁊ ideo forte mori metuebā: ne totus il-
le moreret: quē multum amaueram. O demen
tiam nesciētem diligere hoīes humaniter: o stul
tum hoīem imoderate humana patiētem: qd
ego tūc eram. Itaqz estuabam: suspirabam: fle-
bam: turbabar: nec requies erat nec cōsilium.
Portabam.n.cōscissam ⁊ cruentam aīam me
am: impatiētem a me portari: ⁊ vbi eam pone
rem nō inueniebam: nō in amenis nemoribus
nō ludis atqz cantibus: nec in suaue olentibꝰ lo-
cis: nec in cōuiuijs apparatis: neqz in volupta-
te cubilis ⁊ lecti nō deniqz in libris atqz carmi-
nibꝰ acqescebaz. Horrebant oīa: ⁊ ipa lux: ⁊ qc
qd non erat qd ille erat improbum ⁊ odiosum
erat: pter gemitum ⁊ lachrymas. nam in eis so
lis aliquātula requies: Ubi aūt inde auferreba
tur aīa mea: onerabat me grādis sarcina mise-
rie: que a te dn̄e leuanda erat ⁊ curanda. Scie-
bam: sed nec volebam nec valebam eo magis
qr nō mihi eras aliquid solidum ⁊ firmum cuz
de te cogitabam. Nō enim tu eras: sed vanum
fantasma ⁊ error meus erat deus meus. Si co
nabar eam ibi ponere vt requiesceret: p inane la
bebatur: ⁊ iterum ruebat sup me. ⁊ ego mihi re
mānseram infelix locus: vbi nec esse possez: nec
inde recedere. Quo enim cor meū fugeret a cor-
de meo? Quo a meipo fugerez? quo nō me seque
rer? Et tamen fugi de patria. Minus enim eū
querebant oculi mei vbi videre nō solebāt: at-
qz a tagastensi oppido veni carthaginem. non
vacant tempora: nec ociose voluunt per sensus
nostros: faciunt in animo mira opera. Ecce ve
niebant ⁊ pteribant de die in diem: ⁊ veniendo
⁊ ptereundo inferebāt mihi species alias ⁊ ali-
as memorias: ⁊ paulatim resartiebant me pri
stinis generibus delectationum: quibus cede-
bat dolor meus ille: sed succedebāt nō quidem
dolores alij: cause tamen aliox dolorum. nam
vnde me facillime ⁊ in intima dolor ille penetra
uerat: nisi qr fuderam in arenam animam meā
diligendo moriturum ac si nō moriturū? Ma-
xime quippe me reparabant atqz recreabāt ali
orum amicorum solatia: cum qbus amabam qd
pro te amabam: ⁊ hoc erat ingens fabula ⁊ lō-
gum mendacium: cuius adulterina cōfricatio-
ne corrūpebatur mens nostra pruriens in auri-
bus. Sed illa mihi fabula non moriebatur: si
quis amicorum meorum moreret. Alia erant
que in eis amplius capiebāt animum: colloqui ⁊
corridere: ⁊ vicissim beniuole obsequi: simul le-
gere libros dulciloquos: simul nugari ⁊ simul
honestari: dissentire iterdum sine odio tanqz ipe
homo secum: atqz ipa rarissima dissensione cō-
dire cōsensiones plurimas: docere aliquid in-
uicem: aut discere aliquid abinuicem: desidera
re absentes cum modestia: suscipere venientes
cum leticia. His atqz huiusmodi signis a cor-
de amātium ⁊ redamātium procedentibus p
os: p linguam: p oculos: ⁊ mille motus gratissi
mos quasi fomitibus cōflare animos: ⁊ ex plu-
ribus vnum facere: hoc est quod diligitur in ami
cis: ⁊ sic diligitur vt rea sit sibi humana cōscien-
tia si nō amauerit redamantem: aut si amātem
nō redamauerit: nihil querens ex eius corpore
preter indicia beniuolentie. Hinc ille luctus si
quis moriatur ⁊ tenebre dolorum: ⁊ versa dul
cedine in amaritudinem cor madiduz ⁊ ex amis
sa vita morientium mors viuentium. Beatus
qui amat te ⁊ amicum in te: ⁊ inimicum ppter
te. Solus enim nullum earum amittit cui oēs
in illo chari sunt qui nō amittitur. Et quis est
iste nisi deus noster: deus qui fecit celum ⁊ terrā

⁊ implet ea: quia implendo ea fecit ea? Te ne-
mo amittit nisi quid dimittit. Et qui dimittit
quo it aut quo fugit: nisi a te placito ad te iratū?
Nam vbi nō inuenit legem tuam in pena sua?
Et lex tua veritas: ⁊ veritas tu. Deus virtu-
tum cōuerte nos: ⁊ ostende faciem tuam ⁊ salui
erimus. Nam quoquo versum se verterit ani-
ma hoīs: ad dolores figitur: alibi preterꝙ̄ in te
Tametsi figitur in pulcris extra te ⁊ extra se: que
tamen nulla essent nisi essent abs te: que oriun-
tur ⁊ occidunt: ⁊ oriendo quasi esse incipiunt: ⁊
crescunt ⁊ perficiantur: ⁊ perfecta senescunt ⁊ in-
tereunt: etenim omnia senescunt ⁊ omnia inte
reunt. Ergo cum oriuntur ⁊ tendunt esse: quo
magis crescunt celeriter vt sint: eo magis festi
nant vt nō sint. Sic est modus eorum. Tantuz
dedisti eis: quia partes sunt rerum que nō sunt
oēs simul: sed decedendo ac succedendo agunt
omnes vniuersum cuius partes sunt. Ecce sic ꝑ
agitur ⁊ sermo noster per signa sonātia. Nō eni
erit totus sermo si vnum verbum non decedat
cū sonuerit partes suas: vt succedat aliud. Lau
det te ex illis anima mea deus creator oīum:
sed nō infigatur in eis glutino amoris per sen-
sus corporis. Eunt enim quo ibant vt non sint
⁊ conscindunt eā desiderijs pestilentiosis: quo-
niam ipsa esse vult ⁊ requiescere amat in eis q̄
amat. In illis autez non est vbi: quia non stant.
Fugiunt: ⁊ quis ea sequitur sensu carnis: aut qs
ea comprehēdit vel cum presto sunt? Tardus ē
enim sensus carnis: quoniaz sensus carnis est: ⁊
ipse est modus eius. Sufficit ad aliud ad quod
factus est: ad illud aūt nō sufficit vt teneat tran
scurrentia ab initio debito vsq3 ad finem debi-
tum. In verbo eniz tuo per quod creantur: ibi au-
diunt hinc ⁊ huc vsq3. Noli esse vana aīa mea:
⁊ obsurdescere in aure cordis tumultu vanita-
tis tue. Audi ⁊ tu. Verbum ipm clamat vt re
deas: ⁊ ibi est locus quietis īperturbabilis. vbi
nō deseritur amor si ipse nō deserat. Ecce illa di-
scedunt vt alia succedant: ⁊ omnibus suis parti
bus cōstet infima vniuersitas. Nunqd ego ali-
quo discedo: ait verbū dei? Ibi fige mansionez
tuam: ibi cōmenda qcqd inde habes aīa mea:
saltē fatigata fallacijs. Veritati cōmenda quic
quid tibi est a veritate: ⁊ nō ꝑdes aliqd: ⁊ reflo-
rescent putrida tua: ⁊ sanabuntur oēs languores
tui: ⁊ fluxa tua reformabuntur: ⁊ renouabuntur: ⁊ cō
stringentur ad te: ⁊ nō te deponent quo descen
dunt: sed stabunt tecum ⁊ ꝑmanebunt ad semꝑ
stantem ac ꝑmanentem deū. Vt quid ꝑuersam
sequeris carnez tuam? Ipsa te sequatur conuersa.
Quicquid ꝑ illam sentis in parte est: ⁊ ignoras
totū cuius he partes sunt: ⁊ delectat te tamē. Sz
si ad totū cōprehendendum esset idoneus sensus
carnis tue: ac nō ⁊ ipse in parte vniuersi accepis-
se ꝓ pena tua iustum moduz: velles vt transiret
quicquid existit in presentia: vt magis tibi oīa
placerent. Nam ⁊ quod loquimur per eundem
sensum carnis audis: ⁊ nō vis vtiq3 stare sylla-
bas: sed trāsuolare: vt alie veniant: ⁊ totum au-
dias. Ita semꝑ omnia quibus vnuz aliquid cō
stat: ⁊ non sunt omnia simul ea quibus constat.
Plus delectant omnia q̄3 singula: si possint sen
tiri omnia. Sed longe his melior qui fecit oīa:
⁊ ipse est deus noster: ⁊ nō discedit: q2 nō succedi
tur ei. Si placent corpora: deum ex illis lauda:
⁊ in artificez eoruz retorque amorem: ne in his
que tibi placent tu displiceas. Si placent ani-
me: in deo amentur: q2 ⁊ ipse mutabiles sunt: ⁊ in
illo fixe stabiliuntur: alioquin irent ⁊ perirent.
In illo ergo amentur: ⁊ rape ad eum tecum quas
potes: ⁊ dic eis. Hunc amemus: hūc amemus
ipse fecit hec: ⁊ nō est longe. Nō enim fecit atq3
abijt: sed ex illo in illo sunt: Ecce vbi ē: vbi sapit
veritas. Intimus cordi est: sed cor errauit ab eo
Redite preuaricatores ad cor: ⁊ inherete illi q
fecit vos: State cū eo ⁊ stabitis. Requiescite ī eo
⁊ quieti eritis. Quo itis ī aspa quo itis bonū qd
amatis ab illo est. Sed quātū est ad illum: bonū
est ⁊ suaue. Sed amarum erit iuste: q2 iniuste ama
tur: deserto illo: quicqnid ab illo est. Quo vo-
bis adhuc ⁊ adhuc ambulare vias difficiles: ⁊
laboriosas? Nō est requies vbi queritis eam.
Querite quod queritis: sed ibi nō est vbi queri
tis. Beatam vitā queritis in regione mortis:
Nō est illic. Quomodo. n. beata vita: vbi nec
vita? Et descendit huc ipsa vita nr̄a ⁊ tulit mor
tem nostram: ⁊ occidit eā de abūdātia vite sue
⁊ tonuit clamās vt redeamus hinc ad eum in
illud secretum vnde ꝓcessit ad nos: in ipm pri-
mum virginalem vterum: vbi ei nupsit humana
creatura caro mortalis nec semꝑ mortalis: ⁊ in
de velut sponsus ꝓcedens de thalamo suo: ex-
ultauit vt gigas ad currēdam viam. Nō enim
tardauit: sed cucurrit clamās dictis factis mor
te vita descensu ascensu: clamās vt redeamus
ad eum: ⁊ discessit ab oculis: vt redeamus ad
cor ⁊ inueniamus eum. Abscessit. n. ⁊ ecce hic ē
Noluit nobiscum diu esse: ⁊ nō reliqt nos: Illuc
enim abscessit: vnde nunq̄3 recessit: q2 mundus
ꝑ eum factus est: ⁊ in hoc mūdo erat: ⁊ venit in
hunc mūdum peccatores saluos facere: cui cōfi-
tetur aīa mea vt sanet eaz: q2 peccauit illi. Filij ho
minum vsq3 quo graues corde? Nunqd ⁊ post
descensum vite non vultis ascendere ⁊ viuere?
Sed quo ascenditis qn̄ in alto estis: ⁊ posuistis
in celum os vestrum? Descendite vt ascendatis
⁊ ascēdatis ad deū. Cecidistis. n. ascēdendo cō
tra eum. Dic eis ista vt plorent in cōualle plo

rationis:⁊ sic eos rape tecum ad deum:q: de spi
ritu eius hec dicis eis:sic dicis ardẽs igne cha-
ritatis. Hec tunc nõ noueram:⁊ amabam pul-
chra īferiora:⁊ ibam in ꝓfundum ⁊ dicebã ami-
cis meis. Non amamus aliqd nisi pulchrum?
Quid est ergo pulchrum?⁊ qd est ergo pulchri-
tudo. Quid ẽ quod nos allicit ⁊ conciliat rebus
quas amamus?nisi.n.esset in eis decus ⁊ spe-
cies:nullo modo nos ad se mouerent. Et aīad-
uertebam ⁊ videbã in ipis corporib⁹ aliud esse
quasi totū:⁊ ideo pulchrum: aliud aũt qđ ideo
deceret:qm̃ apte accõmodaret alicui:sicut pars
corporis ad vniuersum suũ: aut calciamẽtũ ad
pedem ⁊ similia. Et ista consideratio scaturiuit in
aīo meo ex intimo corde meo:⁊ scripsi libros de
pulchro ⁊ apto:puto duos aut tres. Tu scis de
us.nam excidit mihi.nõ.n.habemus eos: sed
aberrauerunt a nobis nescio quomodo. Quid ẽ
aũt quod me mouit dñe deus meus: vt ad iche
rium romane vrbis oratorẽ scriberem illos li-
bros:quem nõ noueram facie.sed amauerã ho
minem ex doctrine fama que illi clara erat:⁊ q̃
dam verba ei⁹ audierã ⁊ placuerant mihi? Sz
magis q: placebat alijs:⁊ eũ efferebant laudi-
bus stupentes ꝙ ex hoīe syro docto prius grece
facundie:postea in latina etiã doctor mirabilis
extitisset:⁊ esset sciẽtissimus rex ad studium sa-
piẽtie ꝑtinentiũ:mihi placebat. Laudatur ho-
mo ⁊ amat absens. Utrum nã ab ore laudãtis
intrat in cor audiẽtis amor ille? Absit. Sed ex
amante alio:accendit alius:Hinc.n.amatur q
laudat:dum nõ fallaci corde laudatoris ꝓdica-
ri credit:idest cũ amans eũ laudat. Sic.n.tunc
amabam hoīes ex hoīum iudicio.non enim ex
tuo deus meus in quo nemo fallit. Sed tamẽ
cur nõ sicut auriga nobilis:sicut venator studijs
popularib⁹ diffamatus? Sed longe aliter ⁊ gra
uiter:⁊ ita quemadmodum ⁊ me laudari vel-
lem. Non autem vellem ita laudari: ⁊ amari
me vt hystriones : q̃q̃ eos ⁊ ipe laudarem ⁊
amarẽ:sed eligens latere q̃ ita not⁹ esse:⁊ velle
haberi odio q̃ sic amari . Ubi distribuunt ista
pondera varioꝝ ⁊ diuersoꝝ amoꝝ in aīa vna?
Quid est quod amo in alio:qđ rursus nisi odis-
sem:nõ a me detestarer ⁊ repellerẽ:cū sit vter
q̃ nostrum hõ? Nõ.n.sicut equus bonus amat
ab eo q nollet hoc esse etiam si posset. Hoc ⁊ de
hystrione dicendũ est:q nature nostre socius ẽ
Ergo ne amo in hoīe:quod odi esse cũ sim hõ?
Grãde ꝓfũdum est ipe hõ cuius etiam capil-
los tu dñe numeratos habes: ⁊ nõ minuunt in
te:⁊ tñ capilli eius magis numerabiles q̃ affe
ctus eius:⁊ motus cordis eius . At ille rhetor
ex eo erat genere quẽ sic amabā vt vellē me
esse talẽ:⁊ errabam typo ⁊ circũferebar oi ven-
to:⁊ nimis occulte gubernabar abs te. Et vnde
scio:⁊ vnde cert⁹ confiteor tibi:ꝙ illum in amo-
re laudantiũ magis amaueram q̃ in rebus ipis
de quib⁹ laudabat? Quia si nõ laudatũ vitupera
rent:cum idẽ ipsi ⁊ vituperãdo atq̃ spernendo
ea ipa narrarent:nõ accenderer in eum ⁊ nõ ex-
citarer:⁊ certe res nõ alie forent:nec hõ ipe ali
us.sed tm̃modo affectus alius narrãtium. Ec-
ce vbi iacet aīa infirma:nõdum herẽs solidita-
ti veritatis. Sicut aure linguaꝝ flauerint a pe-
ctoribus opinãtium:ita fert ⁊ vertitur:torquet
ac retorquet:⁊ obnubilatur ei lumẽ:⁊ nõ cernit
veritas ⁊ ecce ẽ ante nos. Et magnũ qdam mi
hi erat:si sermo meus ⁊ studia mea illi vero in
notescerent. Que si ꝓbaret flagrarẽ magis:si ãt
iprobaret sauciaret cõrvanũ ⁊ inane soliditatis
tue. Et tñ pulchrũ illud atq̃ aptũ vnde ad eum
scripseram:libẽter aīo versabam:ob os cõtem
plationis mee:⁊ nullo collaudato remirabar.
Sed ante rei cardinẽ in arte tua nõdū videbã
oīpotens q facis mirabilia solus: ⁊ ibat anim⁹
meus ꝑ formas corporeas: ⁊ pulchrū quod ꝑ
seipm̃:aptum aũt quod ad aliqd accõmodatum
deceret definiebam ⁊ distinguebā:⁊ exemplis
corporeis astruebã. Et conuerti me ad animi
naturam:⁊ nõ me sinebat falsa opinio:quā de
spiritualibus habebā verū cernere: Et irrue
bat in oculos ipa vis veri:⁊ auertebā palpitã-
tem mentē ab incorporea re ad liniamẽta ⁊ co-
lores:⁊ tumentes magnitudines. Et quia non
poterā ea videre in animo:putabā me nõ pos
se videre animum meum. Et cū in virtute pa
cem amarem:in vitiositate autem odissem di-
scordiā:in illā vnitatē:in ista quandā diui-
sionem notabam. Inq̃ illa vnitate mens ratio
nalis ⁊ natura veritatis ac summi boni mihi eẽ
videbatur.in ista vero diuisiõe irrationalis vi-
te nescio quam substantiam ⁊ naturam summi
mali:que non solum esset substantia: sed omni-
no vita esset:⁊ tamen abs te nõ esset deus me⁹:
ex quo sunt omnia. Miser opinabar:⁊ tamẽ il-
lam monaden appellabam:tanq̃ sine vllo sexu
mentem:hanc vero diaden:iram in facinorib⁹
libidinem in flagitijs:nesciens quid loquerer.
nõ enim noueram neq̃ didiceram nec vllã sub
stantiam malum esse:nec ipam mentem nostrã
summum atq̃ incommutabile bonum. Sicut
enim facinora sunt:si vitiosus est ille animi mo
tus:in quo est impetus:⁊ se iactat insolenter ac
turbide:⁊ flagicia si est immoderata illa ani-
me affectio: qua carnales hauriuntur volu-
ptates: Ita errores:⁊ false opiones vitã cõta-
minãt. si rõalis mens ipsa vitiosa ẽ:q̃lis ī me
tũc erat nesciẽte alio lumīe illã illustrãdã eẽ: vt
sit ꝑticeps vitatis: q: nõ ẽ ipsa natura veritatis

Quoniam tu illuminabis lucernam meã: dñe
deus meus: illuminabis tenebras meas: ⁊ de
plenitudine tua, nos omnes accepimus. Es.n.
tu lumen verum quod illuminat oẽm hoiez ve
nientem in hũc mundum: qꝛ in te nõ eſt trãſmu
tatio nec momenti obũbratio. Sed ego cona
bar ad te ⁊ repellebar abs te: vt ſaperem moꝛ
tem. quoniam ſupbis reſiſtis. Quid aũt ſupbi⁹
q̃ꝫ vt aſſererem mira dementia me id eſſe na
turaliter quod tu es? Cum enim ego eſſez mu
tabilis: ⁊ ego mihi manifeſtum eſſet: ꝙ vtiqꝫ iõ
ſapiens eſſe cupiebam: vt ex deterioꝛe melioꝛ
fierem: malebam tamen etiam te opinari mu
tabilem: q̃ꝫ me nõ hoc eſſe quod tu es. Jtaqꝫ re
pellebar: ⁊ reſiſtebas vẽtoſe ceruici mee: ⁊ ima
ginabar foꝛmas coꝛpoꝛeas: ⁊ caro carnem ac
cuſabam: ⁊ ſpiritus ambulans nõdum reuerte
bar ad te: ⁊ ambulando ambulabam in ea que
nõ ſunt: neqꝫ in te: neqꝫ in me: neqꝫ in coꝛpoꝛe.
Neqꝫ mihi creabãtur a veritate tua: ſꝫ a mea
vanitate fingebantur ex coꝛpoꝛe: ⁊ dicebã par
uulis fidelibus tuis ciuibus meis: a qbus ne
ſciens exulabam: dicebam illis garrulus ⁊ in
eptus. Cur ergo errat anima quam fecit deus?
Et mihi nolebaz dici: cur ergo errat deus? Et
cõtendebam magis incõmutabilem tuam ſub
ſtantiam coactam errare: q̃ꝫ meam mutabilez
ſpõte deuiaſſe: ⁊ pene errare cõfitebar. Et eraz
etate annoꝛum foꝛtaſſe vigintiſex aut ſeptem
cũ illa volumina ſcripſi: voluens apud me coꝛ
poꝛalia figmenta obſtrepentia coꝛdi meo ⁊ auri
bus: quas intendebam dulcis veritas in inte
rioꝛem melodiam tuam: cogitans de pulchꝛo
⁊ apto: ⁊ ſtare cupiẽs ⁊ audire te: ⁊ gaudio gau
dere, ppter vocem ſponſi: ⁊ nõ poteram: qꝛ vo
cibus erroꝛis mei rapiebar foꝛas: ⁊ pondere ſu
perbie mee in ima decidebaz. Nõ eniz dabas
auditui meo gaudiũ ⁊ leticiam: aut exultabãt
oſſa que humiliata nõ erant. Et quid mihi, pde
rat ꝙ annos natus ferme viginti cũ in man⁹
meas veniſſent ariſtotelica quedam quas ap
pellant decem cathegoꝛias: quarum noie cum
eas rhetoꝛ carthaginenſis magiſter meus buc
cis typo crepantibus cõmemoꝛaret: ⁊ alij qui
docti habebanť: tanq̃ꝫ in neſcio quid magnum
⁊ diuinum ſuſpenſus inhiabam: legi eas ſolus
⁊ intellegi? Quas cum cõtuliſſem cum eis qui ſe
dicebant vix eas magiſtris eruditiſſimis nõ lo
quentibus tñ: ſed multa in puluere depingen
tibus intellexiſſe: nihil inde aliud mihi dicere
potuerunt: q̃ꝫ ego ſolus apud meipm legẽs co
gnoueram. Et ſatis aperte mihi videbanť lo
quentes de ſubſtantijs ſicuti eſt homo: ⁊ que in
illis eſſent ſicuti ẽ figura hominis qualis ſit: ⁊ ſta
tura quot pedum ſit: ⁊ cognatio cuius frater ſit
aut vbi ſit cõſtitutus: aut quãdo natus: aut ſtet
an ſedeat: aut calciatus vel armatus ſit: aut ali
quid faciat: aut patiatur aliquid: ⁊ quecunqꝫ in
his nouem generibus: quoꝛum exempli gratia
quedam gratis poſui: vel in ipo ſubſtantie ge
nere innumerabilia reperiunť. Quid hoc mihi
pderat quando ⁊ oberat: cum etiam te de⁹ me⁹
mirabiliter ſimplicem atqꝫ incõmutabilem il
lis decem predicamẽtis putans quicquid eſſet
omnino compꝛehẽſum: ſic intelligere conarer:
quaſi ⁊ tu ſubiectus eſſes magnitudini tue aut
pulchꝛitudini: vt illa eſſent in te quaſi in ſubie
cto ſicut in coꝛpoꝛe: cum tua magnitudo: ⁊ tua
pulchꝛitudo tu ipẽ ſis: coꝛpus aũt nõ eo ſit ma
gnum ⁊ pulchꝛum quo coꝛpus ẽ: qꝛ ⁊ ſi minus
magnum ⁊ minus pulchꝛum eſſet: nihilomin⁹
coꝛpus eſſet. Falſitas enim erat quam de te co
gitabam: nõ veritas: ⁊ figmenta miſerie mee:
nõ firmamenta beatitudinis tue. Juſſeras eniz
⁊ ita fiebat in me vt terra ſpinas ⁊ tribulos pa
reret mihi: ⁊ cum laboꝛe puenirem ad panẽ me
um. Et quid mihi, pderat ꝙ omnes libꝛos ar
tium quas liberales vocant: tunc nequiſſimus
malarum cupiditatum ſeruus p meipm legi: ⁊ i
tellexi: quoſcũqꝫ legere potui? Et gaudebam in
eis: ⁊ neſciebam vnde eſſet: quicquid ibi verũ
⁊ certum eſſet. Doꝛſum enim habebam ad lu
men ⁊ ad ea que illuminant faciem: vnde ipſa
facies mea qua illuminata cernebam: nõ illu
minabatur. Quicquid de arte loquẽdi ⁊ diſſerẽ
di: qcqd de dimẽſionibus figurarum: ⁊ de muſi
cis: ⁊ de numeris: ſine magna difficultate nul
lo hoiũ tradente intellexi. Scis tu dñe de⁹ me
us: qꝛ ⁊ celeritas intelligendi ⁊ diſcendi acumẽ
donnm tuum eſt: ſed nõ inde ſacrificabam tibi
Jtaqꝫ mihi nõ ad vſum: ſed ad pniciem magis
valebat: qꝛ tam bonam ptem ſubſtãtie mee ſa
tegi habere in ptãte: ⁊ foꝛtitudinem meam nõ
ad te cuſtodiebam: ſed, pfectus ſum a te in lõgin
quam ragionem vt eam diſſiparem in mere
tricias cupiditates. Nam qd mihi, pderat bo
na res nõ vtenti bene? Nõ enim ſentiebam il
las artes etiam ab ſtudioſis ⁊ ingenioſis diffi
cillime intelligi: niſi cum eis eadem eaſdem co
nabar exponere: ⁊ erat ille excellentiſſim⁹ in eis
qui me exponentem nõ tardius ſequereť. Sꝫ
quid ergo mihi hoc, pderat putãti ꝙ tu dñe de⁹
veritas coꝛpus eſſes lucidum ⁊ immẽſũ: ⁊ ego
fruſtrum de illo coꝛpoꝛe? Nimia puerſitas. ſed
ſic eram. Nec erubeſco deus meus cõfiteri ti
bi in me miſericoꝛdias tuas ⁊ inuocare te: q nõ
erubui tunc pfiteri hoibus blaſphemias meas
⁊ latrare aduerſum te. Quid ergo mihi tũc pro
derat ingenium p illas doctrinas agile: ⁊ nullo
adminiculo humani magiſterij tot nodoſiſſimi

libri enodati:cũ deformiter ⁊ sacrilega turpitudine in doctrina pietatis errarẽ:' Aut qd tantuz oberat puulis tuis lõge tardius ingeniũ:cũ a te lõge nõ recederẽt. vt in nido eccl'ie tue tuti plumescerent ⁊ alias charitatis alimẽto sane fidei nutrirẽt:' O dñe deus noster in velamẽto alarꝝ tuarũ speremꝰ:⁊ portege nos ⁊ porta nos. Tu portabis ⁊ puulos:⁊ vsqȝ ad canos tu portabis qñ firmitas nostra quãdo tu es tũc ẽ firmitas cũ autẽ nostra est:infirmitas est. Viuit apud te semp bonũ nostrũ:⁊ qꝛ inde auersi sumus:puersi sumus. Reuertamur iã dñe vt nõ euertamur qꝛ viuit apud te sine vllo defectu bonũ nostrũ quod tuipẽ es:⁊ nõ timebimꝰ ne nõ sit quo redeamus:qꝛ nos inde ruimus:nobis autẽ absẽtibus non ruit domus nostra eternitas tua.

Explicit liber quartꝰ. Incipit quintus.



Ecipe sacrificium ꝯfessionum meaꝝ de manu lingue mee. quaz formasti ⁊ excitasti vt cõfiteatur nomini tuo:⁊ sana oĩa ossa mea ⁊ dicant. Domine qs similis tibi:' Neqȝ eni docet te qd in se agatur qui tibi cõfitetur:quia oculũ tuũ non excludit cor clausuz: nec manũ tuã repellit duricia hoiuz.sed soluis eã cũ voles aut miserãs aut vindicãs:⁊ nõ est q se abscondat a calore tuo. Sed te laudet aĩa mea vt amet te:⁊ cõfiteatur tibi miseratões tuas vt laudet te. Non cessat nec tacet laudes tuas vniuersa creatura tua:nec spũs oĩs per os conuersum ad te:nec animalia nec corpalia p os cõsiderantiuz ea. vt exurgat in te lassitudine aĩa nostra: innitens eis q̃ fecisti. ⁊ trãsiens ad te qui fecisti hec mirabiliter:⁊ ibi refectio ⁊ vera fortitudo. Eant ⁊ fugiãt a te inquieti ⁊ iniqui.et tu vides eos ⁊ distinguis vmbras: ⁊ ecce pulchra sunt cũ eis omia:⁊ ipi turpes sũt. Et qd nocuerũt tibi: aut in quo imperiũ tuũ dehonestauerũt a celis vsqȝ in nouissima iustũ ⁊ integrũ:' Quo eni fugerunt cũ fugerẽt a facie tua:' aut vbi tu nõ iuenis eos:' Sed fugerũt vt nõ viderẽt te videntẽ se: atqȝ excecati in te offenderẽt:qꝛ nõ deseris aliquid eoꝝ q̃ fecisti. In te offenderẽt iniusti ⁊ iuste vexarẽtur.subtrahẽtes se lenitati tue:et offendentes in rectitudinẽ tuã:⁊ cadẽtes in asperitatem tuã. videlicet nesciũt ꝙ vbiqȝ sis.quẽ nullus circũscribit locus. ⁊ solus es p̃sens etiaz his qui lõge fiunt a te. Cõuertãtur ergo et querãt te qꝛ nõ sicut ipsi deseruerũt te creatorẽ suũ:ita tu deseruisti creaturã tuã. Ipsi cõuertãtur ⁊ q̃rant te:⁊ ecce ibi es in corde eorũ:in corde confitẽtiũ tibi.et proijcientiũ se in te et plorantiuz in sinu tuo post vias suas difficiles:⁊ tu facilis terges lachrymas eorũ: vt magis plorẽt et gaudeãt in fletibꝰ. qñ tu dñe nõ aliquis homo caro ⁊ sanguis:sȝ tu dñe qui fecisti reficis ⁊ cõsolaris eos Et vbi ego eram qñ te querebã:⁊ tu eras ante me:' ego autẽ ⁊ a me discesserã.nec me inuenibã quãto minꝰ te. Proloquar in cõspectu dei mei annũ illũ vndetrigesimũ etatis mee. Jam venerat carthaginẽ quidã manicheoꝝ epũs faustus nomie magnꝰ laqueus diaboli: ⁊ multi implicabantur in eo p illecebrã suauis eloquẽtie:quam ego tametsi laudabã:disernebã tamẽ a veritate rerũ quarũ discendarũ auidus erã : nec quali vasculo sermonis:sed quid michi sciẽtie comedendũ apponeret et nominatꝰ apud eos ille faustus intuebar. Fama eni de illo prolocuta mihi erat:ꝙ esset honestarũ omniũ doctrinaꝝ peritissimus ⁊ apprime disciplinis liberalibꝰ eruditꝰ Et quoniã multa philosophorũ legerã . memorieqȝ mãdata retinebã.ex eis quedã cõparabaz illis manicheorũ lõgis fabulis:' ⁊ mihi ꝓbabiliora ista videbãtur que dixerũt illi: qui tantuz potuerũt valere: vt possẽt estimare seculũ . q̃q̃ eius dñm minime inuenerint. Quoniã magnus es dñe:et humilia respicis:excelsa autẽ a longe cognoscis. Nec ꝓpinquas nisi obtritis corde : nec inueniris a sup̲bis : nec si illi curiosa peritia numerẽt stellas ⁊ arenã:et dimetiãtur sidereas plagas:⁊ inuestigẽt vias astrorũ. Mente eniz sua querũt ista:⁊ ingenio quod tu dedisti eis:et multa inuenerũt ⁊ prenunciauerũt ante mltos annos defectꝰ luminariũ solis ⁊ lune: quo die : qua hora. quãta ex pte futuri essent:⁊ nõ eos fefellit numerꝰ. Et ita factũ est vt prenũciauerũt Et scripserũt regulas indagatas: et legũtur hodie:atqȝ ex eis prenũciatur quo anno:⁊ quo mẽse anni ⁊ quo die mẽsis. ⁊ qua hora diei. ⁊ quota pte luminis sui defectura sit luna vel sol. ⁊ ita fiet vt prenũciatur. Et mirãtur hec hoies ⁊ stupent qui nesciũt ea:⁊ exultẽt atqȝ extollũtur qui sciunt:⁊ p impiã superbiã recedẽtes ⁊ deficientes a lumie tuo tãto ante solis defectũ futuruz preuidẽt:⁊ in presẽtia suũ nõ vidẽt. Nõ eni religiose querũt: vnde habeãt ingeniũ quo ista querunt. Et inueniẽtes qꝛ tu fecisti eos : nõ ipsi dãt tibi se vt serues quod fecisti:et quales seipi fecerant:occidũt se tibi:⁊ trucidãt exaltatões suas sicut volatilia: ⁊ curiositates suas sicut pisces maris:quibꝰ pambulãt secretas semitas abyssi:⁊ luxurias suas sicut pecora cãpi : vt tu deus ignis edas cõsumas mortuas curas eoꝝ recreans eos ĩmortaliter. Sed nõ nouerũt viã verbum tuũ:p quod fecisti ea que numerãt ⁊ ipsos qui numerãt:et sensuz quo cernũt q̃ numerant:

⁊ mẽtem de qua numerant: ⁊ sapiẽtie tue nõ est
numerus. Ipe aũt vnigenit⁹ factus ẽ nobis sa-
piẽtia ⁊ iusticia ⁊ sanctificatio: ⁊ numerat⁹ est i-
ter nos: ⁊ soluit tributum cesari. Nõ nouerunt
hanc viam qua descẽdant ad illum a se: ⁊ ꝑ eũ
ascendãt ad eum: Nõ nouerunt hãc viã. Et pu
tant se excelsos esse cum siderib⁹ ⁊ lucidos: ⁊ ec
ce ruerunt in terrã: ⁊ obscuratum ẽ insipiẽs cor
eoꝝ. Et multa vera de creatura dicũt: ⁊ veruꝫ
creature artificeꝫ nõ pie querunt: ⁊ iõ inueniũt
aut si inueniũt: cognoscẽtes deũ nõ sicut deum
honorãt aut grãs agunt. sed euanescũt in cogi-
tationib⁹ suis: ⁊ dicunt se esse sapiẽtes sibi tri-
buẽdo que tua sũt: ac ꝑ hoc studẽt: ꝑuertissima
cecitate etiaꝫ tibi tribuere q̃ sua: sc̃ mẽdacia. s.
in te conferẽtes qui veritas es: ⁊ imutãtes glo-
riam icorrupti dei in silĩtudinem imaginis cor-
ruptibilis hoĩs: ⁊ voluchrũ ⁊ quadrupedũ ⁊ ser
pẽtium: ⁊ conuertũt veritatẽ tuã in mẽdacium:
⁊ colunt ⁊ seruiunt creature potius q̃ꝫ creatori.
Multa tñ ab eis ex ip̃a creatura vera dicta reti
nebã: ⁊ occurrebat mihi rõ ꝑ numeros: ⁊ ordi-
nem tẽporum: ⁊ visibiles attestationes sideruꝫ
⁊ conferebã cum dictis manichei: qui de his re
bus multa scripsit copiosissime delirãs: ⁊ nõ mi
hi occurrebat rõ nec solsticioꝝ ⁊ equinoctioꝝ
nec defectuum luminũ: nec q̇cq̇d tale i libris
secularis sapie didiceram. Ibi aũt credere iu-
bebar: ⁊ ad illas rõnes numeris: ⁊ oculis me-
is exploratas nõ occurrebat: ⁊ longe diuersum
erat. Nunq̇d dñe deus veritatis: quisquis no
nit ista iaꝫ placet tibi. Infelix. n. homo qui scit
illa oĩa: te aũt nescit. Beatus aũt qui te scit: eti
am si illa nesciat: Qui vero ⁊ te ⁊ illa nouit: non
ꝓpter illa beatior: sed ꝓpter te solum beat⁹ ẽ: si
cognoscens te sicut deũ glorificet: ⁊ grãs agat: ⁊
nõ euanescat in cogitationib⁹ suis. Sicut. n. me
lior ẽ qui nouit possidere arborẽ: ⁊ de vsu eius
tibi grãs agit: quãuis nesciat vl' quot cubitis al
ta sit: vel quãta latitudine diffusa: q̃ꝫ ille qui eam
metit: ⁊ oẽs ramos ei⁹ numerat: ⁊ neq꞉ possidet
eam neq꞉ creatorẽ eius nouit aut didicit: sic fide
lis hõ cuius totus mũdus diuitiaꝝ est: ⁊ quasi
nihil habẽs oĩa possidet inherẽdo tibi cui serui-
unt omnia: quãuis nec saltem septẽtrionum gi
ros nouerit: dubitare stultum ẽ quin vtiq꞉ meli-
or sit q̃ꝫ mẽsor celi: ⁊ numerator siderum ⁊ pẽ-
sor elemẽtorum: ⁊ negligens tui qui oĩa in mẽ
sura: ⁊ numero ⁊ pondere disposuisti: Sꝫ tamẽ
q̇s q̃rebat manicheũ nescio quẽ etiaꝫ ista scribe
re: sine quoꝝ peritia pietas disci poterat. Dixi-
sti. n. homini: ecce pietas est sapiẽtia: quam ille
ignorare posset etiaꝫ si ista ꝑfecte nosset: Ista ve
ro q꞉ nõ nouerat: impudẽtissime audens doce-
re prorsus illã nosse nõ posset. Uanitas ẽ. n. mũ

dana ista etiam nota ꝓfiteri: pietas aũt tibi cõfi-
teri. Unde ille deuius ad hec ista multum locu
tus est: vt conuictus ab eis qui ista vere didi-
cissent: q̇s esset eius sensus in ceteris que abdi
tiora sunt: manifeste cognosceret. Nõ enim par
ui existimari se voluit: sed spũm sctm̃ cõsolatorẽ
⁊ ditatoreꝫ fidelium tuoꝝ auctoritate plenaria
ꝑsonaliter in se esse ꝑsuadere conatus ẽ. Itaq꞉
cum de celo ac stellis: ⁊ de locis ac lune motib⁹
falsa dixisse d ep̃hendereturt: quãuis ad doctri-
nam religionis ista nõ ꝑtineant: tñ ausus eius sa
crilegos fuisse satis emineret: cum ea nõ solum
ignorata: sed etiã falsa tam vesana sup̃bie vani-
tate diceret: vt ea tanq̃ꝫ diuine ꝑsone tribuere si
bi niteret. Cum enim audio xp̃ianum aliqueꝫ
frẽm illum aut illum ista nesciẽtem: ⁊ aliud ꝑ
alio sentiẽtem: patiẽter intueor opinãtem hoĩeꝫ
nec illi obesse video cum de te dñe creator oĩuꝫ
nõ credat indigna: si forte situs ⁊ habitus crea
ture corporalis ignoret. Obest aũt si hͦ ad ip̃am
doctrine pietatis formam ꝑtinere arbitret: ⁊ ꝑ
tinacius affirmare audeat quod ignorat. Sed
etiam talis infirmitas in fidei cunabulis a cha
ritate matre sustinet: donec assurgat nouus hõ
in virum ꝑfectum: ⁊ circũferri nõ possit oĩ vẽto
doctrine. In illo aũt qui doctor qui auctor qui
dux: ⁊ princeps eorum q̇bus illa suaderet ita fi-
eri ausus ẽ: vt qui eũ sequerẽtur: nõ quẽlibet ho
minem: sed spũm etiã tuũ se sequi arbitrarent
Quis tãtam demẽtiam sicubi falsa dixisse con
uinceretur: nõ detestãdam longeq꞉ abijciẽdam
esse iudicaret: Sed tñ nõdum liquido compe-
reram: vtrum etiam sm̃ eius verba vicissitudi-
nes longioꝝ: ⁊ breuiorum dierum atq꞉ noctiuꝫ
⁊ ip̃ius noctis: ⁊ diei ⁊ deliquia luminuꝫ: ⁊ si q̇d
eiusmodi in alijs libris legeram posset exponi:
vt si forte posset: icertum q̇deꝫ mihi fieret: vtꝝ
ita se res haberet an nõ ita: sed ad fidem meam
illius auctoritatẽ ꝓpter creditaꝫ sanctitatẽ ꝓpo-
nerem. Et ꝑ annos ferme ip̃os noueꝫ quibus
eos animo vagabundus audiui: nimis extento
desiderio vẽturum expectabam istum faustuꝫ
Ceteri. n. eorum in quos forte incurrissem qui
talium reꝝ q̃õnibus a me obiectis deficiebant
illum mihi ꝓmittebant: cuius aduẽtu collatoq꞉
colloquio facillime mihi hec: ⁊ si qua forte ma
iora quererem enodatissime expedirent. Ergo
vbi venit: exꝑtus sum hoĩem gratum: ⁊ iocũdũ
verbis: ⁊ ea ip̃a que illi solẽt dicere multo suaui
us garriẽteꝫ. Sed q̇d ad meam sitim p̃ciosorũ
poculoꝝ decẽtissimus ministrator: Iaꝫ reb⁹ ta
libus satiate erãt aures mee: nec ideo mihi me
liora videbant: q꞉ melius dicebant: nec iõ ve-
ra q꞉ diserta: nec ideo sapiẽs aĩa: q꞉ vultus con-
gruus: ⁊ decorum eloquium. Illi aũt qui eũ mi

hi ꝓmittebant nõ boni reꝝ existimatores erãt:
⁊ ideo illis videbatur prudens:⁊ sapiẽs q2 de-
lectabat eos loquẽs: Sensi autem aliud genꝰ
hoĩum etiam veritatem habere suspectã: ⁊ ei
nolle acqescere:si compto atqꝫ vberi sermone ꝓ
meretur. Me aũt iam docueras deus meꝰ mi
ris ⁊ occultis modis:⁊ ꝓpterea credo ꝙ tu me do
cueris:quoniam veꝝ ẽ: nec quisqꝫ ꝑter te alius
doctor ẽ veri: vbicũqꝫ ⁊ vndecũqꝫ claruerit. Iã
ergo abs te didicerã:nec eo debere videri aliqd
verum dici:q2 eloquẽter dicitur nec eo falsum:
q2 incomposite sonãt signa labiorum. Rursus
nec ideo verum:q2 ĩpolite enunciatur: nec ideo
falsum:q2 splendidus sermo ẽ:sed ꝑinde esse sa
piẽtiam:⁊ stulticiam:sicut sunt cibi vtiles:⁊ inuti
les. Verbis aũt ornatis ⁊ inornatis:sicut vasis
vrbanis ⁊ rusticanis: vtrosqꝫ cibos posse mi-
nistrari. Igitur auiditas mea qua illũ tanto tẽ
pore expectauerã hoĩem:delectabatur qdem mo
tu affectuqꝫ disputantis:⁊ verbis cõgruẽtibus
atqꝫ ad vestiẽdas sentẽtias facile occurrentibꝰ
Delectabar aũt ⁊ cum multis vel etiam ꝑ mul
tis laudabam ac efferebã: sed moleste habebã
ꝙ in cetu audientium non sineret ingerere illi:⁊
partiri cum eo curas questionum mearum:cõ
ferendo familiariter:⁊ accipiendo ac reddẽdo
sermonem. Quod vbi potui:⁊ aures eius cum fa
miliaribus meis eo quoqꝫ tẽpore occupare ce-
pi:quo nõ dedeceret alternis disserere: ⁊ ꝓtuli
q̃dam que me mouebãt exptus suũ prius hoĩem
expertem liberalium disciplinaꝝ:nisi grãmati
ce atqꝫ eius ipius vsitato modo:⁊ q2 legerat ali
quas tullianas orõnes:⁊ paucissimos senece li
bros:⁊ nõnulla poetarum ⁊ sue secte:siqua vo-
lumina latine atqꝫ cõposite conscripta erãt. Et
q2 aderat quotidiana sermonicãdi exercitatio:
inde suppetebat eloquium quod fiebat accepti
us:magisqꝫ seductorium moderamine ingenij
⁊ quodam lepore naturali. Ita ne est vt recolo
dñe deꝰ meus arbiter consciẽtie mee coram te
cor meum:⁊ recordatio mea:qui me tunc age-
bas abdito secreto ꝓuidentie tue:⁊ inhonestos
errores meos iam conuertebas ante faciẽ meã
vt viderem ⁊ odissem. Nã postea ꝙ̃ ille mihi i-
peritus eaꝝ artiũ qbus eum excellere putaue-
rã satis apparuit: desperare cepi posse mihi eũ
illa que me mouebant aperire atqꝫ dissoluere:
quoꝝ qdem ignarus posset veritatẽ tenere pie
tatis, sed si manicheus non esset. Libri quippe
eorum pleni sunt longissimis fabulis de celo:⁊ si
deribus:⁊ sole ⁊ luna:que mihi eũ quod vtiqꝫ
cupiebã collatis numeroꝝ rõnibus quos alibi
ego legerã vtrũ potius ita essent vt manicheis
libris continebantur:an certe vel par etiã inde
rõ redderetur:subtiliter explicare posse iam non
arbitrabar. Que tñ vbi considerãda ⁊ discutien
da protuli modeste: sane ille nec ausus ẽ subire
ipam sarcinã. Nouerat enim se ista non nosse:
nec eum puduit confiteri. Non erat de talibus
quales multos loquaces passus erã:conãtes ea
me docere:⁊ dicentes nihil. Iste vero cor habe
bat:⁊ si nõ rectum ad te:nec tñ nimis incautũ
ad seipm. Non vsqꝫquaqꝫ imperitus erat impe
ritie sue:⁊ noluit se temere disputãdo in ea coar
tari: vnde nec exitus ei vllus nec facilis eẽt re
ditus. Etiam hinc mihi amplius placuit. Pul
crior ẽ enim tẽperantia confitẽtis animi:ꝙ̃ illa
que nosse cupiebã:⁊ eum in oĩbus difficilioribꝰ
⁊ subtilioribus questionibꝰ talem inueniebam.
Refracto itaqꝫ studio:quo intẽderam in mani
chei lrãs magisqꝫ desperãs de ceteris eoꝝ do-
ctoribus:quãdo in multis que me mouebãt ita
ille noĩatus apparuit:cepi cum eo ꝓ studio eius
agere vitã quo ipe flagrabat in eas lrãs: quas
tunc iam rhetor carthaginis adolescẽtes doce
bam:⁊ legere cũ eo siue que ille audita deside-
raret:siue que ipe tali ingenio apta existimarẽ
Ceterum conatus omnis meus quo ꝓficere in
illa secta statueram:illo hoĩe cognito prorsus in
tercedit:nõ vt ab eis omnino seperarer: sed q̃si
melius quicqꝫ non inueniẽs eo quo iã quoquo
modo irruerã contẽtus interim esse decreuerã
nisi aliquid forte quod magis eligendum esset
eluceret. Ita ille faustus qui multis laqueus ex
titit mortis: meum quo captus eram relaxare
iam ceperat nec volens nec sciens. Manus
enim tue deus meus in abdito prouidentie tue
non deserebant animam meam:⁊ de sanguine
cordis matris mee per lachrymas eius diebus
ac noctibus pro me sacrificabatur tibi: ⁊ egesti
mecum miris:⁊ occultis modis. Tu illud egi-
sti deus meus. Nam a domino gressus homi-
nes dirigentur:⁊ viam eius volet. Aut que pro
curatio salutis preter manum tuam reficiẽtem
que fecisti. Egisti ergo mecum: vt mihi ꝑsuade
retur romam ꝑgere:⁊ potius ibi docere quod
docebã carthagine. Et hoc mihi vnde ꝑsuasum
ẽ non preteribo confiteri tibi:quoniã: ⁊ in his
altissimi tui recessus:⁊ presentissima in nos mi
sericordia tua cogitanda:⁊ predicanda ẽ. Non
ideo romam pergere volui:ꝙ maiores questus:
maiorqꝫ mihi dignitas ab amicis qui hoc sua-
debant promittebatur:ꝙ̃qꝫ ⁊ ista ducebãt ani-
mum tunc meum:sed illa erat tunc causa maxi
ma:⁊ pene sola:ꝙ audiebam quietius ibi stude
re adolescentes:⁊ ordinatore discipline coertio
ne sedari:ne in eius scolam quo magistro non
vtuntur passim:⁊ proterue irruant:nec eos ad-
mitti omnino nisi ille permiserit. Contra apud
carthaginem feda ẽ ⁊ intemperans licẽtia sco-

lasticoꝝ. Irrumpūt ipudenter: ⁊ ꝓpe furiosa frō
te perturbāt ordinē quē quisqꝫ discipulis ad ꝓ
ficiendū instituerit. Multa iniuriosa faciūt mi
ra hebetudine ⁊ punienda legibꝰ nisi ꝯsuetudo
patrona sit: hoc miseriores eos ōndens: quo iā
quasi liceat faciūt. qđ per tuā eternam legē nun
quam licebit: ⁊ impune se facere arbitrant̄. cū
ipa faciēdi cecitate puniātur: ⁊ incōꝑabilit̄ pa-
tiantur peiora q̄ꝫ faciūt. Ergo quos mores cuꝫ
studerem meos eē nolui: eos cum docerem co
gebar ꝑpeti alienos: ⁊ ideo placebat ire vbi ta-
lia nō fieri oēs qui nouerant indicabant. Uerū
aūt tu spes mea ⁊ portio mea in terra viuētiuꝫ
ad mutandum terraꝝ locū ꝓ salute anime mee
⁊ carthagini stimulos quibꝰ inde auellerer ad-
mouebas: ⁊ rome illecebras quibus attraherer
ꝓponebas mihi per hoīes qui diligebatur vitā
mortuam; hinc insana faciētes: inde vana pol
licētes: ⁊ ad corrigendos gressus meos vteba-
ris occulte ⁊ illoꝝ ⁊ mea peruersitate. Nā ⁊ qui
perturbabant ocium meū feda rabie ceci erāt:
⁊ qui inuitabant ad aliud: terraꝫ sapiebāt. ego
aūt qui detestabar h̄ verā miseriā: illic falsā feli
citatem appetebam. Sed quare hinc abirem ⁊
illuc ireꝫ tu sciebas deus: nec indicabas mihi
nec matri: que me ꝓfectum atrociter planxit: et
vsqꝫ ad mare secuta est. Sed fefellit eam violē
ter me tenentē: vt aut reuocaret aut mecū ꝑge-
ret: ⁊ finxi me amicum nolle deserere dōec ven
to facto nauigaret. Et mētitꝰ suꝫ mr̄i. ⁊ illi ma-
tri. Et euasi. Quia ⁊ hoc dimisisti mihi miseri
corditer suans me ab aquis maris plenū exe-
crandis sordibꝰ: vsqꝫ ad aquā grē tue. qua me
abluto siccarent̄ flumina mr̄noꝝ oculoꝝ: q̄bus
ꝓ me quotidie tibi rigabat terrā sub vultu suo.
Et tñ recusanti sine me redire: vix persuasi vt i
loco qui ꝓximus nr̄e naui erat memorie beati
cipriani maneret ea nocte. Sꝫ in ea nocte clan
culo ego ꝓfectꝰ sum. Illa aūtē mansit orando ⁊
flendo. et q̄d a te petebat deꝰ meꝰ tātis lachry-
mis: nisi vt nauigare me nō fineres. Sꝫ tu alte
cōsulēs ⁊ exaudiēs cardinē desiderij eiꝰ: non cu
rasti qđ tūc petebat: vt in me faceres quod sem
per petebat. Flauit vētꝰ ⁊ impleuit vela nostra
⁊ litꝰ subtraxit aspectibꝰ nr̄is. In quo mane illa
insaniebat dolore: ⁊ querelis ac gemitu imple-
bat aures tuas cōtēnētes ista. cuꝫ ⁊ me cupidi-
tatibus meis rapes ad finiēdas ipas cupidita-
tes: ⁊ illius carnale desiderium iusto doloꝝ fla
gello vapularet. Amabat eniꝫ secū presentiam
meam more matꝝ: sed multis multo amplius
⁊ nesciebat quid tu illi gaudioꝝ facturꝰ esses đ
absentia mea: nesciebat: ideo flebat ⁊ eiulabat
atqꝫ illis cruciatibus arguebatur i ea reliquiaꝝ
eue: cū gemitu querēs qđ cū gemitu pepererat.

⁊ tñ post accusatiōem fallaciarū ⁊ crudelitatis
mee: ꝯuersa rursus ad deprecādum te pro me:
abijt ad solita: ⁊ ego romaꝫ. ⁊ ecce excipior ibi
flagello egritudinis corꝑalis: ⁊ ibam iā ad ife-
ros portās oīa mala que cōmiserā ⁊ in te ⁊ i me
⁊ in alios multa ⁊ grauia suꝑ originalis peccati
vinculū: quo oēs in adā morimur. non. n. q̄cquā
eorū mihi donaueras in xp̄o: nec soluerat ille i
cruce sua inimicicias quas tecū cōtraxeraꝫ pec
catis meis. Quō. n. eas solueret i cruce fantas
matis quod de illo credideraꝫ: quaꝫ ergo falsa
mihi videbat̄ mors carnis eius. tā v̄a erat aīe
mee ⁊ q̄ꝫ vera mors carnis eiꝰ. taꝫ falsa vita aīe
mee que id nō credebat. ⁊ ingrauescentibus fe-
bribꝰ iā ibā ⁊ ꝑibā. quo eni irē si hinc tūc abireꝫ
nisi in ignē atqꝫ tormēta digna factis meis i ve
ritate ordinis tui: ⁊ hoc illa nesciebat: ⁊ tñ pro
me orabat absēs. Tu āt vbiqꝫ pn̄s vbi erat ex-
audiebas eā: ⁊ vbi erā misebaris mei: vt recu
perarē salutē corꝑis mei: adhuc insanꝰ corde sa-
crilego. neqꝫ. n. desiderabā i illo tāto ꝑiculo ba-
ptismū tuū: ⁊ melior erā puer qñ illuꝫ de mr̄na
pietate flagitaui: sicut iā recordatꝰ atqꝫ confes-
sus suꝫ. Sꝫ i dedecus meū creuerā: ⁊ cōsilia me
dicine tue demēs irridebā. qui nō me finisti ta-
lem bis mori. quo vulnere si ferirer̄ cor mr̄is:
nunquā sanaretur. nō. n. satis eloquor q̄d erga
me hēbat animi: ⁊ quantū maiore sollicitudine
me parturiebat spū q̄ꝫ carne pepereat. non ita-
qꝫ video quō sanaretur. si mea talis illa mors
trāsuerberasset viscera dilectionis eius. ⁊ vbi
eēnt tāte preces ⁊ tā crebre sine intermissione:
nusq̄ꝫ nisi ad te. An vero tu deꝰ misericordiarū
sperneres cor ꝯtritū ⁊ humiliatū vidue caste ac
sobrie. frequētātis elemosynas. obsequētis at-
q̄ꝫ suiētis sanctis tuis: nullū diē ꝓtermittentis
oblatiōem ad altare tuū. bis in die māe ⁊ vespe
ad ecclesiā tuā sine vlla itermissione venientis
nō ad vanas fabulas ⁊ auiles loquacitates. sed
vt te audiret i tuis sermonibꝰ: ⁊ tu illā in suis ꝓ
cibus: Huius ne tu lachrymas: q̄bꝰ nō a te au-
rum ⁊ argētū petebat: nec aliqđ mutabile aut
volubile bonū: sꝫ salutē aīe filij sui: tu cuiꝰ mune
re talis erat cōtēneres ⁊ repelleres ab auxilio
tuo. nequaq̄ꝫ dn̄e. Immo vero aderas ⁊ exau-
diebas. ⁊ faciebas ordīe quo ꝓdestinaueras eē
faciēdū. Absit vt tu falleres eē in illis visioni-
bus ⁊ rn̄sis tuis. que iā commemoraui ⁊ que nō
cōmemoraui. que illa fideli pectore tenebat: ⁊
⁊ semper orās tāquā cyrographa tua ingerebat
tibi. Dignaris eni qm̄ in seculū mīa tua: eis q̄-
bus oīa debita dimittis: ēt ꝓmissionibus tuis
debitor fieri. Recreasti ergo me ab illa egritu-
dine: ⁊ saluum fecisti filium ancille tue tunc ite-
rim corpore: vt esset cui salutem meliorem atqꝫ

q3 certiorem dares. Et iungebar etiaȝ tunc ro
me falsis illis atq3 fallētibus sanctis. Nō enim
tātum auditoribꝰ eorum quoꝝ in numero erat
etiam is: in cuiꝰ domo egrotauerā: ⁊ cōualuerā
sed eis etiam quos electos vocāt. Adhuc eniȝ
mihi videbat non esse nos q peccamus: ſȝ ne-
scio quā aliam in nobis peccare naturā. Et de
lectabat supbiam meam extra culpā esse: ⁊ cuȝ
aliqd mali fecissem non cōfiteri me fecisse: vt
sanares aīam meam: qm̄ peccabat tibi: sed ex-
cusare me amabam: ⁊ accusare nescio qd aliud
qδ mecum esset: ⁊ ego nō essem. Uerꝰ aūt totū
ego eram: ⁊ aduersum me impietas mea me di
uiserat: ⁊ id erat pctm̄ insanabiliꝰ quo me pctō
rem nō esse arbitrabar: ⁊ execrabilis iniqtas te
deus oīpotens te a me ad pniciem meaȝ q̄ȝ me
a te ad salutem malle superari. Nondum ergo
posueras custodiā ori meo: ⁊ ostium cōtinētie cir
ca labia mea: vt nō declinaret cor meū in ver
ba maligna: ad excusandas excusationes in pec
catis cum hoībus operātibus iniqtateȝ: ⁊ ideo
adhuc cōiuiebaȝ cuȝ electis eoꝝ. Sed tn̄ iā de
sperās in ea falsa doctrina me posse ꝓficere: ea-
q3 ipa quibꝰ si nihil melius reperirem contētus
esse decreueram: iā remissius: negligētiusq3 reti
nebam. Etenim suborta ē etiaȝ mihi cogitatio
prudentiores illos ceteris fuisse phos: quos
achademicos appellāt q̄ de oībus dubitādum
esse censuerāt: nec aliqd veri ab hoīe compꝛhen-
di posse decreuerāt. Jta enim ⁊ mihi liqdo sen-
sisse videbātur vt vulgo hn̄tur etiā illorum intē
tionem nōduȝ intelligēti: Nec dissimulaui eū-
dem hospitem meum reprimere a nimia fidu-
cia: quam sensi eum hr̄e de rebꝰ fabulosis: qui
bus manichei libri pleni sunt. Amicicia tn̄ eo-
rum familiarius vtebar: q̄ȝ ceteroꝝ hoīum qui
in illa heresi nō fuissent: nec eam defendebā pri
stina animositate: sed tn̄ familiaritas eoꝝ: plu-
res enim eos roma occultat: pigrius me facie-
bat aliud querere: p̄sertim desperātem in eccle
sia tua dn̄e celi ⁊ terre creator oīum visibilium
⁊ inuisibilium: posse iueniri veruȝ vnde me illi
auerterāt. Multūq3 mihi turpe videbat crede
re te figuram hr̄e humane carnis: ⁊ mēbrorum
nostroꝝ liniamentis corporalibꝰ terminari. Et
qm̄ cum de deo meo cogitare vellem: cogitare
nisi moles corpoꝝ non noueram. Neq3.n. vi-
debatur mihi esse quicq̄ȝ quod tale non esset: ⁊
ea maxima: ⁊ ꝓpe sola cā erat ineuitabilis erro
ris mei. Hinc.n. ⁊ mali subam quādam crede-
bam esse talem: ⁊ hr̄e suam molem tetrā: ⁊ de-
formem siue crassam quā terram dicebāt: siue
tenueȝ atq3 subtilē: sicuti est aeris corpus: quā
malignā mētem p illam terrā repētem imagi-
nant. Et qr deum bonū nullam malā naturaȝ
creasse qualiscūq3 me pietas credere cogebat:
cōstituebā ex aduerso sibi duas moles vtrāq3 ī
finitā: sed malā angustius: bonā grādius: ⁊ ex h
initio pestilētioso me cetera sacrilegia sequebā
tur. Cum.n. conaret animus meꝰ recurrere ī ca
tholicam fidem: repcutiebar: qr nō erat catho-
lica fides quā esse arbitrabar. Et magis piꝰ mi
hi videbar: si te deꝰ meꝰ cui confitent ex me mi-
serationes tue: vel ex ceteris partibꝰ infinitū cre
derē: quāuis ex vna qua tibi moles mali oppo-
nebat cogerer finitum fateri: q̄ȝ si ex oībꝰ ptibꝰ
in corpis humani forma te opinarer finiri. Et
melius mihi videbar credere nullū malum te
creasse: quod mihi nesciēti nō solum aliqua sub
stātia: sed etiā corporea videbat: qr ⁊ mētem co
gitare nō nouerā nisi eā subtile corpꝰ esse: qδ tn̄
p loci spacia diffunderet abs te: q̄ȝ crederē abs
te esse q̄leȝ putabā naturā mali. Jpm quoq3 sal
uatorē nostrum vnigenitū tuuȝ tanq̄ȝ de massa
lucidissima molis tue porrectū ad nostrā salutē
ita putabā: vt aliud de illo nō crederem: nisi qδ
possem vanitate imaginari. Talē itaq3 naturā
eius nasci nō posse de maria virgine arbitrabar
nisi carni concerneret. Concerni aūt ⁊ nō inq-
nari nō videbā qδ mihi tale figurabā: Metue
bā itaq3 credere in carne natū ne credere coge
rer ex carne inquinatum. Nunc spūales tui blā
de ⁊ amāter ridebunt me: si has cōfessiones me
as legerint. Sed tn̄ talis eraȝ. Deinde q̄ illi in
scripturis tuis repꝛhenderāt defendi posse non
existimabā: sed aliqn̄ sane cupiebā cuȝ aliquo il
lorum libroꝝ doctissimo conferre singula: ⁊ expe
riri qd inde sentiret. Jā enim helpidij cuiusdaȝ
aduersus eosdem manicheos corā loquentis ⁊
disserētis sermones etiā apud carthaginē mo-
uere me ceperāt: cuȝ talia de scripturis ꝓferret
qbus resisti facile nō posset: ⁊ imbecilla mihi re
sponsio videbat istoꝝ. Quam qdem non facile
palam ꝓmebāt: sed nobis secretius: cum dice-
rent scripturas noui testamenti falsatas fuisse a
nescio quibꝰ: qui iudeoꝝ legem inserere xpiane
fidei voluerunt: atq3 ipi incorrupta exemplaria
nulla ꝓferrent. Sed me maxime captū ⁊ offoca
tum quodāmodo deprimebāt corporalia cogi
ꝓuidēdi:cōiecturas aūt hoīum hr̄e sepe viȝ for
tis:⁊ multa dicēdo dici pleraq̧ vētura nesciēti-
bꝰ eis qd dicerēt:sed in ea nō tacēdo icurrētibꝰ.
Procurasti ergo tu hoīem amicuȝ nō qdē segnē
cōsultorē mathematicoꝝ:nec eas lr̄as bñ calen
tē:sed vt dixi cōsultorē curiosuȝ:⁊ tñ sciētē aliqd
qđ a p̄re suo se audisse dicebat:qđ quātum vale
ret ad illius artis opinionē euertēdam ignora-
bat. Js ergo vir noīe firminus liberaliter insti-
tutus ⁊ excultꝰ eloquio:cū me tanq̄ȝ charissimū
de q̄busdam suis rebus in quas secularis spes
eiꝰ intumuerat cōsuleret qd mihi fm̄ suas quas
cōstellationes appellāt videret̄:ego aūt q iam
de hac re in nebridij sn̄iam flecti ceperam:non
quidē abnuerē cōijcere ac dicere quod mutanti
occurrebat:sed tamē subijcerem ꝓpe iaȝ esse mi
hi ꝑsuasum ridicula esse illa ⁊ inania:tuȝ ille mi
hi narrauit patrem suum fuisse librorum taliuȝ
curiosissimum:⁊ hebuisse amicum eque illa si-
mulq̧ sectanteȝ:qui pari studio ⁊ collatione fla
grabāt in eas nugas igne cordis sui:ita vt mu-
torum quoq̧ animaliuȝ si que domi parerent
obseruarent momenta nascentium:atq̧ ad ea
celi positionem notarēt:vnde illius quasi artis
experimenta colligerent. Jtaq̧ dicebat audisse
se a patre quod cū de eodem firmino pregnans
mater esset etiam illius paterni amici famula
quedam pariter vtero grandescebat:quod late-
re nō potuit dominum:qui etiam canum suaꝝ

partus examinatissima diligētia nosse curabat
Atqꝫ ita factum esse vt cuꝫ iste cōiugis. ille aūt
ancille dies ⁊ horas minutioresqꝫ: horarūqꝫ ar
ticulos cautissima obseruatione numerarent:
enixe essent ambe simul ita vt easdem cōstella
tiones: vsqꝫ ad easdem minutias vtriqꝫ nascēti
facere cogerent: iste filio ille seruulo. Nam cuꝫ
mulieres parturire cepissent: indicauerunt sibi
ambo quid sua cuiusqꝫ domo ageret. Et para-
uerunt quos ad se inuicem mitterent simul vt
natum quod parturiebat esset cuiqꝫ nunciatū:
quod tamen vt cōtinuo nunciaretur: tanqꝫ in re
gno suo facile effecerāt: Atqꝫ ita ꝗ ab alterutro
missi sunt tam ex paribus domoꝝ interuallis
sibi obuiaꝫ factos esse dicebat: vt aliam positio
nem siderum aliasqꝫ particulas momētorum:
neuter eoꝝ notare sineret. Et tamen firminus
amplo apud suos loco natꝰ dealbatiores vias
seculi cursitabat: augebat diuitijs: sublimabat
honoribus: seruus tamē ille conditionis iugo
nullatenus relaxato dn̄is seruiebat: ip̄o indicā-
te qui nouerat eum. His itaqꝫ auditis ⁊ credi
tis: talis ꝗppe narrauerat: omnis illa relucta-
tio mea resoluta cōcidit: ⁊ primo firminū ip̄m
conatus sum ab illa curiositate reuocare: cuꝫ di-
cerem cōstellationibus eius inspectis vt vera
ꝓnunciarem: debuisse me vtiqꝫ videre ibi pa-
rentes inter suos esse primarios nobilem fami
liaꝫ ꝓprie ciuitatis: natales ingenuos: honestā
educationem: liberalesqꝫ doctrinas. At si me il
le seruus ex eisdem cōstellationibus: qꝛ ⁊ illius
ip̄e essent cōsuluisset: vt eidem quoqꝫ vera pro
ferrem: debuisse me rursum ibi videre abiectis
simam familiam cōditionem seruileꝫ: ⁊ cetera
longe a prioribus aliena lōgeqꝫ distantia. Un-
de aūt fieret vt eadem inspiciēs diuersa dicerē
si vera dicerem: si aūt eadem dicerem: falsa di-
cerem. Inde certissime collegi ea que vera con
sideratis cōstellationibus dicerent: nō arte dici
sed sorte: que aūt falsa nō artis imperitia: sꝫ sor
tis mendacio: Hinc autem accepto aditu: ip̄e
mecum talia ruminādo: ne quis eorūdem de-
liroꝝ qui talem questum sequerent: quos iam
iāqꝫ inuadere atqꝫ irrisos refellere cupiebam:
mihi ita resisteret quasi aut firminus mihi: aut
illi pater falsa narrauerit: intendi cōsideratio-
nem in eos qui gemini nascunt: quorum pleri-
qꝫ ita post inuicem fundunt ex vtero vt paruuꝫ
ip̄m tēporis interuallum quātālibet vim in re-
rum natura habere contēdant: colligi tamen
humana obseruatione nō possit: litterisqꝫ signa
ri omnino nō valeat: quas mathematicus īspe-
cturus est vt vera ꝓnunciet. Et nō erunt vera:
qꝛ easdem l̄ras inspiciens: eadem debuit dice
re de esau ⁊ iacob: sed nō eadem vtriqꝫ accide-
runt: Falsa ergo diceret. Aut si vera diceret: nō
eadem diceret: ad eadem inspiceret. Non ergo
arte: sed sorte vera diceret. Tu enim dn̄e iustis
sime moderator vniuersitatis cōsulentibus cō
sultisqꝫ nescientibus occulto instinctu agis: vt
dum quisqꝫ contulit: hoc audiat quod oportet
eum audire occultis meritis animaꝝ ex abys-
so iusti iudicij tui: cui nō dicat homo quid ē hoc
aut ꝗd est hoc: nō dicat: nō dicat: homo ē enim.
Jam itaqꝫ me adiutor meus illis vinculis sol-
ueras: ⁊ querebam vnde malum: ⁊ nō erat exi-
tus. Sed me nō sinebas vllis fluctibus cogita
tionis auferri ab ea fide qua credebam ⁊ esse te
⁊ esse incōmutabilem substantiam tuam: ⁊ esse
de hoībus curam ⁊ iudicium tuum: ⁊ in xp̄o fi-
lio tuo dn̄o nostro atqꝫ ī scripturis sanctis quas
ecclesie tue catholice cōmēdaret auctoritas vi
am te posuisse salutis humane ad eam vitam q̄
post hanc mortem futura ē. His itaqꝫ saluis at
qꝫ incōcusse roboratis in animo meo: querebaꝫ
estuans vnde sit malum. Que illa tormēta par
turiētis cordis mei: qui gemitus deꝰ meus: Et
ibi erāt aures tue nesciēte me. Et cum in silētio
fortiter quererem magne voces erāt ad miseri
cordiam tuam: tacite cōtritiones animi mei.
Tu sciebas quid patiebar: ⁊ nullus hominum.
Quātum enim erat quod inde digerebat ꝑ lin-
guam meam in aures familiarissimoꝝ meoꝝ.
Nunquid totus tumultus anime mee: cui nec
tēpora nec os meū sufficiebat sonabat eis: To
tum tamē ibat in auditum tuū quod rugiebaꝫ
gemitu cordis mei: ⁊ ante te erat desideriū me-
um: ⁊ lumē oculoꝝ meorum nō erat mecū. In-
tus enim erat: ego aūt foris. Nec in loco illud.
At ego intēdebam in ea que locis cōtinentur: ⁊
nō ibi inueniebam locum ad requiescendum.
Nec recipiebāt me ista vt dicerem: sat est ⁊ be-
ne ē: nec dimittebant redire vbi mihi satis esset
bene. Superior enim eram istis: te vero īferior
Et tu gaudiuꝫ veruꝫ mihi subdito tibi: ⁊ tu mi-
hi subieceras que infra me creasti. Et hoc erat
rectum tēperamentum: ⁊ media regio salutis
mee: vt manerem ad imaginē tuam: ⁊ tibi ser
uiēs dominarer corpori: Sed cum superbe cō
tra te surgerē ⁊ currerem aduersus dn̄m in cer
uice crassa scuti mei: etiaꝫ ista infima supra me
facta sunt ⁊ p̄mebant: ⁊ nusqꝫ erat laxamētum
⁊ respiramētum. Ipsa occurrebant vndiqꝫ acer
uatim ⁊ cōglobatim cernēti: cogitāti aūt ima-
gines corporum ip̄e opponebantur redeūti: q̄si
diceretur. Quo is indigne: ⁊ sordide: Et hec de
vulnere meo creuerant: qꝛ humiliasti tāqꝫ vul
neratum sup̄bum: ⁊ tumore meo separabat abs
te: ⁊ nimis inflata facies claudebat oculos me
os. Tu vero dn̄e in eternum manes: ⁊ nō ieter-

num irasceris nobis:q̃m miseratus es terraꝫ:⁊ cinerem. Et placuit in cõspectu tuo reformare deformia mea:⁊ stimulis internis agitabas me vt impatiẽs essez donec mihi ꝑ interiorẽ aspectum certus esses. Et residebat tumor meꝰ ex occulta manu medicine tue: aciesq́ꝫ cõturbata ⁊ contenebrata mẽtis mee acri collirio salubrium doloꝝ meoꝝ de die in diem sanabatur. Et primo volẽs ostendere mihi q̃ꝫ resistas sup̃bis: humilibus aũt des grãm:⁊ quãta misericordia tua demonstrata sit hoĩbus via humilitatis:q̃ᵭ verbum tuum caro fcm̃ ẽ:⁊ habitauit inter homines:procurasti mihi ꝑ quẽdam hoĩem imanissimo typo turgiduꝫ quosdã platonicorum libros ex greca lingua in latinã versos: ⁊ ibi legi non quidẽ his verbis:sed hoc idem omnino: multis ⁊ multiplicibus suaderi rõnibꝰ:ꝙ in principio erat verbum ⁊ verbum erat apud deuꝫ:⁊ deus erat verbum:hoc erat in principio apud deum:oĩa ꝑ ip̃m facta sunt:⁊ sine ip̃o factum est nihil:quod factum est in eo vita ẽ. Et vita erat lux hoĩum:⁊ lux in tenebris lucet:⁊ tenebre et eã non compꝛehẽderunt. Et qꝛ hoĩs aĩa quãuis testimonium ꝑhibeat de lumine:non ẽ tamẽ ipsa lumẽ:sed verbum dei. Deus ẽ lumẽ veꝝ quod illuminat oẽm hoĩem veniẽtem in hunc mũdũ Et qꝛ in hoc mundo erat:⁊ mũdus ꝑ ip̃ꝫ factꝰ ẽ ⁊ mundus eũ non cognouit. Qꝛ vero in sua ꝓpria venit ⁊ sui eũ nõ receperunt:quotquot aũt eũ receperunt dedit eis ptãtẽ filios dei fieri credẽtibꝰ i noĩe eiꝰ:ñ ibi legi. Itẽ ibi legi qꝛ deꝰ v̄bũ ñ ex carne ñ sanguine nõ ex volũtate viri neqꝫ ex volũtate carnis:sed ex deo natus ẽ. Sed qꝛ verbum caro factum ẽ ⁊ habitauit in nobis:nõ ibi legi. Indagaui quippe in illis lr̃is varie dictum:⁊ multis modis:ꝙ sit filiꝰ in forma patris non rapina arbitratus esse equalis deo:qꝛ naturaliter idip̃m est. Sed qꝛ semetip̃m exinaniuit formam serui accipiẽs in similitudinem hoĩum factus ⁊ habitu inuẽtus vt homo:humiliauit se factus obediẽs vsqꝫ ad mortem:mortẽ aũt crucis:propter quod deus eum exaltauit a mortuis:⁊ donauit ei nomẽ quod est sup̱ omne nomẽ vt in noĩe iesu omne genu flectat̃ celestium terrestrium ⁊ infernoꝝ:⁊ oĩs lingua confiteatur:qꝛ dñs iesus in gloria ẽ dei patris non habẽt illi libri. Quod eniꝫ ante oĩa tp̱a: ⁊ supra omnia tp̱a incõmutabiliter manet vnigenitus filius tuꝰ coeternus tibi:⁊ qꝛ de plenitudine eius accipiũt aĩe vt beate sint:⁊ qꝛ participatione manẽtis in se sapie renouãtur vt sapiẽtes sint:ẽ ibi. Quod aũt ſm tẽpus pro impijs mortuus ẽ:⁊ filio tuo vnico non pep̱cisti:sed ꝓ nobis oĩbus tradidisti eũ:non ẽ ibi. Abscondisti.n.hec a sapiẽtibus:⁊ reuelasti ea paruulis: vt venirẽt ad euꝫ laborãtes : ⁊ onerati:⁊ reficeret eos:q̃m mitis ẽ ⁊ humilis corde ⁊ dirigit mites i iudicio:⁊ docet mãsuetos vias suas: vidẽs humilitatem nostram ⁊ laborem nostrum:⁊ dimittẽs oĩa peccata nostra. Qui aũt cothurno tanq̃ꝫ doctrine sublimioris elati non audiunt dicẽtem. Discite a me:qꝛ mitis sum ⁊ humilis cordde:⁊ ĩuenietis requiẽ aĩabus vestris:⁊ si cognoscunt deum non sicut deum glorificãt ait grãs agunt:sed euanescunt in cogitationibus suis: ⁊ obseruat̃ insipiẽs cor eoꝝ:dicẽtes se esse sapiẽtes stulti fiunt. Et ideo legebã ibi etiã immutatã gloriam incorruptionis tue in idola:⁊ varia simulacra in similitudinem imaginis corruptibilis hoĩs: ⁊ volucruꝫ ⁊ quadrupedũ ⁊ serpẽtum: videlꝫ egyptium cibum quo esau ꝑdidit primogenita sua:quoniaꝫ caput quadrupedis ꝓ te honorauit populus primogenitus conuersus corde in egyptum:⁊ curuãs imaginẽ tuam aĩam suam ante imaginẽ vituli manducãtis fenum:inueni hec ibi:⁊ nõ mãducaui. Placuit.n.tibi dñe auferre opprobriũ diminutionis ab iacob: vt maior seruiret minori:⁊ vocasti gẽtes in hereditatẽ tuaꝫ. Et ego ad te venerã ex gẽtibꝰ:⁊ intẽdi in auꝝ quod ab egypto voluisti vt auferret populus tuus:q̃m tuum erat vbicũqꝫ erat. Et dixisti atheniẽsibꝰ ꝑ apostoluꝫ tuũ ꝙ in te viuimus:⁊ mouemur ⁊ sumꝰ sicut ⁊ q̃daꝫ ſm eos dixerunt. Et vtiqꝫ ĩde erãt illi libri. Et non attẽdi in idola egyptiorũ:q̃bus de auro tuo ministrabãt:qui trãsmutauerũt veritateꝫ dei in mẽdacium:⁊ coluerũt ⁊ seruierũt creature potius q̃ꝫ creatori. Et inde admonitꝰ redire ad memetip̃m:intraui in intima mea duce te: ⁊ potui:q̃m factꝰ es adiutor meꝰ. Intraui : ⁊ vidi qualicũqꝫ oculo anime mee:supra eundẽ oculum anime mee:supra mẽtem meaꝫ lucem dñi incõmutabilem:non hãc vulgarẽ ⁊ conspicuam omni carni : nec quasi ex eodeꝫ genere. Grandior erat:tãq̃ꝫ si ista multo multoqꝫ clarius claresceret:totũqꝫ occuparet magnitudine. Non hꝫ illa erat sed aliud: aliud valde ab istis oĩbus. Nec ita erat supra mẽteꝫ meaꝫ sicut oleũ sup̱ aquam : nec sicut celũ sup̱ terram:sed superior : qꝛ ip̃a fecit me:⁊ ego inferior qꝛ factꝰ sum ab ea. Qui nouit veritatem nouit eã: et qui nouit eam: nouit eternitatẽ. Charitas nouit eam O eterna veritas:⁊ vera charitas:⁊ chara eternitas. Tu es deus meus:tibi suspiro die ac nocte. Et cum te primum cognoui:tu assumpsisti me vt viderem esse quod viderẽ:⁊ nondũ me esse qui viderem . Et reuerberasti ĩfirmitatem aspectus mei: radiãs in me vehemẽter: ⁊ cõtremui amore: ⁊ horrore:⁊ ĩueni me lõge eẽ a te in regione dissimilitudinis : tanq̃ꝫ audirem vocẽ tuam de excelso. Cibus sum grãdium:cresce:et

⁊ manducabis me. Nec tu me in te mutabis si
cut cibum carnis tue: sed tu mutaberis in me.
Et cognoui qm̃ ꝑ iniqtate erudisti hoiem: ⁊ ta-
bescere fecisti sicut araneaꝫ aiam meaꝫ: ⁊ dixi.
Nunqd nihil ē veritas: qm̃ neqꝫ ꝑ finita neqꝫ
ꝑ infinita locoꝝ spacia diffusa ē? Et clamasti de
longinquo. Immo vero ego sum q sum. Et au-
diui sicut audit̄ in corde: ⁊ non erat prorsus vn-
de dubitarē: faciliusqꝫ dubitareꝫ viuere me: ꝙ
non esse veritateꝫ q̄ ꝑ ea q̄ facta sunt intellecta
conspicit̄. Et inspexi cetera infra te. Et vidi nec
omnino esse: nec oīno non esse. Esse quideꝫ qm̃
abs te sunt: non esse aūt qm̃ id qᵭ es non sunt.
Id enim vere est quod incōmutabiliter manet.
Mihi aūt in herere deo bonum ē: qꝛ si nō ma
nebo in illo nec in me potero. Ille aūt in se ma-
nens innouat oīa. Et dn̄s meus es: qm̃ bonoꝝ
meoruꝫ non eges. Et manifestatuꝫ ē mihi: qm̃
bona sūt q̄ corrumpunt̄: q̄ neqꝫ si summa bona
essent: neqꝫ nisi bona essent: corrumpi possent.
Qꝛ si summa bona essent: incorruptibilia essēt
si aūt nulla bona essent: qd in eis corrumperet̄
non esset. Nocet eniꝫ corruptio: ⁊ nisi bonū mi-
nueret non noceret. Aut igit̄ nihil nocet corru
ptio quod fieri non pōt: aut quod certissimuꝫ ē
oīa que corrumpunt̄ priuant̄ bono. Si aūt om
ni bono priuabunt̄: oīno non erunt. Si. n. erūt
⁊ corrumpi iam non poterunt: meliora erūt: qꝛ
incorruptibiliter ꝑmanebunt. Et quid mōstruo
sius: ꝙ ea dicere omni bono amisso facta me-
liora? Ergo si oī bono priuabunt̄: omnino nul-
la erunt. Ergo quādiu sunt: bona sunt. Ergo q̄
cūqꝫ sunt bona sunt. Malūqꝫ illud quod querere
bam vnde esset non est suba: qꝛ si substātia esset
bonum esset. Aut. n. esset incorruptibilis suba
magnū vtiqꝫ bonuꝫ: aut substātia corruptibilis
esset q̄ nisi bona esset corrūpi non posset. Itaqꝫ
vidi ⁊ manifestatum ē mihi: qꝛ oīa bona tu fe
cisti: ⁊ prorsus nulle substātie sunt quas tu nō fe
cisti. Et qm̃ non equalia oīa fecisti: ideo sūt oīa
qꝛ singula bona sūt: ⁊ simul oīa valde bona: qm̃
fecisti deus noster omnia bona valde. Et tibi
omnino non ē malum: non soluꝫ tibi: sed ⁊ vni-
uerse creature tue: qꝛ extra te non ē aliquid qᵭ
irrumpat ⁊ corrūpat ordinē quē imposuisti ei.
In partibus aūt eius q̄dam quibusdaꝫ: qꝛ non
conueniunt mala putant̄. ⁊ eadeꝫ ip̄a conueni-
unt alijs: ⁊ bona sunt: ⁊ in semetipsis bona sūt.
⁊ omnia hec q̄ sibimet inuicem non conueniunt
conueniunt inferiori parti reꝝ: quā terrā dicimꝰ
hn̄tem celum suū nubilosuꝫ atqꝫ vētosum con-
gruū sibi. ⁊ absit iam vt dicerē non esse ista: qꝛ ⁊
si sola ista cernerē: desiderarē qdem meliora. sed
iam etiā de solis istis laudare te deberē: quo-
niam laudādum te ostēdunt de terra dracones
⁊ oēs abissi. Ignis grando nix glacies sp̄us tē-
pestatis q̄ faciunt verbum tuū. Montes ⁊ oēs
collēs: ligna fructifera ⁊ oēs cedri. Bestie ⁊ om
nia pecora: reptilia: ⁊ volatilia pēnata. Reges
terre: ⁊ oēs populi: principes ⁊ oēs iudices ter
re. Iuuenes ⁊ virgines: seniores cuꝫ iunioribꝰ
laudēt nomē tuum. Cuꝫ vero etiaꝫ de celis te
laudēt laudēt te deus noster in excelsis oēs an-
geli tui. oēs virtutes tue: sol ⁊ luna oēs stelle: ⁊
lumē: celi celoꝝ: ⁊ aque q̄ sup celos sunt laudēt
nomē tuuꝫ: Non iā desiderabam meliora: quia
omnia cogitabam: ⁊ meliora quidem superio-
ra ꝙ inferiora meliora omnia ꝙ sola superiora
iudicio sano rependebam. Non ē sanitas eis
quibus displicet aliquid creature tue: sicut mi
hi non erat cum displicerēt multa q̄ fecisti. Et
qꝛ nō audebat anima mea vt ei displiceret deꝰ
meus: nolebat esse tuū quicquid ei displicebat
⁊ inde ierat in opinionē duarum substātiarum
⁊ non requiescebat: ⁊ aliena loquebat̄: ⁊ inde re
diēs fecerat sibi deum ꝑ infinita spacia locoruꝫ
oium: ⁊ eum putauerat esse te: ⁊ eum collocauē-
rat in corde suo: ⁊ facta erat rursus tēpluꝫ ido
li sui abominādum tibi. Sed postea ꝙ fouisti ca
put nescientis: ⁊ clausisti oculos meos ne vide-
rēt vanitatem: cessaui de me paululuꝫ: ⁊ cōsopi
ta ē insania mea. ⁊ euigilaui in te ⁊ vidi te infini
tum aliter: ⁊ visus iste non a carne trahebat̄. ⁊
respexi alia: ⁊ vidi tibi debere: qꝛ sunt ⁊ in te cū
cta finita: sed aliter: non quasi in loco: sed quia
tu es omnitenēs manu veritate: ⁊ oīa vera sunt
inquātum sunt: nec quicꝙ ē falsitas: nisi cū pu-
tat̄ esse quod non ē: ⁊ vidi qꝛ nō solum locis sua
queqꝫ suis conueniunt: sed etiā tꝑibus. ⁊ qꝛ tu so
lus eternus es: non post innumerabilia spacia
tēpoꝝ cepisti operari: qꝛ oīa spacia tēpoꝝ ⁊ q̄ p̄-
terierunt: ⁊ que p̄teribunt: nec abirent: nec ve-
nirent nisi te operāte: ⁊ manēte. ⁊ sensi ⁊ exptus
suꝫ non esse miruꝫ quod palato non sano pena
ē panis qui sano suauis ē: ⁊ oculis egris odiosa
lux: q̄ pueris amabilis ē. ⁊ iusticia tua displicet
iniquis ne duꝫ vipera ⁊ vermiculus que bona
creasti apta inferioribus creature tue partibus
quibus: ⁊ ipsi iniqui apti sunt quāto dissimilio-
res sunt tibi: apti aūt superioribus quāto simi-
liores fiunt tibi. ⁊ quesiui quid esset iniquitas ⁊
non inueni substātiam: sed a sūma substantia te
deo detorte in infima voluntatis ꝑuersitat̄ em:
proijciētis intima sua ⁊ tumescētis foras. ⁊ mi
rabar ꝙ iaꝫ te amabaꝫ non pro te fantasma. ⁊
non stabam frui deo meo: sed rapiebar ad te de
core tuo: moxqꝫ diripiebar abs te pondere meo
⁊ ruebam in ista cuꝫ gemitu. ⁊ pondus hoc con
suetudo carnalis: sed mecuꝫ erat memoria tui:
neqꝫ vllo modo dubitabaꝫ esse cui cohererem:

sed nondum esse me qui cohererem: quoniã cor
pus qd corrumpit aggrauat animam: ⁊ depri-
mit terrena inhabitatio sensum multa cogitan
tem. erãq3 certissim⁹ q inuisibilia tua a constitu
tione mundi p ea que facta sunt intellecta con-
spiciunt: sempiterna quoq3 virtus: ⁊ diuinitas
tua. Querẽs eni3 vnde approbarẽ pulchritudi
nem corporu3 siue celestiu3 siue terrestriu3: ⁊ qd
mihi presto esset integre de mutabilibus iudi-
canti: ⁊ dicenti: hoc ita esse debet: illud non ita.
Hoc ergo querẽs vnde iudicarẽ cum ita iudica
rem: inuenerã incõmutabilem: ⁊ vera3 verita-
tis eternitate3 supra mẽtem meam cõmutabi-
lem. Atq3 ita gradatim a corporibus ad sentiẽ
tem p corpus aiam: atq3 inde ad eius interiore3
vim cui sensus corporis exteriora annunciaret
⁊ quousq3 possunt bestie: atq3 inde rursus ad ra
ciocinãtem potẽtia3: ad quam refert iudicãdu3
quod sumit a sensibus corporis. Que se quoq3
in me comperiẽs mutabilẽ: erexit se ad intelli-
gentia3 sua3: ⁊ abduxit cogitationẽ a consuetu-
dine: subtrahens se contradicẽtibus turbis fan
tasmatu3: vt inueniret quo lumine aspergeret:
cum sine vlla dubitatione clamaret: incõmuta
bile pferẽdum esse mutabili: vnde nosset ipm
incõmutabile: quod nisi aliquo mõ nosset: nul-
lo modo illud mutabili certa pponeret: ⁊ pueni
ret ad id quod ẽ in ictu trepidantis aspectus.
Tu3 vero inuisibilia tua p ea que facta sunt in-
tellecta conspexi: sed aciem figere nõ valui: ⁊ re
percussa infirmitate redditus solitis: nõ mecu3 fe
reba3 nisi amãtem memoriã: ⁊ quasi olfacta de
siderãtem que comedere nondum posse3: ⁊ que
rebam via3 comparãdi roboris quod esset ido-
neum ad fruẽdum te: nec inueniebam donec am
plecterer mediatore3 dei: ⁊ hoium hoiem chri-
stum iesu3: qui ẽ sup omnia deus benedictus in
secula: vocãtem ⁊ dicẽtem: ego sum via veritas
⁊ vita. ⁊ cibum cui capiẽdo inualidus eram mi-
scẽtem carni: qm̃ verbum caro factu3 ẽ: vt infã
tie nostre lactesceret sapiẽtia tua: p qua3 creasti
omnia. Non enim tenebam dñm meum iesum
xpm humilis humilem: nec cuius rei magistra
esset eius infirmitas noueram. Verbum enim
tuu3 eterna veritas superioribus creature tue
partibus supeminẽs: subditos erigit ad seipam
in inferioribus aũt edificauit sibi humilẽ domũ
de limo nostro: p quam subdẽdos deprimeret a
seipsis: ⁊ ad se traijceret: sanans tumorẽ ⁊ nutri
ens amorẽ: ne fiducia sui pgrederent longi⁹: sed
potius infirmarent: videtes añ pedes suos ifir
mã diuinitatẽ ex pticipatiõe tunice pellicee no
stre: ⁊ lassi psternerent in eã: illa aũt surgẽs leua
ret eos. ego vero aliud putabã: tm̃q3 sentiebam
de dño xpo meo: quãtũ de excellẽtis sapie viro
cui nullus posset equari: psertim: q2 mirabili-
ter natus ex virgine ad exẽplum contẽnendorũ
tpalium, p adipiscenda imortalitate: diuina pro
nobis cura tãta3 autoritatẽ magisterij meruisse
videbat. Quid aũt sacramẽti hrẽt: verbu3 ca-
ro factum: ne suspicari qdem poteram. Tm̃ co
gnouerã ex his que de illo scripta traderent q2
mãducauit: ⁊ bibit: dormiuit: ambulauit: exhi-
laratus ẽ: contristatus ẽ: sermocinatus ẽ: non he
sisse carnem illã verbo tuo: nisi cum aĩa: ⁊ mẽte
humana. Nouit hoc ois qui nouit icõmutabili
tatẽ verbi tui: qua3 ego ia3 noueram quãtum po
teram: nec oino quicq3 inde dubitaba3. etenim
nunc mouere mẽbra corporis p voluntatẽ: nunc
non mouere: nunc aliquo affectu affici: nũc non
affici: nunc proferre p signa sapiẽtes sentẽtias:
nunc esse in silẽtio: ppria sunt mutabilitatis aie
⁊ mẽtis. Que si falsa de illo scripta essent: etia3
oia periclitarent mendacio: neq3 in illis lrĩs vl
la fidei salus generi humano remaneret. Quia
itaq3 vera scripta sunt: totũ hoiem in xpo agno
scebã: non corpus tãtum hois: aut cu3 corpore si
ne mẽte aiam: sed ipsu3 hoie3 non psona verita
tis: sed magna quada, nature humane excellẽ
tia: ⁊ perfectiore participatione sapiẽtie prefer
ri ceteris arbitrabar. Alipius aũt deu3 carne in
dutum ita putabat credi a catholicis: vt preter
deu3 ⁊ carnẽ non esset in xpo anima: mentẽq3
hois non existimabat in eo predicari. Et quo-
niam bene psuasum tenebat: ea que de illo me
morie mandata sunt sine vitali: ⁊ rõnali creatu-
ra non fieri: ad ipam xpianã fidem pigrius mo
uebat. Sed postea hereticoru3 appollinarista-
ru3 hunc errore3 esse cognoscẽs: catholice fidei
collætatus: ⁊ contẽperatus ẽ. Ego aũt aliquãto
posterius didicisse me fateor: in eo quod verbũ
caro factu3 ẽ: quomodo catholica veritas a foti
ni falsitate dirimat. Improbatio quippe hereti
coru3 facit eminere quid ecclia tua sentiat: ⁊ qd
habeat sana doctrina. Oportuit enim: ⁊ here-
ses esse: vt pbati manifesti fierent iter ifirmos.
Sed tunc lectis platonicoru3 illis libris: postea
q3 inde admonitus querere incorpoream veri
tatem: inuisibilia tua p ea que facta sunt intelle
cta conspexi: ⁊ repulsus sensi quod p tenebras
aie mee contẽplari nõ sineret certus esse: ⁊ te ⁊ in
finitu3 esse: nec tñ p locos finitos infinitosue dif
fundi: ⁊ vere te esse q semp idem ipe esses ex nul
la parte nulloq3 motu aliter aut aliter: cetera ve-
ro ex te esse oia: hoc solo firmissimo documento
q2 sunt. Certus quidem in istis eram: nimis tñ in
firmus ad fruẽdum te: Garriebã plane qsi peri
tus: ⁊ nisi in xpo saluatore nostro viã tuã quere
rem: non peritus: sed periturus essem. Iã.n. ceperã
velle videri sapiẽs: plenus pena mea: ⁊ non fle

dam:insuꝑ inflabar scientia. Ubi eniꝫ erat illa
edificans charitas a fundamēto humilitatis:
quod ē xp̄e iesus: Aut qn̄ illi libri me docerēt eā
in quos me ꝓpterea priusq̄ꝫ scripturas tuas cō
siderarē credo voluisti incurrere: vt imprime
retur memorie mee qn̄o ex eis affectus essem.
Et cū postea in libris tuis mālsuefactus esseꝫ:
⁊ curātibus digitis tuis contractarent̄ vulnera
mea: discernerē atq̄ꝫ distinguerē qd interesset in
ter ꝑsumptionem: ⁊ cōfessionem: inter vidētes
quo eundū sit nec videntes qua: ⁊ viam ducē-
tem ad beatificam patriā non tm̄ cernēdam sꝫ
⁊ inhabitādam: Nā si primo sanctis tuis lr̄is
informatus essem ⁊ in eaꝝ familiaritate obdul
cuisses mihi: ⁊ postea in illa volumina icidisseꝫ
fortasse aut abripuissent me a solidamēto pie-
tatis: aut si in affectu quem salubrē inbiberaꝫ ꝑ
stituissem: putarē etiam ex illis libris eum posse
cōcipi: si eos solos quisq̄ꝫ didicisset. Itaq̄ꝫ ani-
dissimi arripui venerabilē stilum sp̄ūs tui: ⁊ pre
ceteris apl'm paulum: ⁊ perierunt ille q̄ōnes in
q̄bus mihi aliqn̄ visus ē aduersari sibi: ⁊ nō con
gruere testimonijs legis: ⁊ ꝓphetarum textus
ꝫmonis eius. Et apparuit mihi vna facies elo
quioꝝ castroꝝ: ⁊ exultare cum tremore didici: ⁊
cepi: ⁊ inueni q̄cq̄d illac verum legeram. Hac
cum cōmēdatione gr̄e tue didici: vt q̄ videt nō
sic glorieẗ quasi non acceperit: nō solū id qđ vi-
det: sed etiam vt videat. Quid. n. habet qđ nō
accepit: Et vt te q̄ es sꝑ idem nō solum admo-
neaẗ vt teneat. Et q̄ de longinquo videre non
pōt viam: tn̄ ambulet qua veniat: ⁊ videat ⁊ te-
neat: Qꝛ ⁊ si condelecteẗ homo legi dei ꝫm inte
riorem hoiem: quid faciet de alia lege in mem
bris suis repugnāte legi mētis sue: ⁊ se captiuū
ducēte in lege peccati q̄ est in mēbris eius: Qm̄
iustus es dn̄e: nos aūt peccauimus: inique feci
mus: impie gessimus: ⁊ granata ē suꝑ nos manꝰ
tua: ⁊ iu ste traditi sumus antiquo peccatori ꝑ-
posito mortis: qꝛ ꝑsuasit voluntati nostre simi-
litudinem volūtatis sue qua in veritate tua nō
stetit. Quid faciat miser homo: Quis eum libe
rabit de corꝑe mortis huiꝰ: nisi gr̄a tua ꝑ iesum
xp̄m dn̄m nostrum quē genuisti coeternū: ⁊ crea
sti in principio viaꝝ tuaꝝ: in quo princeps huiꝰ
mūdi non inuenit quicq̄ꝫ morte digniꝫ: ⁊ occi
dit eū ⁊ euacuatuꝫ ē chyrographū quod erat cō
trarium nobis: Hoc ille lr̄e non hn̄t: non hn̄t il-
le pagine vultum pietatis huiꝰ: lachrimas con
fessionis: sacrificium tuum spirituꝫ cōtribulatū
cor cōtritum ⁊ humiliatum: populi salutem: sp̄ō
sam: ciuitatē: arram sp̄ūssancti: poculum precij
nostri: Nemo ibi cātat: nonne deo subdita erit
anima mea: ab ip̄o. n. salutare meum. Etenim
ip̄e ē deus meus: ⁊ salutaris meꝰ: susceptor meꝰ
nō mouebor amplius. Nemo ibi audit vocan
teꝫ: venite ad me qui laboratis. Dedignāẗ ab
eo discere: qm̄ mitis ē: ⁊ humilis corde. Abscō
disti. n. hec a sapiētibus ⁊ prudentibus: ⁊ reue-
lasti ea paruulis. Et aliud ē de siluestri cacumi-
ne videri patriā pacis: ⁊ iter ad eā nō inuenire:
⁊ frustra conari ꝑ inuia circūobsidētibus: ⁊ insi
diātibus fugitiuis desertoribus cum principe
suo leone: ⁊ dracone: ⁊ aliud tenere viaꝫ illuc du
cētem cura celestis imperatoris munitaꝫ: vbi
non latrocinanẗ qui celestem militiam deserue
runt. Uitāt. n. eam sicut supplicium: Hec mihi
inuiscerabanẗ miris modis cum minimū apo
stolorum tuoꝝ legerem: ⁊ considerauerã ope
ra tua ⁊ expaueram.

Explicit liber septimus.

Incipit octauus.

DEus meus recorder in grāꝝ actiōe tibi: ⁊ confitear misericordias tu
as suꝑ me. Perfundantur ossa
mea delectatione tua: ⁊ dicant
Dn̄e q̄s silis tibi: Dirupisti vin
cula mea: sacrificē tibi sacrificiuꝫ laudis. Quo
dirupisti ea narrabo: ⁊ dicent oēs q̄ adorent te
cum audiūt hec. Bn̄dictus dn̄s in celo: ⁊ in ter
ra: magnū ⁊ mirabile nomē eius. Inheserāt ꝑ
cordijs meis verba tua: ⁊ vndiq̄ꝫ circūuallabar
abs te: De vita tua eterna certus erā: quāuis eā
in enigmate ⁊ quasi ꝑ speculuꝫ viderā. Dubita
tio tn̄ ois de incorruptibili suba q̄ ab illa esset
omnis suba: ablata mihi erat: nec certior de te
sed stabilior in te esse cupiebā. De mea vero tē
porali vita nutabāt oia: ⁊ mundāduꝫ erat cor a
fermēto veteri ⁊ placebat via ip̄e saluator: ⁊ ire
ꝑ eiꝰ angustias adhuc pigebat. Et imisisti in mē-
tem meā: visumq̄ꝫ ē bonū in cōspectu meo ꝑge-
re ad simplicianū q̄ mihi bonꝰ apparebat ꝫuus
tuꝰ: ⁊ lucebat in eo gr̄a tua: Audierā etiā q̄ a iu
uētute sua deuotissime tibi viueret. Jā vero tūc
senuerat: ⁊ lōga etate in tā bono studio sectande
vie tue: multa exꝑtus: multa edoctus mihi vi
debaẗ: ⁊ vere sic erat. Unde mihi vt ꝓferret vo
lebā conferēti secum estus meos: q̄s esset aptꝰ
modus sic affecto: vt ego erā ad ambulāduꝫ in
via tua. Uidebā. n. plenā ecclesiam: ⁊ aliꝰ sic ibat
alius aūt sic. Mihi aūt displicebat qđ agebam
in seculo: ⁊ oneri mihi erat valde nō iā inflāmā
tibus cupiditatibꝰ: vt solebāt spe honoris ⁊ pe
cunie: ad tolerādā illam ꝫuitutē tā grauem. Jaꝫ
enim me illa nō delectabāt pre dulcedine tua:
⁊ decore domus tue quā dilexi. Sed adhuc te-

naeliter colligabar ex femina:nec me ꝓhibebat apostolus coniugari:quãuis exhortaret̃ ad melius:maxime volẽs omnes hoïes sic esse vt ip̃e erat. Sed ego infirmior eligebam molliorez locum. Et ꝓpter hoc vnum voluebar in ceteris lãguidus:⁊ tabescens curis marcidis:quod ⁊ in alijs rebus quas nolebam pati congruere cogebar vite coniugali:cui deditus constringebar. Audieram ex ore veritatis esse spadones q̄ seipsos absciderunt ꝓpter regnum celoꝝ: sed qui põt inquit caperere capiat. Uani sunt certe oẽs hoïes quibus nõ est dei sciẽtia:nec de his q̃ vident̃ bona potuerunt inuenire eum q̄ ẽ. At ego iam nõ eram in illa vanitate. Transcẽderã eaz ⁊ cõrestãte vniuersa creatura tua inueneram te creatorem nostrum:⁊ verbum tuũ apud te deũ tecũq̧ cuz spũsancto vnũ deũ ꝑ quod creasti oïa Et ẽ aliud genus impioꝝ: qui cognoscẽtes deũ nõ sicut deum glĩficauerunt aut grãs egerũt. In hoc quoq̧ incideram:⁊ dextera tua deus suscepit me:⁊ inde ablatum posuisti vbi cõualescerẽ q: dixisti homini:ecce pietas est sapiẽtia: ⁊ noli velle videri sapiens:qm̃ dicẽtes se esse sapiẽtes:stulti facti sunt. Et inuenerã iam bonã margaritam:⁊ vẽditis oïbus q̃ haberez emẽda erat ⁊ dubitabam. Perrexi ergo ad simplicianũ patrem in accipiẽda grã tunc ep̃i ambrosij: ⁊ quez vere vt p̃rem diligebat. Narraui ei circuitꝰ erroris mei. vbi aũt cõmemoraui legisse me quosdam libros platonicoꝝ quos victorinus quõdã rhetor vrbis rome:quem xp̃ianum defunctum esse audierã in latinam linguã trãstulisset: gratulatus ẽ mihi q nõ in alioꝝ p̃hoꝝ scripta incidissem plena fallaciaꝝ:⁊ deceptionum ẜm elemẽta huius mũdi:in istis aũt oïbus modis insinuari deum:⁊ eiꝰ verbuz. Deinde vt me exhortaret̃ ad humilitatem xp̃i sapiẽtibus abscõditã ⁊ reuelatã paruulis: victorinum ip̃m recordatꝰ est quẽ rome cũ eẽt familiarissime nouerat: deq̧ illo mihi narrauit quod nõ silebo: Habet.n. magnã laudem grẽ tue cõfitẽdaz tibi: quẽadmodũ ille doctissimus senex:⁊ oïum liberaliũ doctrinarum peritissimus:qq̧ philosophoꝝ tã multa legerat: ⁊ diiudicauerat ⁊ dilucidauerat: doctor tot nobilium senatoꝝ:q etiam ob insigne p̃clari magisterij:quod ciues huiꝰ mundi eximiũ :putãt:statuam romano foro meruerat:⁊ acceperat vsq̧ ad illã etatem venerator idoloꝝ sacrorũq̧ sacrilegoꝝ particeps:quibus tunc tota fere romana nobilitas inflata spirabat populi vsiam ⁊ oigenum deum mõstra:⁊ anubem latratorez:q̃ aliqñ cõtra neptunum:⁊ venerẽ:cõtraq̧ mineruã tela tenuerãt:⁊ a se victis iam roma supplicabat:q̃ iste senex victorinus tot annos ore terricrepo defẽsitauerat:nõ erubuerit esse puer xp̃i tui:⁊ infans fontis tui:subiecto collo ad humilitatis iugũ:⁊ edomita fronte ad crucis opprobrium. O dñe dñe q̄ inclinasti celos:⁊ descẽdisti tetigisti montes:⁊ fumigauerunt:q̄bus modis te insinuasti illi pectori? Legebat sicut ait simplicianus:sctãm scripturã:oẽsq̧ xp̃ianas lr̃as inuestigabat studiosissime:⁊ ꝑscrutabatur ⁊ dicebat simpliciano nõ palam:sed secretius ⁊ familiarius. noueris me iam esse xp̃ianum? Et rñdebat ille:nõ credaz:nec deputabo te inter xp̃ianos nisi in eccl'ia xp̃i te videro. Ille aũt irridebat eum dicẽs: Ergo parietes faciunt xp̃ianos? Et hoc sepe dicebat iam se esse xp̃ianum: ⁊ simplicianꝰ illud sepe rñdebat:⁊ sepe ab illo parietum irrisio repetebat̃. Amicos.n. suos verebat̃ offendere suꝑbos demonicolas:quoꝝ ex culmine babilonice dignitatis quasi ex cedris libani quas nõ duz cõtriuerat dñs grauiter ruituras in se inimicicias arbitrabat̃. Sed postea q̃z legendo ⁊ inhiando auxit firmitatem:timuitq̧ negari a xp̃o corã angelis sanctis si euz timeret corã hoïbus cõfiteri:reusq̧ sibi magni criminis apparuit erubescẽdo de sacramẽtis humilitatis verbi tui: ⁊ nõ erubescẽdo de sacris sacrilegijs suꝑboꝝ demonioꝝ q̃ imitator suꝑbꝰ acceperat: depuduit vanitati:⁊ erubuit veritati:subitoq̧. ⁊ inopinatus ait simpliciano: vt ip̃e narrabat. Eamus ĩ eccl'iam:xp̃ianus volo fieri. At ille nõ se capiẽs leticia ꝓrexit cum eo. Ubi aũt imbutus ẽ p̃mis instructionum sacramẽtis nõ multo post etiam nomẽ dedit: vt ꝑ baptismum regeneraret̃:mirẽte roma gaudẽte ecclesia. Suꝑbi videbant:⁊ irascebant̃: detibus suis stridebãt:⁊ tabescebãt: Seruo aũt tuo dñs deꝰ erat spes eius:⁊ non respiciebat in vanitates ⁊ insanias mẽdaces. Deniq̧ vt vẽtum ẽ ad horã ꝓfitẽde fidei:q̃ verb certis cõceptis retẽtisq̧ memoriter de loco eminẽtiore in conspectu populi fidelis rome reddi solet ab eis q̄ accessuri sunt ad grãm tuã:oblatã esse dicebat victorino a p̃sbyteris vt secretiꝰ redderet:sicut nõnullis qui verecundia trepidaturi videbant̃ offerri mos erat:illum aũt maluisse salutẽ suã in conspectu sancte multitudinis ꝓfiteri. Non.n. erat salus quã docebat in rhetorica:⁊ tñ eã publice professus erat. Quãto minus ergo vereri debuit mãsuetum gregẽ tuuz ꝓnuncians verbum tuuz:qui nõ verebatur in verbis suis turbas insanoꝝ? Itaq̧ vbi ascendit vt redderet:oẽs sibimet inuicẽ quisq̧ vt eũ nouerat instrepuerũt nomẽ eius strepitu gratulationis. Quis aũt ibi nõ euz nouerat? Et sonuit p̃sso sonitu:ꝑ ora cunctoꝝ collẽtãtium victorinꝰ victorinus. Cito sonuerunt exultatione:q: videbãt eum:⁊ cito siluerũt intẽtione vt audirent eũ: Pronũciauit ille fidẽ veracẽ p̃clara fiducia:

et volebam eum oēs rapere intro in cor suum: et rapiebāt amādo et gaudēdo. He rapiētium manus erāt. Deus bone quid agit in hoīe vt plus gaudeat de salute desperate aīe: et de maiore periculo liberate: q̄ꝫ si spes ei sp̄ affuisset: aut periculum minus fuisset? Etenim tu quoqꝫ misericors pater plus gaudes de vno penitēte: q̄ꝫ de nouagintanouē iustis q̄bus non ē opus penitentia. Et nos cum magna iocūditate audim⁹ cuꝫ audimus: q̄ꝫ exultātis pastoris humeris reportet̄ ouis q̄ errauerat: et drachma referat̄ in thesauros tuos colletātibus vicinis mulieri q̄ inuenit. Et lachrymas excutit gaudiuꝫ solēnitatis domus tue: cum legit̄ in domo tua de minore filio: q̄ꝫ mortuus erat: et reuixit: perierat: et inuentus ē. Gaudes quippe in nobis: et in angelis tuis sancta charitate sanctis. Nā tu semp idē: qui ea q̄ non semp nec eodē modo sunt: eodem mō sp̄ nosti omnia. Quid ergo agit̄ i aīa: cū ampli⁹ delectat̄ inuētis aut redditis reb⁹ quas diligit: q̄ꝫ si eas sp̄ habuisset? Contestant̄ eniꝫ et cetera et plena sunt oīa testimonijs clamātibus: ita est. Triūphat victor impator: et nō vicisset nisi pugnauisset. Et quāto maius periculum fuit in p̄lio: tāto maius ē gaudium in triūpho. Jactat tēpestas nauigātes: minat̄qꝫ naufragium: oēs futura morte pallescunt: Tranquillat̄ celū: et mare: et exultāt nimis: q̄ꝫ timuerunt nimis. Eger ē carus: et vena ei⁹ malum renunciat: oēs q̄ eum saluum cupiunt: egrotāt simul aīo. Fit ei recte: et nōdum ambulabat pristinis virib⁹: et fit iā tale gaudium q̄le nō fuit cum antea saluus: et fortis ambularet. Easqꝫ ip̄as voluptates humane vite: etiā non inopinatis: et p̄ter voluntatē irruentibus: sed institutis: et voluntarijs molestijs homines acquirūt. Edēdi et bibēdi voluptas nulla ē: nisi p̄cedat esuriēdi: et sitiendi molestia. Et ebriosi q̄dam salsiuscula comedunt quo fiat molestus ardor: quē dum extinguit potatio fit delectatio: Et institutum ē vt iā pacte spōse nō tradant̄ statim: ne vilem hēat maritus datā: quaꝫ nō suspirauerit sponsus dilatā. Hoc in turpi: et execrāda leticia: hoc in ea q̄ concessa et leticia ē: hoc in ip̄a sincerissima honestate amicicie: hoc in eo q mortuus erat: et reuixit: perierat: et inuētus ē. Ubiqꝫ maius gaudium molestia maiore p̄ceditur. Quid ē hoc dn̄e de⁹ meus: cuꝫ tu eternum tibi tu ip̄e sis gaudium: et q̄dam de te circa te sp̄ gaudeāt? Quid ē quod hec reꝝ pars alternat defectu: et p̄fectu: offensionib⁹ et cōciliationibus? An is ē modus eaꝝ: et tm̄ dedisti eis cum a summis celoꝝ vsqꝫ ad ima terraruꝫ: ab initio vsqꝫ in finē seculoꝝ: ab angelo vsqꝫ ad vermiculum: a motu primo vsqꝫ ad extremuꝫ: oīa genera bonoꝝ: et oīa iusta op̄a tua suis queqꝫ sedibus locares: et suis queqꝫ tēporib⁹ ageres? Et mihi q̄ꝫ excelsus es in excelsis: et q̄ꝫ p̄fundus es in p̄fundis: et nusq̄ꝫ recedis: et vix redim⁹ ad te. Age dn̄e: et fac et excita et reuoca nos: accende et rape: flagra dulcesce: iā amemus et curramus. Nōne multi ex p̄fundiore tartaro cecitatis q̄ꝫ victorinus redeunt ad te: et accedunt et illuminant̄ recipiētes lumē. Quod si q recipiunt: accipiunt a te p̄tātem vt filij tui fiāt? Sꝫ si minus noti sint populis: minus de illis gaudēt etiā qui⁹ nouerunt eos: Qm̄.n. cū multis gaudet̄: et in singulis vberius ē gaudium: q: feruere faciunt se: et inflāmant̄ ex alterutro. Deinde q multis noti multi sunt autoritate ad salutē: et multis precunt secuturis: ideoqꝫ multuꝫ de illis et qui eos p̄cesserūt letant̄: q: non de solis letant̄. Absit enim vt in tabernaculo tuo p̄ pauperibus accipiant̄ psone diuitum: aut p̄ ignobilib⁹ nobiles: q̄ꝫ poti⁹ īfirma mūdi elegisti: vt cōfunderes fortia: et ignobilia hui⁹ mūdi elegisti: et cōtēptibilia: et ea que nō sunt tanq̄ꝫ q̄ sunt: vt ea q̄ sunt euacuares. Et tñ idem ip̄e minimus apostoloꝝ tuoꝝ: p cuius linguā tu ista verba sonuisti: cū paulus p̄cōsul p ei⁹ militiam debellata supbia sub leui iugo xp̄i tui missus eēt: regis magni p̄uincialis effectus ip̄e quoqꝫ ex priore saulo paulus vocari amauit ob taꝫ magne insigne victorie. Plus.n. hostis vincit̄ in eo quē plus tenet: et de quo plures tenet. Plus aūt supbos tenet noīe nobilitatis: et de his plures noīe autoritatis. Quāto igit̄ gratius cogitabat̄ victorini pectus: qd̄ tanq̄ꝫ inexpugnabile receptaculuꝫ dyabolus obtinuerat victorini lingua quo telo grādi: et acuto multos peremerat: abundantius exultare oportuit filios tuos: q: rex noster alligauit fortē et videbāt vasa eius erepta mūdari: et aptari in honorē tuum et fieri vtilia dn̄o ad omne op⁹ bonuꝫ. Sꝫ vbi mihi homo tuus simplicianus de victorino ista narrauit: exarsi ad imitādum. Ad hoc.n. et ille narrauerat. Postea q̄ꝫ vero: et illud addidit q imperatoris iuliani tp̄ibus lege data p̄hibiti sunt xp̄iani docere lr̄aturam: et oratoriā: quā legē ille amplexus loquacem scholā deserere maluit: q̄ꝫ verbū tuum quo linguas infātium facis disertas nō mihi fortior q̄ꝫ felicior visus ē: q: inuenit occasionē vacādi tibi. Cui rei ego suspirabā ligatus non ferro alieno: sed mea ferrea voluntate. Uelle meū tenebat inimicus: et inde mihi catenā fecerat: et cōstrinxerat me. Quippe ex volūtate puersa facta ē libido: Et dum suit̄ libidini facta ē cōsuetudo. Et duꝫ cōsuetudini nō resistit̄ fc̄a est necessitas. Quib⁹ q̄si ansulis q̄busdam sibimet ineris vn̄ catenā appellaui: tenebat me obstrictū dura suitus. Uolūtas aūt noua q̄ mihi esse ceperat vt te gratis colerē: fruiqꝫ te vellē

deus sola certa iocunditas:nõduꝫ erat idonea
ad superãdã prioreꝫ vetustate roboratã. Ita due
voluntates mee: vna vetus:alia noua:illa car-
nalis illa spiritalis cõfligebãt iter se:atqꝫ discor
dãdo dissipabãt aiam meã. Sic intelligebã in
meipo experimẽto id qđ legerã:quomodo caro
concupisceret aduersus spũm:⁊ spũs aduersus
carnẽ. Ego qdeꝫ in vtroqꝫ:sed magis ego in eo
qđ in me approbatã:ꝙ in eo qđ in me iproba-
bã. Ibi.n.magis iã nõ ego:qꝛ ex magna parte
id patiebar inuitus ꝙ faciebã volẽs. Sꝫ tñ cõ-
suetudo aduersus me pugnacior ex me fctã erat:
qm̃ volens quo nollẽ ꝑuenerã: Et quis iure con
tradiceret:cuꝫ peccãtem iusta pena seqret? Et
nõ erat iã vlla excusatio q̃ videri mihi solebã ꝓ-
pterea nõdum me contẽpto seculo seruire tibi:
qꝛ incerta mihi esset ꝑceptio veritatis. Jam.n.
⁊ ipa certa erat. Ego aũt adhuc terra obligatus
militare tibi recusabã:⁊ ipedimẽtis oibus sic ti
mebã expediri queadmodum ipediri timẽdum
ẽ. Ita sarcina seculi velut somno assolet dulcit
ꝓmebar:⁊ cogitationes qbus meditabar in te:
similes erãt conatibus expgisci volẽtium:qd tñ
superati soporis altitudine remergunt. Et sicut
nemo ẽ qui dormire sp velit:oiumqꝫ sano iudi-
cio vigilare ꝓstat:differt tñ plerũqꝫ homo som
nium excutere cũ grauis torpor in mẽbris ẽ eũ
qꝫ iã displicẽtem carpit libẽtius quãuis surgen
di tps aduenerit:ita certum habebã esse meliꝰ
tue charitati me debere ꝙ mee cupiditati cede
re. Sed illud placebat:⁊ vincebat:hoc libebat
⁊ vinciebat. Nõ.n.erat qđ tibi rñderem dicẽti
mihi surge q dormis:⁊ exurge a mortuis:⁊ illu-
minabit te xp̃s:⁊ vndiqꝫ ostendẽti vera te dice
re:nõ erat omnino quid rñderem veritate cõui
ctus:nisi tñ verba lẽta ⁊ somnolẽta. Mõ ecce
modo:sine paululum. Sed modo:⁊ modo:nõ
hẽbat modum:⁊ sine paululũ:in longum ibat.
Frustra cõdelectabar legi tue ẜm interiorẽ hoieꝫ
cum lex alia in membris meis repugnaret legi
mẽtis mee:⁊ captiuũ me duceret in lege pecca
ti que in mẽbris meis erat. Lex.n. peccati est
violẽtia cõsuetudinis qua trahit:⁊ tenet etiaꝫ
inuitꝰ animus:eo merito quo in eã volẽs illabit
Miseꝝ ergo me qs liberaret de corpore mortis
huiꝰ:nisi gr̃a tua p iesuꝫ xp̃m dñm nostꝝ? Et de
vinculo qdeꝫ desiderij cõcubitus quo artissime
tenebar:⁊ secularĩu negocioꝝ ẜuitute queadmo
dum me exemeris narrabo: ⁊ cõfitebor noi tuo
dñe adiutor meꝰ ⁊ redẽptor meꝰ. Agebã solita
crescẽte anxietudine:⁊ quotidie suspirabã tibi.
Frequẽtabã eccl̃iam tuã:quãtũ vacabat ab eis
negocijs sub quoꝝ põdere gemebã. Mecũ erat
alipiꝰ ociosus ab ope iurisperitoꝝ post assessio-
nẽ tertiã:expectãs qbus iteꝝ cõsilia vẽderet si

cut ego vendebam dicendi facultatem si qua do
cẽdo ꝓstari põt. Nebridius aũt amicicie nostre
cesserat: vt oium nostrum familiarissimo vere-
cundo mediolanẽsi:⁊ ciui ⁊ grãmatico subdoce
ret: vehemẽter desiderãti ⁊ familiaritatis iu-
re flagitãti de numero nostro fidele adiutoriuꝫ
quo indigebat nimis. Nõ itaqꝫ nebridiũ cupi-
ditas cõmodoꝝ eo traxit:maiora.n.posset si vel
let de lr̃is agere:sed officio beniuolẽtie petitio
nẽ nostrã contẽnere noluit amicus dulcissimus
⁊ mitissimus: Agebat aũt illud prudẽtissime ca
uẽs innotescere ꝑsonis ẜm hoc seculum maiori
bꝰ:deuitãs in eis oẽm inqetudinẽ animi:quem
volebat hr̃e liberum:⁊ ꝙ multis posset horis
feriatum ad querẽdum aliqd vel legẽdum vel
audiẽdum de sapia. Quodã igit die: nõ recolo
cãm qua erat absens nebridiꝰ:cuꝫ ecce ad nos
domũ venit ad me:⁊ alipiũ pontianꝰ qdam ci
uis noster inquãtũ afer.ꝑclare i palatio militãs
nescio qd a nobis volebat:⁊ cõsedimus vt col-
loqremur. Et forte supra mẽsam lusoriaꝫ q̃ añ
nos erat attendit codicem:tulit:aperuit:inuenit
apl̃m paulũ inopinate sane:putauerat.n.aliqd
de libris quoꝝ ꝓfessio me cõterebat. Tuꝫ vero
arridẽs meqꝫ intuẽs gratulatorie:miratus ẽ ꝙ
eas:⁊ solas pre oculis meis lr̃as repẽte compe
risset. Christianus quippe ⁊ fidelis erat: ⁊ sepe
tibi deo nostro prosternebat in ecclesia crebris
⁊ diuturnis orationibus. Cui ego cum indicas-
sem illis me scripturis curam maximã impen
dere:ortus est sermo ipo narrãte de anthonio
egyptio monacho:cuius nomen excellenter cla
rebat apud seruos tuos: nos aũt vsqꝫ in illam
horam latebat. Quod ille vbi comperit:imora
tus est in eo sermone insinuans tantum virum
ignorantibus:⁊ admirãs tãdem nostram igno
rãtiam. Stupebamus aũt audientes tam recẽ-
ti memoria:⁊ prope nostris temporibus testa-
tissima mirabilia tua in fide recta: ⁊ catholica
ecclesia. Omnes mirabant:⁊ nos qꝛ tã magna
erãt:⁊ ille qꝛ inaudita nobis erãt. Inde sermo
eius deuolutus ẽ ad monasteriorum greges: ⁊
mores suaue olẽtie tue:⁊ vbera deserta heremi
quorum nos nihil sciebamus:⁊ erat monaste-
rium mediolani plenum bonis fratribus ex-
tra vrbis menia sub ambrosio nutritore: ⁊ non
noueramꝰ. Pertẽdebat ille: ⁊ loquebat adhuc
⁊ nos intenti tacebamus. Unde incidit vt dice
ret nescio qñ se:⁊ tres alios cõtubernales suos
nimiꝝ apud treueros cum impator ꝓ meridia-
no circẽtium spectaculo teneret:exisse deambu
latum in ortos muris cõtiguos:atqꝫ illic vt for
te combinati spaciabant: vnuꝫ secum seorsuꝫ
⁊ alios duos itideꝫ seorsuꝫ pariterqꝫ digressos
Sꝫ illos vagabundos irruisse in quandã casaꝫ

vbi habitabāt qdam serui tui spiritu pauperes qualium ē regnum celoꝝ: ⁊ inuenisse ibi codicē in quo scripta erat vita anthonij: Quā legere cepit vnus eoꝝ: ⁊ mirari ⁊ accendi: ⁊ inter legendum meditari arripere talē vitā: ⁊ relicta militia seculi seruire tibi. Erant aūt ex eis quos dicunt agētes in rebus. Tunc subito repletꝰ amore sancto ⁊ sobrio pudore: iratꝰ sibi cōiecit oculos in amicum: ⁊ ait illi. Dic q̄so te: oībus istis laboribꝰ nostris quo ambimus ꝑuenire? Quid q̄rimꝰ? Cuiꝰ rei cā militamꝰ? maiorne esse poterit spes nr̄a in palatio: q̄ȝ vt amici ꝑicul. ⁊ ꝑ qd̄ ꝑ ipe ratoris simus? Et ibi qd nō fragile: plenūqȝ pericula ꝑuenit ad grandius ꝑiculum? Et quādiu istud erit? Amicus aūt dei si voluero ecce nunc fio. Dixit hoc: ⁊ turdibus parturitione noue vite reddidit oculos paginis: ⁊ legebat: ⁊ mutabatur intus vbi tu videbas: ⁊ exuebat᷑ mūdo mēs eius vt mox apparuit. Nāqȝ duȝ legit: ⁊ voluit fluctus cordis sui: infremuit aliq̄n: ⁊ discreuit: decreuitqȝ meliora: iāqȝ tuꝰ ait amico suo. Ego iā abrupi me ab illa spe nostra: ⁊ deo seruire statui: ⁊ hoc ex hora hac. In hoc loco aggredior: te si piget imitari: noli aduersari. Respondit ille adherere se socio tāte mercedis tāteqȝ militie Et ambo iā tui edificabāt turrim sumptu idoneo relinquēdi omnia: ⁊ sequēdi te. Tum ponticianus: ⁊ q cum eo ꝑ alias orti partes deambulabāt: q̄rentes eos: deuenerunt in eundeȝ locum: ⁊ inueniētes admonuerunt: vt redirēt qd̄ iam declinasset dies. At illi narrato placito ⁊ ꝓposito suo: quoqȝ modo in eis talis voluntas orta esset atqȝ firmata: petiuerūt ne sibi molesti essēt si adiungi recusarent. Isti aūt nihilo mutati a p̄stinis: fleuerunt se tm̄: vt dicebat: atqȝ illis pie cōgratulati sunt: ⁊ cōmendauerunt se orationibus eoꝝ: ⁊ trahētes cor in terrā abierunt in palatium. Illi aūt affigētes cor in celo māserunt in casa. Et ambo habebāt spōsas. Que postea q̄ȝ hoc audierunt: dicauerunt etiā ip̄e virginitateȝ tibi. Narrabat hec pōticianus. Tu aūt dn̄e iter verba eiꝰ retorq̄bas me ad meip̄m auferēs me a dorso meo vbi me posuerā dum nollem me attēdere: ⁊ constituebas me ante faciē meā: vt viderem q̄ȝ turpis essem: q̄ȝ distortus: ⁊ sordidus maculosus: ⁊ vlcerosus. Et videbā: ⁊ horrebaȝ ⁊ quo a me fugerē non erat. Et si conabar a me auertere aspectuȝ: narrabat ille quod narrabat ⁊ tu me rursus opponebas mihi: ⁊ impingebas me in oculos meos: vt inuenirē iniquitatē meam: ⁊ odissem. Nouerā eam: sed dissimulabam ⁊ cohibebā: ⁊ obliuiscebar. Tunc vero quāto ardētius amabā illos de q̄bus audiebā salubres affectus ꝙ se totos tibi sanādos dederāt: tanto execrabilius me cōparatum eis oderam. Qm̄

multi mei anni mecū effluxerāt: forte duodeciȝ anni: ex quo ab vndeuigesimo anno etatis mee: lecto ciceronis hortēsio: excitatus eram studio sapiētie: ⁊ differebā contempta felicitate terrena ad eā inuestigādam vacare: cuius nō inuentio: sed vel sola inq̄sitio iam p̄ponēda erat etiaȝ inuētis thesauris regnisqȝ gētium: ⁊ ad nutum circūfluētibus corporis voluptatibus. At ego adolescēs miser valde: miser in exordio ipsius adolescētie etiam petierā a te castitatē: ⁊ dixeram da mihi castitatem: ⁊ cōtinentiam: sed noli modo. Timebam enim ne me cito exaudires: ⁊ cito sanares a morbo concupiscētie: quem molebam expleri q̄ȝ extingui. Et ieram per vias prauas superstitione sacrilega: nō quidem certus in ea: sed quasi p̄ponens eā ceteris q̄ non pie q̄rebam: sed inimice oppugnabā. Et putauerā me ꝓpterea differre de die in dieȝ: contēpta spe seculi te solum sequi: q̄ nō mihi apparebat certum aliqd quo dirigerem cursum meum. Et venerat dies q̄̄ nodarer mihi: ⁊ increparet me consciētia mea. Ubi es lingua? Nempe tu dicebas ꝓpter incertum veꝝ nolle te abijcere sarcinam vanitatis. Ecce iā certuȝ ē: ⁊ illa te adhuc p̄mit humerisqȝ liberioribꝰ penas recipiunt: qui neqȝ ita inquirēdo attriti sunt: nec decēnio: ⁊ amplius ista meditati. Ita rodebar intus: ⁊ confūdebar pudore horribili vehemēter cum ponticianus talia loq̄ret᷑. Terminato aūt sermone ⁊ cā qua venerat: abijt ille. Et ego ad me. Que nō in me dixi? quibꝰ sentētiaꝝ verberibus nō flagellaui aiam meam: vt seq̄ret᷑ me conātem post te ire: ⁊ retinebat᷑. Recusabat: ⁊ nō se excusabat. Consumpta erāt: ⁊ conuicta argumēta oīa. Remāserat muta trepidatio: ⁊ quasi mortem reformidabat restringi a fluxu consuetudinis quo tabescebat in mortē. Tum in illa grādi rixa interioris domus mee: quā fortiter excitauerā cuȝ aia mea in cubiculo nostro corde meo: tam vultu q̄ȝ mēte turbatus inuado alipiū: ⁊ exclamo. quid patimur? Quid ē hoc? Quid audisti? Surgunt indocti ⁊ celuȝ rapiunt: ⁊ nos cum doctrinis nostris sine corde ecce vbi volutamur in carne: ⁊ sanguine? An q̄ p̄cesserunt pudet seq: ⁊ nō pudet nec saltē seq. Dixi nescio q̄ talia: ⁊ abripuit me ab illo estus meꝰ cum taceret attonitus me intuēs. Neqȝ .n. solita sonabaȝ. Plus loq̄bant᷑ aium meuȝ frōs gene: oculi: color: modus vocis: q̄ȝ verba q̄ ꝓmebā. Ortulus qdam erat hospitij nostri: quo nos vtebamur sicut tota domo Nā hospes ibi nō habitabat dn̄s domꝰ: Illuc me abstulerat tumultꝰ pectoris: vbi nemo īpediret ardētē litē quā mecū aggressus erā donec exiret q̄ tu sciebas. Ego aūt nō sciebā. Sed tm̄ insaniebā salubriter: ⁊ moriebar vitaliter igna

rūs q̄d mali essē:⁊ ignarus quid boni post pau
lulum futurus essem. Abscessi ergo in ortum:⁊
ampliꝰ pedē post pedē. Neqꝫ .n. secretum meū
nō erat: vbi ille aderat. Aut qn̄ me sic affectum
desereret? Sedimus quātum potuimus remo
ti ab edibꝰ. Ego fremebā spiritu indignās indi
gnatione turbulētissima: quod nō irem in placi-
tum:⁊ pactū tecum deus meꝰ: in quod eundem
esse oīa ossa mea clamabāt:⁊ in celum tollebāt
laudibus:⁊ nō illuc ibatᷣ nauibus: aut quadri-
gis: aut pedibꝰ: quātum saltē de domo in eū lo-
cum ierā vbi sedebamus: nā non solū ire: verū
etiā ꝑuenire illuc: nihil erat aliud q̄ꝫ velle ire: sꝫ
velle fortiter:⁊ integre nō semisauciaꝫ hac atqꝫ
hac versare:⁊ iactare voluntatē partem assurgē
tem cum alia parte cadēte luctantē. Deniqꝫ tā
multa faciebā corpore in ip̄is cunctationibꝰ esti
bus: q̄ aliqn̄ volunt hoīes:⁊ nō valēt: si aut ipsa
mēbra nō habeāt: aut ea vel colligata vinculis
vel resoluta lāguore: vl̄ quoquo mō īpedita sint
si vlsi capillū: si ꝑcussi frontē: si consertis digitis
amplexatus sunt genu: q꞉ volui feci. Potui aūt
velle ⁊ nō facere si mobilitas mēbroꝝ nō obse-
q̄retur: Tā multa ergo feci: vbi nō hoc erat vel
le quod posse:⁊ nō faciebam qđ ⁊ incōparabili
affectu amplius mihi placebat:⁊ mox vt velleꝫ
vtiqꝫ vellem. Ibi .n. facultas ea q̄ volūtas:⁊ ip̄ꝫ
velle iaꝫ facere erat:⁊ tn̄ nō fiebat faciliusqꝫ ob
tēperabat corpus tenuissime volūtati aīe vt ad
nutū mēbra mouerentᷣ q̄ꝫ ip̄a sibi anima ad vo-
luntatē suam magnā in sola volūtate ꝑficiēdaꝫ.
Unde hoc mōstrum:⁊ quare istud? Luceat mi-
sericordia tua:⁊ interrogē si forte mihi rn̄dere
possint latebre penaꝝ hoīum: ⁊ tenebrosissime
cōtritiones filioꝝ adā. Unde hoc mōstrum: ⁊ q̄
re istud? Imperat animꝰ corpori:⁊ paretᷣ statim
imꝑat animꝰ sibi:⁊ resistitᷣ. Imꝑat animus: vt
moueatᷣ manꝰ:⁊ tanta ē facilitas vt vix a seruitio
discernatᷣ īperium. Et animꝰ animꝰ ē manꝰ aūt
corpus ē. Imperat animꝰ vt velit animꝰ: nec al
ter ē: nec facit tn̄. Unde hoc mōstrum : ⁊ quare
istud? Imꝑat inquaꝫ: vt velit: qui nō imperaret
nisi vellet:⁊ nō fit qđ imperat. Sed non ex toto
vult: nō ergo ex toto imꝑat. nam intātuꝫ impe-
rat inquātuꝫ vult:⁊ intātum nō fit quod īperat
inquātum non vult. Qm̄ voluntas imꝑat vt fit
volūtas: nec alia sed ip̄a. non vtiqꝫ plena imꝑat
ideo nō ē quod imꝑat. nā si plena esset: nec īpe-
raret vt esset: q꞉ iam esset. non igitᷣ monstrum
tes quod faciunt. intus relinquētes a quo facti
sunt: ⁊ exterminantes qđ facti sunt. At ego deꝰ
meus: ⁊ decus meum: etiaꝫ hinc tibi dico hym
num: ⁊ sacrifico laudeꝫ sanctificatori meo: quo-
niaꝫ pulchra traiecta per animas in manus ar
tificiosas: ab illa pulchritudine veniunt que suꝑ
animas est: cui suspirat anima mea die ac no-
cte. Sed pulchritudinū exterioruꝫ opatores ⁊
sectatores iñ trahūt approbandi moduꝫ: iñ aūt
inde trahunt vtendi modum. Et ibi est: ⁊ non
vident eum: vt non erant longiꝰ: ⁊ fortitudinē
suam ad te custodiant: nec eaꝫ spargant in de-
liciosas lassitudines. Ego aūt hec loquens atqꝫ
discernens: etiam istis pulchris gressum inne
cto: sed tu euellis domine: euelleis tu: quoniam
misericordia tua ante oculos meos est. naꝫ ego
capior miserabiliter: ⁊ tu euellis misericorditer
aliquādo nō sentientem qꝛ suspensius inciderā:

aliq̃ cum dolore:q̃ iam inheseram: Huc acce
dit alia forma tẽptationis multiplicius pericu
losa. Preter .n. concupiscẽtiam carnis que iest
in delectatione oium sensuuz:⁊ voluptatuz: cui
seruiẽtes depereunt qui longe se faciũt a te:in-
est anime ꝑ eosdez sensus corporis quedã nõ se
oblectãdi in carne:sed experiẽdi ꝑ carnẽ vana ⁊
curiosa cupiditas:noĩe cognitionis ⁊ sciẽtie pal-
liata. Que qm̃ ⁊ in appetitu noscẽdi ẽ:oculi aũt
sunt ad cognoscẽduz in sensibus principes: con
cupiscentia oculoruz eloquio diuino appellata ẽ
Ad oculos enim ꝓprie videre ꝑtinet. Utimur
aũt hoc verbo etiã in ceteris sensibus:cum eos
ad cognoscẽduz intendimus. neqꝫ eniz dicimus
audi quid rutlite: Aut olfac ꝙ niteat: aut gusta
ꝙ splẽdeat:aut palpa ꝙ fulgeat. Uideri eniz di
cunt hec oia. Dicimus aũt nõ solum vide quid
luceat:quod soli oculi sentire possunt: sed etiaz
vide q̃d sonet: vide quid oleat: vide quid sapi-
at: vide ꝙ duruz sit: Ideoqꝫ generalis experiẽ-
tia sensuum cõcupiscẽtia sicut dictuz ẽ oculoruz
vocat:q̃ vidẽdi officium in quo primatũ oculi
tenent:etiã ceteri sensus sibi de silitudine vsur-
pant:cum aliq̃d cognitionis explorant. Ex hoc
aũt euidẽtius discernit: quid voluptatis q̃d cu-
riositatis agat ꝑ sẽsus:quod voluptas pulchra
canora suauia sapida lenia sectatur. Curiositas
aũt etiã his contraria tẽptandi cã:nõ ad subeũ
dam molestiam:sed experiẽdi noscendiqꝫ libi-
dinẽ. quid .n. voluptatis habet videre in lania
to cadauere q̃d exhorreas:⁊ tñ sicubi iaceat con
currunt: vt contristent vt palleant. Timẽt etiã
ne in somnis hoc videãt:quasi q̃sqꝫ eos vigilã-
tes videre coegerit:aut pulchritudinis vlla fa-
ma ꝑsuaserit. Ita ⁊ in ceteris sensibus:q̃ ꝑsequi
longuz ẽ. Et ex hoc morbo cupiditatis in specta
culis exhibent queqꝫ miracula. Hinc ad ꝑscru
tãda nature secreta q̃ ꝑter nos est opata ꝓcedit:
q̃ scire nihil ꝓdest:⁊ nihil aliud ꝙ scire hoies cu
piũt. Hinc etiã si q̃d eodẽ ꝑuerse sciẽtie fine per
artes magicas querit. Hinc etiã in ipa religio-
ne deꝰ tẽptatur:cũ signa ⁊ ꝓdigia flagitant: nõ
ad aliquã salutem:sed ad solam experiẽtiam de
siderata. In hac tam imensa silua plena insidia
rum ⁊ periculorum:ecce tam multa p̃ciderim ⁊
a meo corde dispulerim:sicuti donasti me face
re deꝰ salutis mee. Attñ qñ audeo dicere cũ cir
cũquaqꝫ quotidianam vitam nostraz tam mul-
ta huius generis rez circũstrepãt:qñ audeo di-
cere nulla re tali me intẽtum fieri ad spectãduz
⁊ vana cura capiẽdum: Sane me iam theatra
nõ rapiunt:nec curo nosce trãsitus sidez:nec aia
mea vnq̃ꝫ rñsa quesiuit vmbraruz:oia sacrilega
sacramẽta detestator. A te dñe deꝰ meꝰ cui hu-
milem famulatum ac simplicẽ debeo:quãtis me

cum suggestionuz machinationibus agit inimi
cus vt signum aliq̃d petam. Sed obsecro te ꝑ
regem nostrum ⁊ patriã hierlm̃ simplicẽ castã:
vt queãdmodum a me longe ẽ ista cõsensio:ita
sit sp̃ longe atqꝫ lõgius. Pro salute aũt cuiusꝙ
cum te rogo:alius multum differẽs finis ẽ intẽ
tionis mee:⁊ te faciẽtem q̃d vis das mihi ⁊ da
bis libẽter sequi. Uerũtñ in ꝙ multis minutis-
simis ⁊ contẽptibilibus rebꝰ curiositas quotidie
nostra temptat:⁊ ꝙ sepe labamur q̃s enume-
rat. Quotiẽs narrãtes inania:primo quasi tole
ramus ne offendamus infirmos: deinde pau-
latim libẽter aduertimus. Canẽ currẽtem post
leporẽ iã non specto cuz in circo fit:at vero ĩ agro
si casu trãseam auertit me fortassis:⁊ ab aliqua
magna cogitatõe atqꝫ ad se ꝯuertit illa venatio
nõ deuiare cogens corpore iumẽti:sed cordis in
clinatione. Et nisi iã mihi demõstrata infirmi-
tate mea cito ammoneas: aut ex ipa visione ꝑ
aliquam cõsiderationem in te assurgere:aut to
tum contẽnere atqꝫ trãsire vanus hebesco:quid
cum me domi sedẽtem stellio muscas captãs:
vel aranea retibꝰ suis irruẽtes implicãs sepe i-
tẽtum facit: Num q̃ parua sunt aialia:ideo nõ
res eadem gerit. Pergo inde ad laudãdum te
creatorem mirificum:atqꝫ ordinatorẽ rez oiuz
sed nõ inde esse intẽtus icipio: Aliud ẽ cito sur
gere:aliud ẽ nõ cadere. Et talibꝰ vita mea ple-
na ẽ:⁊ vna spes mea magna valde misericordia
tua. Cum .n. in huiusmodi rebꝰ cõceptaculuz fit
cor nostrum:⁊ porteat copiose vanitatis cater-
uas:hinc ⁊ orões nostre sepe iterrũpunt atqꝫ
turbant:⁊ ante cõspectũ tuuz dum ad aures tu-
as voce cordis intẽdimus:nescio vnde irruẽti-
bus nugatorijs cogitationibꝰ res tãta p̃cidit nũ
quid etiã hoc inter contẽnẽda deputabimus:aut
aliq̃d nos reducet in spem nisi tota mi̾icordia
tua. qm̃ cepisti mutare nos. Et tu scis quãta ex
parte mutaueris:q̃ me primitus sanas a libidi
ne vindicãdi me: vt ꝓpicius fias etiã ceteris oĩ
bus iniq̃tatibus meis:⁊ sanes oẽs lãguores me
os:⁊ redimas de corruptione vitã meam:⁊ co-
ronas me in miseratione ⁊ misericordia:⁊ sati-
es in bonis desiderium meũ:q̃ compssisti a ti
more tuo sup̃biam meã:⁊ mãsuefecisti iugo tuo
ceruicẽ meã. Et nunc porto illud ⁊ leue ẽ mihi:
qm̃ sic ꝓmisisti ⁊ fecisti:⁊ vere sic erat:⁊ nescie-
bam qñ id subire metuebam. Sed nunq̃d dñe
qui solus sine typo dñaris: q̃ solus verus dñs
es qui non habes dñm:nũquid hoc quoqꝫ ter-
tium tẽptationis genus cessauit a me:aut cessa
re in hac tota vita põt:timeri ⁊ amari velle ab
hoibus:nõ ꝓpter aliud:sed vt inde sit gaudium
q̃d non ẽ gaudiũ. Misera vita ẽ:⁊ feda iactan-
tia. Hinc fit vel maxime:nõ amare te:nec caste

timere te. Ideoq; tu supbis resistis. humilibus
aūt das grām: ⁊ intonas sup ambitiones seculi
⁊ cōtremiunt fundamēta mōtium. Itaq; nobis
quīi ꝑpter q̄dam humane societatis officia ne-
cessariuz ē amari: ⁊ timeri ab hoībus: instat ad
uersarius vere beatitudinis nostre: vbiq; spar-
gens in laqueis euge euge: vt dū auide colligi
mus incaute capiamur: ⁊ a veritate tua gaudiū
nr̄uz deponam⁹ atq; in hoīuz fallacia ponam⁹
libeatq; nos amari ⁊ timeri nō ꝑpter te: sed ꝓ
te: atq; isto modo sui similes factos secum hēat
nō ad cōcordiam charitatis: sed ad cōsortiū sup
plicij: qui statuit sedem suā ponere in aquilonē
vt de pueisa: ⁊ distorta via imitādi tenebrosi fri
gidiq; seruirēt. Nos aūt dn̄e pusillus grex tuus
ecce sumus: tu nos posside. Pretēde alas tuas
⁊ fugiamus sub eas. Gloria nostra tu esto: pro-
pter te amemur ⁊ verbum tuū timeaꝛ a nobis.
Qui laudari vult ab hoībus vituperāte te: non
defendeꝛ ab hoībus iudicante te: nec eripietur
dānante te. Cū aūt nō pctōr laudaꝛ in desideri
is aīe sue: nec q iniqua gerit benediciꝛ. sed lau
daꝛ homo ꝑpter aliquod donū quod dedisti ei
at ille plus gaudet sibi laudari se q̄ ipm̄ donuz
hr̄e vnde laudaꝛ: etiā iste te vituperāte laudaꝛ.
Et melior iā ille qui laudauit: q̄ iste qui lauda-
tus ē. Illi. n. placuit in hoīe donuz dei: huic am
plius placuit donuz hoīs q̄ dei. Temptamur
his tēptationibus quotidie dn̄e: sine cessatiōe
tēptamur. Quotidiana fornax nostra est huma
na lingua. Imperas nobis: ⁊ in hoc genere con
tinētiam. Da quod iubes. ⁊ iube quod vis. Tu
nosti de hac re ad te gemitum cordis mei: ⁊ flu
mina oculoꝛuz meoꝝ. Neq;. n. facile colligo q̄
sim ab ista peste mūdatior: ⁊ multum timeo oc
culta mea q̄ norūt oculi tui: mei aūt nō: Est. n.
qualiscūq; in alijs generibus tēptationum mi-
bi facultas explorādi me: in hoc pene nulla est.
Nam ⁊ a voluptatibus carnis: ⁊ a curiositate
supuacana cognoscendi: video quātum assecu-
tus sim posse refrenare aīum meum: cuz eis re
bus careo vel volūtate vel cum absunt. Tunc. n.
me interrogo q̄ magis minusue mihi molestū
sit non hr̄e. Diuitie vero que ob hoc expetunꝛ:
vt alicui istaꝝ trium cupiditatum vel duab⁹ ea
rum vel oībus seruiāt: si p se discere nō pōt ani
mus vtrum eas hn̄s contēnat: possunt ⁊ dimit
ti vt se ꝓbet. Laude vero vt creamus atq; in eo
experiamur: qd possumus? Nunqd male viuē
dum ē: ⁊ taz pdite atq; imaniter: vt nemo nos
nouerit q non detesteꝛ? Que maior demētia di
ci aut cogitari pōt? At si bone vite bonoꝛūq; ope
rum comes: ⁊ solet ⁊ debet esse laudatio: taz co
mitatum eius q̄ ipam bonā vitam deseri non
oportet. Non aūt sentio sine quo esse aut equo
animo aut egre possiz: nisi cū affuerit. Quid igi
tur tibi in hoc genere tēptationis dn̄e cōfiteor?
Quid nisi delectari me laudibus? Sed ampli⁹
ipa veritate q̄ laudibus. Nam si mihi ꝓpona
tur vtrū malim furens aut in oībus reb⁹ errās
ab oībus hoībus laudari: an cōstās: ⁊ in verita-
te certissimus ab oībus vituperari: video qd
eligam. Uerūtamē nollem vt vel augeret mihi
gaudium cuiuslibet boni mei suffragium oris
alieni. Sed auget fateor non solum: sed ⁊ vitu-
peratio minuit: Et cum ista miseria mea pertur
bor: subintrat mihi excusatio: q̄ qualis sit tu scis
de⁹: nam me incertuz facit: Qr. n. nobis īpara
sti non tm̄ continētiam. i. a qbus rebus amorē
cohibeamus: verūetiam iusticiā. i. quo eum cō-
feramus: nec te tm̄ voluisti a nobis verūetiam
ꝓximum diligi: sepe mihi videor de ꝓfectu aut
spe ꝓximi delectari cum bene intelligētis laude
delector: ⁊ rursus eius malo contristari: cū euz
audio vituperare quod aut ignorat aut bonum
est. Nā ⁊ contristor aliqn̄ laudibus meis: cum
vel ea laudanꝛ in me in quibus mihi ipe displi
ceo: vel etiā bona minora ⁊ leuia pluris estimā
tur q̄ estimāda sunt. Sed rursus vnde scio. an
ꝓpterea sic afficior qr volo de meipo a me dis-
sentire laudatorē meum: non qr illius vtilitate
moueor: sed qr eadez bona que mihi in me pla
cēt iocundiora mihi sunt cum ⁊ alteri placent.
Quodāmodo enim nō ego laudor: cum de me
sn̄ia mea non laudaꝛ: qn̄ quidez aut illa laudan
tur que mihi displicēt: aut illa amplius que mi-
hi minus placēt. Ergo ne de hoc incertus sum
mei? Ecce in te veritas video non me laudib⁹
meis ꝓpter me. sed ꝓpter proximi vtilitatē mo
ueri oportere. Et vtrum ita sit nescio. Minus
mihi in hac re notus sum ipe q̄ tu. Obsecro te
deus meus: ⁊ meipsuz mihi indica: vt confi-
tear oraturis ꝓ me fratribus meis quod in me
saucium compereo. Iterum me diligenti⁹ in-
terrogem. Si vtilitate proximi moueor in lau
dibus meis cur minus moueor. si quisq̄ ali⁹ in-
iuste vitupereꝛ: q̄ si ego? Cur ea cōtumelia ma-
gis mordeor que in me q̄ q̄ in alium eadez ini
quitate coraz me iacitur? An ⁊ hoc ego nescio?
Etiam ne id restat vt ipe me seducam: ⁊ veruz
nō faciam coraz te in corde ⁊ lingua mea? Insa
niam istam dn̄e longe facta me: ne oleum pecca
toris mihi sit os meum: ad impinguādum ca-
put meuz. Egenus ⁊ pauper ego sum: ⁊ melior
in occulto gemitu displicens mihi: ⁊ querēs mi
sericordiam tuaz: donec reficiatur defectus me
us: ⁊ perficiatur vsq; in pacem quam nescit ar-
rogantis oculus. Sermo aūt ore procedēs: ⁊ fa
cta que innotescunt hominibus habent tēpta-
tionem periculosissimam ab amore laudis: qui

ad priuataꝫ quãdaꝫ excellentiã ꝯhit emẽdicata
suffragia: tẽptat: ⁊ cum a me in me arguitur eo
ipo quo arguit. Et sepe homo de ipo vane glo
rie contẽptu vanius gloriatur: ideoqꝫ non iam
de ipo glorie contẽptu gloriat: nõ enim eam cõ-
tẽnit cum gloriat intus. Et iaꝫ intus est aliud
in eodem genere tẽptationis malũ: quo inane
scunt qui placẽt sibi de se: quãuis alijs vel pla-
ceãt vel displiceãt: nec placere affectent ceteris
Sed sibi placẽtes multum tibi displicẽt: nõ tã
tum de nõ bonis quasi bonis: verũetiaꝫ de bo
nis tuis quasi suis: aut etiã sicut de tuis: sed tan
ꝙ ex meritis suis: aut etiã sicut ex tua gratia: sꝫ
nõ sua merita: nõ tñ socialiter gaudentes: sꝫ ali
is inuidentes ea. In his oĩbus atqꝫ huiuscemo
di periculis ⁊ laboribus vides tremorem cor-
dis mei: ⁊ vulnera mea magis subinde a te sa-
nari: ꝙ mihi non infligi sentio. Ubi nõ mecum
ambulasti veritas docẽs quid caueã: ⁊ quid ap
petam: cum ad te referrẽ inferiora visa mea q̃
potui: teqꝫ consulereꝫ? Lustraui mundum foris
sensu quo potui: ⁊ attendi vitaꝫ corporis mei de
me: sensusqꝫ ipsos meos. Inde ingressus sum
in recessus memorie mee: multiplices ampli-
tudines: plenas miris modis copiarum innu-
merabilium: ⁊ consideraui ⁊ expaui: ⁊ nihil eo-
rum discernere potui sine te: ⁊ nihil eorum esse
te inueni: nec egoipse inuentor qui peragraui
omnia: ⁊ distinguere ⁊ pro suis queqꝫ dignita-
bus estimare conatus sum: excipiens alia nun-
ciantibus sensibus: ⁊ iterrogans alia mecuꝫ cõ
mixta sentiens: iposqꝫ nuncios dinoscens atqꝫ
dinumerans: iamqꝫ in memoria elatis opibus
alia pertractans: alia recondens: alia eruens.
Nec egoipse cum hec agereꝫ idest vis mea qua
id agebam: nec ipsa eras tu: quia lux es tu per-
manens: quam de omnibus consulebã an essẽt
quid essent quanti pendenda essent. Et audie-
bam dicentem ac iubentem: ⁊ sepe istud facio.
Hoc me delectat: ⁊ ab actionibus necessitatis
quantum relaxari possum ad istam voluptateꝫ
refugio. Neqꝫ in his omnib9 que percurro cõ-
sulens te inuenio tutum locum anime mee nisi
in te: quo colligantur sparsa mea nec a te quic-
ꝙ recedat ex me: Et aliquãdo intromittis me
in affectum multuꝫ inusitatum introrsus ad ne
scio quam dulcedinem: que si perficiatur in me
nescio quid erit quod vita ista non erit. Sed re-
cido in hec erumnosis ponderibus ⁊ resorbeor
solitis: ⁊ teneor: ⁊ multum fleo: sed multum te-
neor: Tantum consuetudinis sarcina digna ẽ.
Hic esse valeo nec volo: illic volo nec valeo: mi
ser vtrobiqꝫ. Ideoqꝫ consideraui lãguores pec
catorum meorum in cupiditate triplici: ⁊ dex-
teram tuam inuocaui ad salutem meam. Uidi

enim splendorem tuum corde saucio: ⁊ repcus-
sus dixi. Quis illuc põt? Proiectus sum a facie
oculoꝝ tuorum. Tu es veritas sup omnia p̃si-
dens. At ego per auariciã meam nõ amittere te
volui. sed volui tecum possidere mendacium:
sicut nemo vult ita falsum dicere: vt nesciat ipse
quid verum sit. Itaqꝫ amisi te: q: non dignaris
cum mẽdacio possideri. Quẽ inuenireꝫ q me re
cõciliaret tibi? An eundũ mihi fuit ad angelos
Qua prece? Quibus sacramẽtis? Multi conã
tes ad te redire: neqꝫ p seipos valentes sicut au
dio: tẽptauerunt hec: ⁊ inciderunt in desideriũ
curiosaꝝ visionum: ⁊ digni habiti sunt illusioni
bus. Elati enim te querebãt doctrine fastu exe-
rentes potius ꝙ tundẽtes pectora ⁊ adduxerũt
sibi p similitudinem cordis sui conspirantes: ⁊
socias supbie sue ptãtes aeris huius a qbus p
potẽtias magicas deciperent: querẽtes media
torem p quem purgarent: ⁊ nõ erat. Diabolus
enim erat trãsfigurans se in angelum lucis. Et
multum illexit supbam carnẽ qd carneo corpo-
re ipe nõ esset. Erant. n. illi mortales ⁊ pctõres
tu aũt dñe cui recõciliari supbe q̃rebant imorta-
lis: ⁊ sine peccato. Mediator aũt inter deum ⁊
hoies oportebat vt hẽret aliqd simile deo: aliqd
simile hoibus: ne in vtroqꝫ hoibus similis lon-
ge esset a deo: aut in vtroqꝫ deo similis longe
esset ab hoibus: atqꝫ ita mediator nõ esset. Fal-
lax itaqꝫ ille mediator quo p secreta iudicia tua
superbia meret illudi: vnuꝫ cum hoibus habet
idest peccatum: aliud videri vult hẽre cum deo:
vt q: carnis mortalitate nõ tegit: pro imortali
se ostentet. Sed q: stipendium peccati mors ẽ
hoc habet cõmune cum hoibus vnde simul dã-
netur in mortem. Uerax aũt mediator: queꝫ se
creta tua misericordia demonstrasti humilibus
⁊ misisti vt eius exemplo etiam ipam discerent
humilitatem: mediator ille dei: ⁊ hominuꝫ ho-
mo xp̃s iesus inter mortales peccatores: ⁊ im-
mortalem iustum apparuit: mortalis cum ho-
minibus: iustus cum deo: vt quoniam stipẽdiũ
iusticie vita ⁊ pax est: per iusticiam coniunctam
deo euacuaret mortem iustificatorum impioꝝ
quam cum illis voluit habere cõmuneꝫ. Hic de
monstratus est antiquis sanctis: vt ita ipsi per
fidem future passionis eius sicut nos p fideꝫ p̃-
terite salui fierent. Inquãtum. n. homo intan-
tum mediator: inquãtum aũt verbum non me-
dius: q: equalis deo: ⁊ deus apud deuꝫ: ⁊ simul
cum spiritusancto vnus deus. Quomodo nos
amasti pater bone qui filio tuo vnico nõ pepci-
sti: sed p nobis impijs tradidisti eum? Quomo-
do nos amasti p quibus ille q non rapina arbi-
tratus est esse equalis tibi: factus est subditus
vsqꝫ ad morteꝫ crucis? vnus ille in mortuis li-

ber ptātem habens ponendi animam suam:⁊
ptātem habēs iterum sumendi eaȝ:pro nobis
tibi victor ⁊ victima:⁊ ideo victor q: victima ꝑ
nobis tibi sacerdos:⁊ sacrificium: ⁊ ideo sacer-
dos q: sacrificium:faciēs tibi nos de seruis fi-
lios:de te nascendo:nob seruiendo. Merito mi
hi spes valida in illo ē:quod sanabis omnes lā-
guores meos ꝑ eum qui sedet ad dexteraȝ tuā
⁊ te interpellat pro nob. Alioquin desperarem
Multi .n. ⁊ magni sunt ijdem languores mei
multi sunt ⁊ magni:sȝ amplior ē medicina tua
Potuimus putare verbum tuum remotuȝ esse
a coniunctione hominis ⁊ desperare de nob:ni
si caro fieret ⁊ habitaret in nobis. Conterritus
peccatis meis ⁊ mole miserie mee agitaueraȝ
in corde:meditatusqȝ fueram fugā in solitudinē:
sed ꝓhibuisti me:⁊ confirmasti me dicēs. Ideo ꝓ
omnibus christus mortuus ē: vt qui viuunt iaȝ
non sibi viuāt:sed ei qui ꝓ ipsis mortuus ē. Ec
ce dn̄e iacto in te curam meam vt viuam:⁊ cōsi
derabo mirabilia de lege tua. Tu scis imperi-
tiam meam ⁊ infirmitatem meam:donec me
⁊ sana me: Ille tuus vnicus in quo sunt oēs the
sauri sapiētie:⁊ scie absconditi:redemit me san
guine suo. Nō calumnient mihi superbi: quoniā
cogito precium meum:⁊ manduco ⁊ bibo ⁊ ero
go:⁊ pauper cupio saturari ex eo inter illos qui
edunt ⁊ saturantur:⁊ laudabunt dominum qui
requirunt eum.

Explicit liber decimus.

Incipit vndecimus.

Nunquid dn̄e cum tua sit eternitas igno-
ras que tibi dico. Aut ad tēpus
vides quod fit in tempore. Cur
ergo tibi tot reruȝ narrationes
digero. Nō vtiqȝ vt ꝑ me noue
ris ea:sed affectum meum excito in te:⁊ eorum
qui hec legunt: vt dicamus omnes:magnus do
minus ⁊ laudabilis valde. Iaȝ dixi ⁊ dicā :amo
re amoris tui facio istud.naȝ ⁊ oramus:⁊ tamē
veritas ait.nouit pater vester quid vob opus
sit prius ꝙ petatis a deo. Affectum ergo nostrū
patefacimus in te confitēdo tibi miserias no-
stras:⁊ misericordias tuas super nos: vt libe-
res nos omnino:qm̄ cepisti: vt desinamus esse
miseri in nobis:⁊ beatificemur in te:qm̄ voca-
sti nos vt simus pauperes spū ⁊ mites ⁊ lugen-
tes ⁊ esurientes ac sitientes iusticiam:⁊ miseri
cordes:⁊ mundicordes ⁊ pacifici. Ecce narraui
tibi multa que potui ⁊ q̄ volui:qm̄ tu prior vo-
luisti vt confiterer tibi dn̄o deo meo :qm̄ bonus
es:qm̄ in seculum misericordia tua. Quādo au
tem sufficio lingua calami enunciare omnia hor
tamēta tua ⁊ omnes terrores tuos:⁊ consolatio
nes ⁊ gubernationes:quibus me ꝑduxisti ꝑdi-
care verbum tuum:⁊ sacramētum tuum dispē
sare populo tuo. Et si sufficio hec enunciare ex
ordine caro mihi: valēt stille tēporum :⁊ olim
inardesco meditari in lege tua:⁊ in ea tibi confi
teri scientiam:⁊ imperitiam meam: primordia
illuminationis tue:⁊ reliquias tenebraruȝ mea
rum:quousqȝ deuoret a fortitudine infirmitas
Et nolo in aliud defluāt hore quas inuenio li-
beras a necessitatibus reficiendi corporis ⁊ in
tentionis animi: ⁊ seruitutis quam debemus
hominibus: ⁊ quam nō debemus:⁊ tn̄ reddimus
Dn̄e deus meus intende orōni mee: ⁊ mīa tua cor
dia tua exaudiat desiderium meum: qm̄ nō mi
hi soli estuat:sȝ vsui vult esse fraterne charitati
⁊ vides in corde meo:q: sic est: vt sacrificem ti
bi famulatum cogitationis:⁊ lingue mee:⁊ da
quod offeram tibi. Inops enim ⁊ pauper sum:
tu diues in omnes inuocantes te : qui securus
curam nostri geris. Circūcide ab omni temeri-
tate:ab omniqȝ mendacio interiora ⁊ exteriora
labia mea: Sint caste delicie mee scripture tue
Nec fallar in eis nec fallam ex eis. Dn̄e atten
de ⁊ miserere dn̄e deus meus:lux cecoruȝ ⁊ vir
tus infirmorum:statimqȝ lux vidētium: ⁊ virtus
fortium:attende animam meam ⁊ audi clamā
tem de ꝓfundo.nam nisi adsint ⁊ in ꝓfundo au-
res tue:quo ibimus ⁊ clamabimus . Tuus est
dies ⁊ tua est nox. Ad nutuȝ tuū momenta trā-
uolant. Largire inde spacium meditationibus
nostris in abdita legis tue : neqȝ aduersus pul-
santes claudas eam:neqȝ eniȝ frustra scribi vo
luisti tot paginarum opaca secreta. Aut non ha
bent ille silue ceruos suos recipiētes se in eas:
⁊ resumētes ⁊ ambulantes ⁊ pascētes recūben
tes ⁊ ruminantes. O dn̄e perfice me ⁊ reuela
mihi eas. Ecce vox tua gaudiū meuȝ: vox tua
superfluentium voluptatum. Da qd̄ amo. amo
enim: Et hoc tu dedisti. nec dona tua deseras:
nec herbam tuam spernas sitientem. Confite-
ar tibi quicquid inuenero in libris tuis:⁊ audiā
vocem laudis:⁊ te bibam:⁊ considerem mira-
bilia de lege tua ab vsqȝ principio in quo feci-
sti celum ⁊ terram: vsqȝ ad regnum tecum ꝑpe
tuum sancte ciuitatis tue. Dn̄e miserere mei:⁊
exaudi desiderium meum. Puto enim qd̄ non
sit de terra:non de auro ⁊ argento ⁊ lapidibus
aut decoris vestibus:aut honoribus ⁊ potesta-
tibus:siut voluptatibus carnis:neqȝ de necessa
rijs corpori ⁊ huic vite peregrinationis nostre
quē omnia nobis apponunt q̄rentibus regnuȝ
⁊ iusticiam tuaȝ. Uide dn̄e deus meus vnde sit

desideriuz meum. Narrauerunt mihi iniusti de
lectationes suas: sed nō sicut lex tua dn̄e. Ecce
vnde est desiderium meum. Uide pater. aspice
⁊ vide ⁊ approbata: ⁊ placeat in cōspectu mise-
ricordie tue inuenire me grāz ante te: vt aperiā
tur pulsanti mihi iteriora sermonuz tuorū. Ob
secro p dn̄m nostrum iesu z xp̄m filiuz tuū virū
dextere tue filium hoīs. quē cōfirmasti tibi, me-
diatorē tuum ⁊ nostrū. per quē nos quesisti non
querētes te: q̄sisti autem vt quereremus te: ver
buz tuū per quod fecisti omnia in quibus ⁊ me
vnicum tuū per quē vocasti in adoptionez po-
pulum credētium: in quo ⁊ me: per eū te obse-
cro qui sedet ad dexteraz tuā: ⁊ te interpellat p
nobis. in quo sunt oēs thesauri sapiētie: ⁊ scien
tie absconditi. Ip̄m quero in libris tuis. Moy
ses de illo scripsit. Hoc ipse ait. hoc veritas ait
Audiam: ⁊ intelligam quomodo in principio fe
cisti celum ⁊ terraz. Scripsit hoc Moyses. scri
psit ⁊ abijt: trāsiuit hinc ad te. Neqꝫ. n. nunc an-
te me est: Nam si esset tenerē eum: ⁊ rogarem
eum: ⁊ per te obsecrarē vt mihi ista panderet: ⁊
preberem aures corporis mei sonis erumpēti-
bus ex ore eius. Et si hebrea voce loqueretur:
frustra pulsaret sensum meū: nec inde mētem
meaz quicq̄ꝫ tāgeret. Si autē latine. scirē quid
diceret. Sed vnde scirē an verū diceret? Quod
si ⁊ hoc scirem: num ⁊ ab illo scirē? Intus vtiqꝫ
mihi intꝰ in domicilio cogitationis: nec hebrea
nec greca: nec latina: nec barbara veritas sine
oris ⁊ lingue organis: sine strepitu syllabarum
diceret. verꝫ dicit: ⁊ ego statim certus cōfiden-
ter illi homini tuo dicerē: verum dicis. Cuz er
go illum iterrogare nō possim: te quo plenꝰ ve-
ra dixit veritas rogo te deꝰ meꝰ. rogo parce pec
catis meis: ⁊ q illi seruo tuo dedisti hec dicere
da ⁊ mihi hec intelligere. Ecce sunt celuz ⁊ ter-
ra: clamāt quod facta sint. Mutātur enim atqꝫ
variātur. Quicquid aūt factum nō est: ⁊ tamē ē
nō est in eo quicq̄ꝫ quod ante nō erat. quod est
mutari atqꝫ variari. Clamāt etiam q̄ seip̄a nō
fecerint: ideo sumus: quia facta sumus. Nō er-
go eramus anteq̄ꝫ essemus vt fieri possemus a
nobis. Et vox dicētium est ip̄a euidētia. Tu er
go dn̄e, fecisti ea qui pulcer es: pulchra sunt. n.
qui bonus, es: bona sunt. n. qui es: sunt. n. Nec
ita pulchra sunt: nec ita bona sunt: nec ita sunt
sicut tu cōditor eorum. quo comparata nec pul
chra sunt: nec bona sunt: nec sunt: Scimꝰ hec:
grās tibi. Et sciētia nostra sciētie tue cōparata:
ignorātia est: In principio fecit deꝰ celum ⁊ ter-
rā. Quomodo autē fecisti celum ⁊ terraz? ⁊ que
machina tam grādis operationis tue? Nō. n.
sicut homo artifex formans corpus de corpore
arbitratu aīe valentis imponere vtcūqꝫ speciez
quam cernit in semetip̄a interno oculo. Et vn
de hoc valeret nisi: q2 tu fecisti eam? Et iponit
speciē iam existēti: ⁊ habēti vt esset: veluti ter-
re aut lapidi aut ligno aut auro aut id genꝰ rex
cuilibet. Et vnde ista essent: nisi tu fecisses ea?
Tu fabro corpus: tu aīum membris imperitā-
tem fecisti: tu materiā vnde facit aliquid: tu ige-
nium quo artez capiat: ⁊ videat intꝰ quid faciat
foris: tu sensum corporis quo iterprete traijciat
ab aīo ad materiā id quod facit: ⁊ renūciet aīo
quid factū sit: vt ille intus cōsulat presidētez si-
bi veritatē an bene factū sit. Te laudāt hec oīa
creatorem omniū. Sed tu quomodo facis ea?
Quomodo fecisti deꝰ celum: ⁊ terraz? Nō vtiqꝫ
in celo neqꝫ in terra fecisti celum: ⁊ terraz: neqꝫ
in aere aut in aquis: qm̄ ⁊ hec ptinent ad celuz
⁊ terram: neqꝫ in vniuerso mundo fecisti vniuer
sum mūdum: quia nō erat vbi fieret anteq̄ꝫ fie-
ret vt esset: nec manu tenebras aliquid vnde fa-
ceres celū: ⁊ terram. Nā vnde tibi hoc quod tu
nō feceras vnde aliquid faceres? Quid. n. ē nisi
q2 tu es? Ergo dixisti ⁊ facta sunt: atqꝫ in verbo
tuo fecisti ea. Sed quomodo dixisti? Nunquid
illo mō quo facta ē vox de nube dicēs hic ē filiꝰ
meꝰ dilectus? Illa. n. vox acta atqꝫ trāsacta est
cepta ⁊ finita. Sonuerunt syllabe atqꝫ trāsierūt
secūda post primam: tertia post scd̄am: atqꝫ in
de ex ordine donec vltima post ceteras silētiūqꝫ
post vltimā. vnde claret atqꝫ eminet quod crea
ture motus expressit eam seruiēs eterne volun-
tati tue ip̄e tēporalis. Et hec ad tēpus fcā ver-
ba tua nūciauit auris exterior mēti prudēti: cu-
ius auris interior posita est ad eternum verbū
tuum: At illa cōparauit hec verba tpaliter sonā
tia cū eterno in silētio verbo tuo: ⁊ dixit. Aliud
est lōge: longe aliud ē. Hec lōge infra me sunt:
nec sūt: q2 fugiunt ⁊ pretereūt. Uerbuz aūt dn̄i
mei supra me manet ineternū. Si ergo verbis
sonātibus: ⁊ pretereūtibꝰ dixisti vt fieret celuz ⁊
terra: atqꝫ ita fecisti celum ⁊ terraz: erat iā crea-
tura corporalis ante celū ⁊ terraz: cuius motibꝰ
tpalibus tēporaliter vox illa pcurret. Nullū aūt
corpꝰ ante celū ⁊ terrā. Aut si erat: id certe sine
trāsitoria voce feceras: vnde trāsitoriam vocē
faceres: qua diceres vt fieret celū ⁊ terra. Quic
qd. n. illud esset. vnde talis vox fieret: nisi abs
te factū esset. oīno nō esset. Ut ergo fieret corpꝰ
vnde ista verba fierēt: quo verbo a te dictū est.
Uocas itaqꝫ nos ad intelligēdum verbū deum
apud te deū. quod sempiterne dr̄: ⁊ eo sēpiter-
ne dicunt̄ oīa. Neqꝫ. n. finit̄ quod dicebat̄: ⁊ dr̄
aliud vt possint dici oīa: sed simul ac sempiterne
oīa. Alioquin iam tēpus ⁊ mutatio: ⁊ nō vera
eternitas: nec vera imortalitas. Hoc noui deꝰ
meꝰ ⁊ grās ago. Noui cōfiteor tibi dn̄e: mecūqꝫ

nouit ⁊ benedicit te. quisquis ingratus non est
certe veritati. Nouimus dñe nouimus. qm̄ in-
quãtum qcq̄d nõ est quod erat: ⁊ ẽ quod nõ erat
intãtum moriť: ⁊ oriť. nõ ergo quicq̄ꝫ verbi tui
cedit atqꝫ succedit: qm̄ vere immortale atqꝫ
eternum ẽ. Et ideo verbo tibi coeterno: simul
⁊ sempiterne dicis oĩa que dicis: ⁊ fit qcq̄d di-
cis vt fiat. nec aliter q̄ꝫ dicẽdo facis: nec tamẽ ⁊
simul ⁊ sempiterna fiunt oĩa que dicẽdo facis.
Cur queso te dñe deꝰ meus. vtcũqꝫ video: sꝫ quo
modo id loquar nescio: nisi qꝛ omne quod esse i
cipit: ⁊ esse desinit: tunc esse incipit: ⁊ tunc desi-
nit: quãdo debuisse incipere vel desinere in eter
na rõne cognosciť: vbi nec incipit aliq̄d nec de
sinit: Jp̄m ẽ verbum tuũ: quod ⁊ principium ẽ:
ꝙ ⁊ loquiť nobis. Sic in euãgelio ꝑ carnem: ait
⁊ hoc insonuit foris aurib' hoĩum vt crederet: ⁊
intꝰ q̄reret: ⁊ inueniret in eterna veritate. vbi
oẽs discipulos bonus ⁊ solus magister docet Jbi
audio dñe vocem tuã dicẽtem mihi. qm̄ ille lo-
quiť nobis ꝙ docet nos. Qui aũt nõ docet nos
etiã si loquiť nõ nobis loquiť: Quis porro nos
docet: nisi stabilis veritas? Qꝛ ⁊ ꝑ creaturaꝫ mu
tabilem cum admonemur ad veritateꝫ stabilẽ
ducimur: vbi vere discimꝰ cum stamꝰ ⁊ audimꝰ
eum: ⁊ gaudio gaudemꝰ ꝓpter vocem spõsi. red
dẽtes nos vnde sumus: Et ideo principium: qꝛ
nisi maneret cum errarremꝰ: nõ esset quo redi
remus. Cum aũt redimꝰ ab errore: cognoscẽdo
vtiqꝫ redimus: Ut aũt cognoscamꝰ docet nos:
qꝛ principium est ⁊ loquiť nobis. Jn hoc princi
pio deꝰ fecisti celum ⁊ terram. in verbo tuo. in fi-
lio tuo. in virtute tua. in sapia tua. i veritate tua
miro modo dicẽs: ⁊ miro modo faciens. Quis
cõꝓhendet? Quis enarrabit? Quid ẽ illud qđ
interlucet mihi: ⁊ ꝑcutit cor meum sine lesione
⁊ inhorresco ⁊ inardesco? Jnhorresco inquãtuꝫ
dissimilis ei sum: inardesco inquãtum similis
ei suꝫ. Sapia ip̄a est que interlucet mihi: discin
dens nubilum meuꝫ quod me rursus cooperit
deficiẽtem ab ea caligine atqꝫ aggere penaruꝫ
mearuꝫ: qm̄ sic infirmatus est in egestate vigor
meus: vt nõ sufferam bonum meum: donec tu
dñe qui ꝓpicius factus es oĩbus iniquitatibus
meis etiam sanes oẽs languores meos: qꝛ ⁊ re
dimes de corruptione vitam meam: ⁊ coronab
me in miseratione: ⁊ misericordia: ⁊ satiabis in
bonis desiderium meum: qm̄ renouabiť iuuen
tus mea sicut aq̄le. Spe enim salui facti sumus
⁊ ꝓmissa tua ꝑ patiẽtiam expectamꝰ. Audiat te
intus sermocinãteꝫ qui põt. Ego fidẽter ex ora
culo tuo clamabo. Quam magnificata sunt opa
tua dñe: omnia in sapia fecisti: ⁊ illa principiuꝫ
⁊ in eo principio fecisti celum ⁊ terram. nonne
ecce pleni sunt vetustatis sue: qui nobis dicunt.

Quid faciebat deus anteq̄ꝫ faceret celum ⁊ ter
ram? Si eniꝫ vacabat inquiunt: ⁊ nõ operabať
aliquid: cur nõ sic semꝑ ⁊ deinceps queadmodũ
retro semꝑ cessauit ab opere? Si eniꝫ vllus mo
tus in deo nouꝰ extitit. ⁊ voluntas noua vt con
deret creaturam quam nunq̄ꝫ ante condiderat:
quomodo iam vera eternitas vbi oriť volũtas
que nõ erat. Neqꝫ eniꝫ voluntas dei creatura
ẽ. sed ante creaturam: qꝛ nõ creareť aliquid nisi
creatoris voluntas p̄cederet. Ad ip̄aꝫ ergo dei
subam ꝑtinet voluntas eius. Quod si exortum
ẽ aliquid in dei suba quod prius nõ erat: nõ ve-
raciter dr̄ eterna illa suba. Si aũt voluntas dei
sempiterna erat vt esset creatura: cur nõ sempi-
terna creatura? Qui hec dicunt nõdum te intel
ligunt. O sapia dei: lux mẽtium: nõdum intelli
gunt quomodo fiãt que ꝑ te atqꝫ in te fiunt: ⁊ co
nanť eterna sapere. sed adhuc in preteritis ⁊ fu
turis rerum motibꝰ cor eoꝝ volitat: ⁊ adhuc va
num ẽ. Quis tenebit illud ⁊ figet illud vt paulu
lum stet: ⁊ paululum rapiat splẽdorem semper
stantis eternitatis: ⁊ comparet cum tẽporibus
nunq̄ꝫ stãtibus: ⁊ videat esse incõparabileꝫ. ⁊ vi
deat lõgum tp̄s nisi ex multis p̄tereuntibꝰ mo-
tibꝰ qui simul extendi nõ possunt lõgum nõ fie-
ri: nõ aũt p̄terire quicq̄ꝫ in eterno. sed totuꝫ esse
pn̄s: nullum vero tp̄s totuꝫ esse pn̄s: ⁊ videat oẽ
p̄teritum ꝓpelli ex futuro. ⁊ omne futuruꝫ ex p̄-
terito cõsequi: ⁊ omne p̄teritum ac futurum ab
eo quod semꝑ ẽ pn̄s creari: ⁊ excurrere? quis te
nebit cor hoĩs: vt stet ⁊ videat quomodo stãs di
ctet futura ⁊ p̄terita tẽpora: nec futura nec p̄teri
ta eternitas? Nunq̄d manꝰ mea valet hoc: aut
manus oris mei ꝑ loq̄las agit rã grãdem rem?
Ecce rñdeo dicẽti. quid faciebat deꝰ anteq̄ꝫ face
ret celum ⁊ terrã: rñdeo nõ illud quod q̄daꝫ rñ-
disse ꝑhibeť iocu[l]ariter eludẽs q̄õnis violẽtiaꝫ.
At inq̄t scrutantibꝰ gehẽnas parabat: Aliud est
videre. aliud ridere. Hec nõ rñdeo: libẽtius. n.
rñderem nescio quod nescio. q̄ꝫ illud vñ irrideť
ꝙ alta interrogauit: ⁊ laudať qui falsa rñdit. sed
dico te deꝰ noster oĩs creature creatorẽ: ⁊ si celi
⁊ terre noĩe oĩs creatura intelligiť. audacter di
co. anteq̄ꝫ faceret deꝰ celum ⁊ terram nõ facie-
bat aliquid. Si enim faciebat: q̄d nisi creaturã
faciebat? Et vtinam sic sciam quicquid vtiliter
scire cupio queadmodũ scio ꝙ nulla fiebat crea
tura añq̄ꝫ fieret vlla creatura. Aut si cuiusq̄ꝫ vo
latilis sensus vagať ꝑ imagines retro tẽporum
⁊ de deũ oĩpotẽteꝫ: ⁊ oĩcreantem ⁊ oĩ tenẽtẽ: ce
li ⁊ terre artificem. ab opere tanto anteq̄ꝫ id fa
ceres ꝑ innumerabilia secula cessasse mirať. eui
gilet atq̄ꝫ attẽdat: qꝛ falsa mirať. nam vnde po
terãt innumerabilia secula preterire que ip̄e nõ
feceras. cum sis oĩum seculorum auctor: ⁊ cõdi-

to2:' Aut que tempo2a fuiſſent: que abs te con-
dita nõ eſſent:' Aut quomodo p̃teriſſent. ſi nun
q̃ꝫ fuiſſent:' Cuꝫ ergo ſis operato2 oĩum tempo
rum. ſi fuit aliquod tempus anteq̃ꝫ faceres celũ
⁊ terram. cur dr̃ ꝙ ab opere ceſſabas:' Idipſum
enim tempus tu feceras: nec p̃terire' potuerũt
tẽpo2a anteq̃ꝫ faceres tp̱a. Si aũt ante celum ⁊
terram nullum erat tẽpus. cur querit̃ quid tũc
faciebas:' nõ enim erat tunc. vbi nõ erat tẽpus
nec tu tempo2e tempo2a p̄cedis. alioquin nõ oĩa
tempo2a p̄cederes. Sed p2ecedis omnia tem
po2a p2eterita. celſitudine ſemp̱ p2eſentis eter
nitatis. ⁊ ſuperas omnia futura: q2 ⁊ illa futura
ſunt: ⁊ cum venerint p2eterita erunt. tu aũt idẽ
ip̃e es ⁊ anni tui nõ deficient. Anni tui nec eũt
nec veniunt. iſti eniꝫ noſtri ⁊ eunt ⁊ veniunt. vt
oẽs veniant: Anni tui oẽs ſimul ſtant: qm̃ ſtant
nec euntes a veniẽtibus excludunt̃: q2 nõ tran-
ſeunt. Iſti aũt noſtri omnes erunt: cum omnes
nõ erũt: Anni tui dies vnꝰ ⁊ dies tuꝰ ñ quotidie
ſꝫ hodie: q2 hodiernus tuus nõ cedit craſtino:
neq̃ꝫ enim ſuccedit heſterno. Hodiernus tuus
eternitas. ideo coeternuꝫ genuiſti cui dixiſti. ego
hodie genui te. Omnia tẽpo2a tu feceſti: ⁊ añ oĩa
tẽpo2a tu es: nec aliquo tẽpo2e nõ erat tempus
nullo ergo tẽpo2e nõ feceras aliquid: q2 ipſum
tẽpus tu feceras: ⁊ nulla tp̱a tibi coeterna ſunt
q2 tu p̱manes. At illa ſi p̱manerẽt nõ eſſent tp̱a
quid ẽ enim tp̱s:' quis hoc facile b2euiterq̃ꝫ ex
plicauerit:' quis hoc ad verbum de illo ꝓferen-
dum vel cogitatione comp̄hẽderit:' quid autẽ
familiarius: ⁊ notius in loquendo cõmemo2a
mus q̃ꝫ tp̃s:' Et ĩtelligimꝰ vtiq̃ꝫ cũ id loqm̃ur i-
telligimꝰ ẽt cũ alio loquẽte id audimꝰ qd ẽ g̃ tp̃s
Si nemo ex me querat ſcio: ſi querẽti explica-
re veliꝫ neſcio. Fidẽter tñ dico ſcire me: quod ſi
nihil p̃terierit nõ eſſet p̃teritum tp̃s: ⁊ ſi nihil ad
ueniret nõ eſſet futuꝝ tp̱s: ⁊ ſi nihil eſſet nõ eſſet
pñs tp̃s. Duo ergo illa tp̱a p̃teritum ⁊ futurum
quomodo ſunt. qñ ⁊ p̃teritum iam nõ ẽ: ⁊ futuꝝ
nõdum ẽ. Pñs aũt ſi ſemp̱ eſſet pñs. nec in p̃te
ritum trãſiret. iam nõ eſſet tp̃s: ſed eternitas.
Si ergo pñs vt tp̱s ſit: ideo fit q2 in p̃teritũ trã
ſit. quõ ⁊ hoc eſſe dicimꝰ cui cã vt ſit illa ẽ q2 non
erit vt. ſ. non vere dicamꝰ tp̃s eſſe niſi: q2 tẽdit in
nõ eſſe. Et tñ dicimꝰ lõgum tp̃s ⁊ b2eue tẽpus
neq̃ꝫ hoc niſi de p̃terito aut futuro dicimꝰ. p2e
teritum tp̃s lõgum verbi gr̃a vocamꝰ añ cẽtum
annos. futurũ itidem lõgum poſt cẽtum annos
B2eue aũt p̃teritum ſicut puta dicimꝰ añ decem
dies: ⁊ b2eue futurũ poſt decẽ dies. Sed quo pa
cto lõgum ẽ aut b2eue quod nõ ẽ. P2eterituꝫ. n.
iam nõ ẽ: ⁊ futuꝝ nõdum ẽ. nõ itaq̃ꝫ dicamꝰ lon
gum ẽ. ſed dicamus de p̃terito longuꝫ fuit: ⁊ de
futuro longum erit. Dñe deus meus lux mea.
nõne ⁊ h̃ veritas tua deridebit hoiem. quod. n.
lõgum fuit p̃teritum tẽpus. cum iam eſſet p̃teri
tum lõgum fuit: an cum adhuc pñs eſſet. Tunc
enim poterat eſſe lõgum qñ erat quod eſſet lon-
gum. P2eteritum vero iam non erat. vnde nec
lõguꝫ eſſe poterat quod oĩno nõ erat. nõ ergo di
camus lõgum fuit p̃teritum tp̃s: neq̃ꝫ. n. inue-
niemus qd fuit lõgum qñ ex quo p̃teritũ ẽ nõ ẽ.
Sed dicamꝰ lõgum fuerit illud pñs tp̱s: q2 cuꝫ
pñs eſſet lõgum erat. nõdum. n. p̃terierat vt nõ
dum eẽt: ⁊ ideo erat qđ lõguꝫ eẽ poſſet: Poſtea
vero q̃ꝫ p̃teriit ſimul ⁊ lõguꝫ eſſe deſtitit quod
eſſe deſtitit. Videamꝰ ergo o aĩa humana vtruꝫ
⁊ pñs tp̃s poſſit eſſe lõguꝫ. Datum. n. tibi ẽ ſen
tire mo2as atq̃ꝫ metiri. quid rñdebis mihi. An
cẽtum anni pñtes longum tẽpus eſt. Vide p2iꝰ
vtrum poſſint pñtes eſſe cẽtum anni. Si enim
p2imus eo2um annus igit̃ ipſe pñs ẽ. nonagin-
ta vero ⁊ nouem futuri ſunt: ⁊ ideo nõdum ſunt
Si aũt ſcđs annus agit̃ iã vnꝰ ẽ p̃teritus. alt̃ p̱
ſens. ceteri futuri. Atq̃ꝫ ita ſi medio2ũ quẽlibet
cẽtenarii huiꝰ numeri annũ pñtem poſuerimus
añ illum p2eteriti erunt poſt illum futuri. quo-
circa cẽtum anni p2eſentes eſſe non potuerunt.
Vide ſaltem vtrum qui agit̃ vnus ip̃e ſit p̃ſeus
Et eius. n. ſi p2imus agit̃ mẽſis futuri ſũt cete-
ri. Si ſcđs iam ⁊ p2imꝰ p̃teriit. ⁊ reliqui nõduꝫ
ſunt. Ergo nec annus qui agit̃ totus ẽ pñs. Et
ſi nõ totus eſt pñs: nõ ẽ annus pñs. Duodecim
enim mẽſes annus ẽ. quoꝝ quilibꝫ vnus mẽſis
qui agit̃ ip̃e pñs eſt: ceteri auteꝫ p2eteriti aut fu
turi. quãq̃ꝫ neq̃ꝫ mẽſis qui agit̃ p2eſens eſt:' ſed
vnus dies. Si p2imus: futuris ceteris: ſi nouiſ
ſimus: p2eteritis ceteris: ſi medioꝝ qlibet iter
p̃teritos ⁊ futuros. Ecce pñs tp̃s qđ ſolum inue
niebamus lõgum appellãdũ. vix ad vnius diei
ſpaciũ cõtractum ẽ. Sed diſcutiamꝰ etiam ip̱m
q2 nec vnꝰ dies totꝰ ẽ pñs. Nocturnis. n. ⁊ diur
nis ho2is omnibꝰ vigintiquatuo2 explet̃. quaꝝ
p2ima ceteras futuras habet: nouiſſima p2ete-
ritas. aliqua vero interiectarum ante ſe p2ete-
ritas: poſt ſe futuras. Et ipſa vna ho2a fugiti-
uis perticulis agitat̃. Quicquid eius auolauit
p2eteritum eſt: quicquid ei reſtat futurum. Si
quid intelligit̃ tẽpo2is quod in nullis iã vel i mi
nutiſſimas momento2um partes diuidi poſſit
id ſolum eſt quod pñs dicat̃. quod tñ ita raptim
a futuro in p2eteritum tranſuolat: vt nulla mo-
rula extendat̃: nam ſi extendit̃ diuidit̃ i p2eteri
tum ⁊ futurum. P2eſens aũt nullum hꝫ ſpaciuꝫ
Vbi eſt ergo tẽpus qđ lõgum dicamꝰ:' An futu
rum:' nõ quidem dicimꝰ longum eſt: q2 nondum
eſt qđ lõgum ſit. ſed dicimꝰ longum erit. quan-
do igitur erit. Si enim ⁊ tunc cum adhuc futu-
rum erit. non erit longum: quia quid ſit longuꝫ

nondum erit. Si aūt tunc erit longum cum ex
futuro:quod nōdum ē:esse iaꝫ ceperit: ⁊ pn̄s fa
ctum erit vt possit esse quod lōguꝫ sit:iam supe
riorībꝰ vocibꝰ clamat pn̄s tēpus lōgum se eē nō
posse: Et tn̄ dn̄e sentimꝰ interualla tēporum:⁊
comparamꝰ sibimet: ⁊ dicimus alia lōgiora:⁊
alia breuiora. Metimur etiam quāto sit breui
us aut lōgius illud tēpus ꝗꝫ illud:⁊ respōdemꝰ
duplum esse hoc vel triplum:illud aūt simplū
aut tn̄ hoc esse quātum illud. Sed pretereūt ia
metimur tēpora cum sentiēdo metimur. Pre
terita vero que iam nō sunt:aut futura que nō-
duꝫ sūt quis metiri pōt:? Nisi forte audebit qs
dicere metiri posse quod nō est. Cum ergo ꝑte-
rit tēpus sentiri:⁊ metiri pōt:cum autē preterie
rit:quoniam nō est nō pōt. Quero pater nō affir
mo:deꝰ meꝰ preside mihi ⁊ rege me. Quisnam
ē qui dicat mihi nō esse tria tp̄a:sicut pueri didi
cimus:puerosq̇ꝫ docuimus:ꝑteritum pn̄s ⁊ fu
turuꝫ sed tn̄ pn̄s:qm̄ illa duo nō sunt:? An ⁊ ip̄a
sunt:?sed ex aliquo ꝓcedit occulto cuꝫ ex futuro
fit pn̄s:⁊ in aliquod recedit occultū cum ex pn̄ti
fit preteritum:? Nā vbi ea viderūt qui futura ce
ciuerunt si nondum sunt:?neq̇ꝫ.n.pōt videri id
quod nō ē. Et qui narrāt ꝑterita nō vtiq̇ꝫ vera
narrarēt si aīo illa nō cernerēt. Que si nulla eēnt
cerni oīno nō possent. Sūt ergo ⁊ futura ⁊ ꝑte-
rita. Sine me dn̄e amplius querere: spes mea
nō cōturbet intētio mea. Si.n.sunt futura ⁊ ꝑ-
terita. volo scire vbi sint: Quod si nōdum valeo
scio tn̄ vbicūq̇ꝫ sunt.nō ibi ea futura esse aut ꝑte
rita.sed pn̄tia.nā si ⁊ ibi futura sunt nōdum ibi
sunt. Si ⁊ ibi ꝑterita sunt.iā nō ibi sunt. Vbicū
q̇ꝫ ergo sunt quecūq̇ꝫ sunt:nō sūt nisi pn̄tia: ꝗꝫꝗꝫ
ꝑterita cū vera narrant ex memoria ꝓferuntur
nō res ip̄e que ꝑterierunt:sed verba cōcepta ex
imaginibꝰ earū:q̄ in aīo velut vestigia ꝑ sensus
ꝑtereūdo fixerūt. Pueritia q̇ppe mea q̄ iā nō ē:
in tp̄e ꝑterito ē quod iā nō ē. Imaginē vero eiꝰ
cum eā recolo ⁊ narro:in pn̄ti tp̄e intueor:q̄r est
adhuc in memoria mea. Vtꝝ silis sit causa etiā
ꝑdicādorum futuroꝝ:⁊ reꝝ q̄ nōdum sunt iā exi
stētes pn̄tant imagines:cōfiteor deꝰ meꝰ nescio:
Illud sane scio:nos plerūq̇ꝫ ꝑmeditari futuras
actiones nostras.eāq̇ꝫ ꝑmeditationē esse pn̄tē
actionē aūt quā ꝑmeditamur nōdum esse:q̄r fu
tura ē. Quā cū aggressi fuerimꝰ:⁊ quod ꝑmedi-
tabamur agere ceperimꝰ tunc erit illa actio: q̄r
tūc nō futura:sed pn̄s erit. Quoquo mō se ita ha
beat archana pn̄tia futurorū: videri nisi quod ē
nō pōt. Quod aūt iā est:nō futuꝝ sed pn̄s ē. Cuꝫ
ergo videri dicunt futura:nō ip̄a que nōduꝫ sūt
idest que futura sunt:sꝫ eoꝝ cause vel signa for-
sitā videntur que iam sunt. Ideo nō futura:sed ꝑ
sentia sunt iam vidētibus:ex quibus futura ꝑ-

dicant animo concepta. Que rursus conceptio
nes iam sunt: ⁊ eas pn̄tes apud se intuent qui
illa ꝑdicunt. Loquat mihi aliquod exemplum
tanta rerum numerositas. Intueor aurorā: ori
turum solē ꝓnuncio:quod intueor pn̄s ē: quod
ꝓnuncio futurum. Nō sol futurus qui iā est:sed
ortus eius qui nondū est. Tamē etiā ortuꝫ ip̄ꝫ
nisi animo imaginarer sicut modo cum id lo-
quor:nō eum posseꝫ ꝑdicere. Sed nec illa au-
rora quā in celo video solis ortus ē: quāuis euꝫ
precedat:nec illa imaginatio in animo meo:que
duo ꝑsentia cernunt: vt futurus ille ante dicat
Futura ergo nōdum sunt. Et si nondū sunt:non
sunt. Et si nō sunt: videri oīno nō possunt:sed ꝑ
dici possunt ex pn̄tibus que iam sunt:⁊ viden-
tur: Tu itaq̇ꝫ regnator creature tue:quis ē mo
dus quo doces aīas ea que futura sunt:? Docui-
sti.n.prophetas tuos. Quis nā ille modꝰ ē quo
doces futura cui futuꝝ quicq̇ꝫ nō est: vel potiꝰ
de futuris doces ꝑsentia:? Nā quod nō est :nec
doceri vtiq̇ꝫ pōt. Nimis lōge ē modus iste ab
acie mea. Inualuit ex me:nō potero ad illū:po-
tero autē ex te:cum dederis tu dulce lumen oc-
cultorum oculoꝝ meoꝝ. Quod autē nunc liquet
⁊ claret nec futura sunt nec preterita: nec ꝓprie
dr̄ tempora sunt tria:preteritum presens:⁊ futu
rum. Sed fortasse ꝓprie diceretur tēpora sunt
tria:presens de preteritis.presens de presenti-
bus.ꝑsens de futuris. Sunt.n.hec in aīa tria
q̄daꝫ:⁊ alibi ea nō video. Presens de ꝑteritis
memoria.presens de ꝑsentibus contuitus:pre-
sens de futuris expectatio: Si hec ꝑmittimur
dicere.tria tēpora video.fateorq̇ꝫ tria sunt. Di-
catur etiam tēpora sunt tria. ꝑteritum ꝑsens: ⁊
futurum:sicut abutit consuetudo. Dicat. Ecce
nō curo:nec resisto:nec repͪendo:dū tamē intel-
ligatur quod dr̄:neq̇ꝫ id quod futurum ē esse iaꝫ
neq̇ꝫ id quod ꝑteritum ē: Pauca sunt.n.que ꝓ-
prie loquimur:plura nō ꝓprie:sꝫ agnoscit quid
velimus. Dixi ergo pauloante ꝙ preterеūtia tē
pora metimur:ut possimus dicere duplū eē hoc
temporis ad illud simplū.aut tantū hoc quātū
illud:⁊ si quid aliud de partibus tēporuꝫ possu-
mus renūciare metiēdo. Quocirca ut dicebam
preterеuntia metimur tēpora. Et si quis mihi
dicat: vnde scis:respōdeā.scio q̄r metimur.nec
metiri que nō sunt possumꝰ:⁊ nō sunt ꝑterita vl'
futura. Presens vero tēpus q̄uo mentimur:qm̄
nō habet spaciū:? Metitur ergo cū ꝑterit. cum
aūt ꝑterierit nō metitur. Quid eni metiat non
erit. Sꝫ vn̄ ⁊ qua ⁊ quo ꝑterierit cū metit:? Vn̄
nisi ex futuro:?qua nisi per presens:quo nisi in ꝑ
teritū:? Ex illo ergo quod nondū est.ꝑ illud quod
spacio caret.in illud quod iā non est. Quid aūt
metimur: nisi tempus in aliquo spacio:? Neq̇ꝫ

enim dicimus simpla ⁊ dupla ⁊ tripla ⁊ equalia: ⁊ si qd hoc modo in tp̄e dicimꝰ nisi iter spacia tēpoꝝ. In quo ergo spacia metimur tp̄s p̄teriens? Utrum in futuro vnde p̄terit? Sȝ quod nōdum est nō metit̄. An in p̄nti qua p̄terit? sed nullum spaciū nō metimur. An in p̄terito quo p̄terit? Sed quod iam nō est nō metimur. Exarsit animꝰ meus nosse istud implicatissimum enigma. Noli claudere dn̄e deꝰ meus bone pater p xp̄m obsecro noli claudere desiderio meo ista: ⁊ vsitata ⁊ abdita quo minꝰ in ea penetret: ⁊ dilucescant allucēte misericordia tua domine Quem pcunctabor de his? Et cui fructuosiꝰ cōfitebor īperitiam meā: nisi tibi cui nō sunt molesta studia mea. flāmātia vehement in scripturas tuas? Da quod amo: amo. n. ⁊ hoc tu dedisti. Da pater q vere nosti data bona dari filijs tuis. Da qm̄ suscepi cognoscere te: ⁊ labor ē an̄ me donec aperias. Per xp̄m obsecro in nomine eiꝰ sancti sanctoꝝ nemo mihi obstrepat. Et ego credidi: pp̄ter quod ⁊ loquor. Hec est spes mea: ad hāc viuo vt cōtēpler delectationis dn̄i Ecce veteres posuisti dies meos: ⁊ transeūt: ⁊ quō nescio. Et dicimus tp̄s ⁊ tp̄s. tp̄a ⁊ tēpora Quādiu dixit hoc ille: quādiu fecit hoc ille: ⁊ q̄ȝ longo tp̄e illud nō vidi: ⁊ dupluȝ tp̄is hȝ hec syllaba ad illam simplam breuem. Dicimus hec ⁊ audimus hec: ⁊ itelligimus. Manifestissima ⁊ vsitatissima sunt: ⁊ eadem rursus nimis latēt: ⁊ noua est inuētio eoꝝ. Audiui a quodam hoīe docto: q solis ac lune ac sideruȝ motus ip̄a sint tp̄a ⁊ nō animi. Cur enim nō potius oīuȝ corporum motus sint tp̄a? An vero si cessarent celi lumina. ⁊ moueret̄ rota figuli: non esset tp̄s quo metiremur eos giros: ⁊ diceremꝰ aut equalibꝰ morulis agi. aut si alias tardius: alias velociꝰ moueret̄. alios magis diuturnos esse: alios minus. Sūt cum hoc diceremus nō: ⁊ nos in tempore loq̄remur. aut essēt in verbis nostris alie longe syllabe. alie breues. nisi q2 ille lōgiore tēpore sonuissent iste breuiore? Deus dona hoībus videre in paruo cōmunes noticias reꝝ paruarum atqȝ magnarum. Sunt ⁊ sydera ⁊ luminaria celi in signis: ⁊ in tēporibus ⁊ in annis: ⁊ in diebꝰ. Sūt vero. sed nec ego dixerim circuitum illius ligneole rote diem esse. nec tn̄: ideo tēpus non esse ille dixerit. Ego scire cupio vim naturāqȝ tēporis quo metimur corporuȝ motꝰ ⁊ dicimus illum motum verbi grā tempore duplo esse diuturniorem q̄ȝ istum: Naȝ quero qm̄ dies dr̄ nō tm̄ morula solis sup terraȝ sm̄ q aliud est dies aliud nox: sed etiam totꝰ eius circuitus ab oriēte vsqȝ ad oriētem. sm̄ q dicimꝰ tot dies trāsierunt. Cum suis. n. noctibus dicūtur tot dies: nec extra reputant̄ spacia noctiū: Qm̄

ergo dies expletur motu solis atqȝ circuitu ab oriēte vsqȝ ad oriētem: quero vtrum motus ip̄e sit dies. an mora ip̄a quanta peragit̄. an vtrūqȝ. Si. n. primum dies esset. dies ergo esset etiā si tāto spacio tp̄is sol cursum illum pegisset: quātum ē hore vnius. Si scd̄m: nō ergo esset dies si ab ortu solis vsqȝ in ortum alteꝝ tam breuis mora esset q̄ȝ ē hore vnius. Sed vicies ⁊ quat circuiret sol vt expleret diem. Si vtrūqȝ: nec ille appellaret̄ dies si hore spacio sol totū suum girum circuiret: nec illa si sole cessante tātum tēporis p̄teriret quāto pagere sol totum ambituȝ de mane in mane assolet. Nō itaqȝ nunc querā quid sit illud quod vocat̄ dies: sed qd sit tēpus quo metiētes solis circuitum diceremus euȝ dimidio spacio tēporis pactuȝ minus q̄ȝ solet: si tāto spacio tēporis pactus esset quāto paguntur hore duodecim. Et vtrūqȝ tēpus cōparātes diceremus illud simplum hoc duplum: etiam si aliqn̄ illo simplo aliqn̄ isto duplo sol ab oriente vsqȝ ad oriētem circuiret. Nemo ergo mihi dicat celestiū corpoꝝ motus esse tp̄a. q2 ⁊ cuiusdā voto cum sol stetisset vt victor iosue p̄lium per ageret sol stabat sed tp̄s ibat. per suū qppe spacium tp̄is qd̄ ei sufficeret. illa pugna gesta atqȝ finita ē. Uideo igit̄ tp̄s quādam esse distēsionē. Sed video an videre mihi videor? Tu demonstrabis lux veritas. Jubes vt approbē si qs dicat tp̄s esse motū corporis. Nō iubes. Nā corpꝰ nullū nisi in tp̄e moueri audio. Tu dicis. ip̄m aūt corporis motū tp̄s esse nō audio: nō tu dicis Cuȝ. n. mouet̄ corpꝰ tp̄e metior quādiu moueatur ex quo moueri icipit donec desinat. Et si nō vidi ex quo cepit: ⁊ pseuerat moueri vt nō videam cū desinit. nō valeo metiri nisi forte ex quo videre īcipio donec desinā. Quod si diu video tm̄modo lōgum tp̄s esset renūcio: nō aūt quātuȝ sit: q2 ⁊ quātū cum dicimꝰ collatione dicimꝰ velut tm̄ hoc quātum illud: aut duplū hoc ad illud ⁊ si qd aliud isto mō: Si aūt notare potuerimꝰ locoꝝ spacia vn̄ ⁊ quo veniat corpꝰ qd̄ mouet̄ vl̄ ptes eiꝰ si tanq̄ȝ in torno mouet̄: possumꝰ dicere quātū sit tp̄is ex quo ab illo loco vsqȝ ad illuȝ locū motꝰ corpis vl̄ partis eiꝰ effectꝰ ē. Cū itaqȝ aliud sit motꝰ corpis: aliud quo metimur quādiu sit: qs nō sentiat qd hoꝝ potiꝰ tp̄s dicēdū sit Nā ⁊ si varie corpꝰ aliqn̄ mouet̄: aliqn̄ stat: non solū motū eiꝰ sed etiā statū tp̄e metimur: ⁊ dicimus tm̄ stetit quātū motum ē: aut duplo vel triplo stetit ad id qd̄ motum ē: ⁊ si qd aliud nr̄a dimēsio siue cōp̄henderit siue existimauerit vt dici solet plꝰ minus. nō est ḡ tp̄s corpis motꝰ: Et cōfiteor tibi dn̄e ignorare me adhuc qd sit tp̄s ⁊ rursus cōfiteor tibi dn̄e scire me in tp̄e ista dicere: ⁊ diu me iā loqui de tp̄e: atqȝ idip̄m diu nō eē

dei sunt nisi spiritus dei. Quomodo ergo scimus
⁊ nos que a deo donata sunt nobis. Respon de
tur mihi qm̄ que per eius spiritū scimus etiā sic
nemo scit nisi spiritus dei. Sicut. n. recte dictū
est: nō. n. vos estis qui loquimini: eis qui in spiri-
tu dei loquerent̄ sic recte dr̄: non vos estis qui
scitis eis: qui in dei spiritu sciunt. nihilominus
igit̄ recte dicit̄: non vos estis qui videtis eis q
in spiritu dei vident. Ita quicq̄d in spiritu dei
vident: qꝛ bonū est nō ipsi sed deus videt qꝛ bo
nū est. Aliud ergo est vt putet quisqꝫ malū esse
qd̄ bonū est: quales supra dicti sunt. Aliud vt qd̄
bonū est videat hō qꝛ bonum est. Sicut multis
tua creatura placet qꝛ bona est: quibus tñ non tu
places in ea: vnde frui magis ipsa q̄ te volunt
Aliud aūt vt cū aliquid videt homo qꝛ bonum
est deus in illo videat qꝛ bonū est: vt. s. ille ame
tur in eo qd̄ fecit: qui nō amaret̄ nisi per spiritū
quē dedit: qm̄ charitas dei diffusa est in cordi
bus nostris per spiritūsanctū qui datus est no-
bis per quē videmus qꝛ bonū est quicquid ali-
quo modo est. Ab illo enim est: qui non aliquo
modo est: sed quod est est. Gratias tibi dn̄e: vi
demus celū ⁊ terrā siue corporalē partē superio
reʒ atqꝫ inferiorē: siue spiritualē corporalēqꝫ crea
turā atqꝫ in ordinatu harū partiū quib⁹ cōstat vl̄
vniuersa mundi moles vel vniuersa oīno crea
tura. Videmus lucē factā diuisamqꝫ a tenebris
videmus firmamētū celi siue inter spūales a-
quas superiores ⁊ corporales inferiores prima
riū corpus mundi sup hoc spaciū aeris: qꝛ ⁊ h̄
vocat̄ celū per qd̄ vagant̄ volatilia celi inter a-
quas que vaporaliter ei superferunt̄: ⁊ serenis
etiā noctib⁹ rotant: ⁊ has que in terris graues
fluitant. Videm⁹ cōgregatarꝝ aquarꝝ speciē per

cāpos maris ⁊ aridā terrā ⁊ nudatā vel forma-
taʒ vt esset visibilis ⁊ cōposita. herbarūqꝫ atqꝫ
arborꝝ materiē. Videm⁹ luminaria fulgere de
sup solē sufficere dici lunā ⁊ stellas cōsolari no-
ctē: atqꝫ his oībus notari ⁊ significari tēpora.
Videmus humidā vsqꝫquaqꝫ naturā piscibus
⁊ beluis ⁊ alitibus fecūdatā: qd̄ aeris corpulen
tia que volat⁹ auiū portat aquarꝝ exalatione cō
crescit. Videmus terrenis aīalibus faciē terre
decorari: hoīemqꝫ ad imaginē ⁊ similitudineʒ
tuā cunctis irrationalibus animantib⁹ ipsa tua
imagine ac similitudine: hoc est rationis ⁊ in-
telligentie virtute preponi. Et queadmoduʒ i
eius aīa aliud est qd̄ consulēdo dominatur: ali
ud qd̄ subdit̄ vt obtēperet sic viro factā eē eti
aʒ corporaliter feminā que hr̄et quidē in mēte
rationalis intelligētie parē naturā: sexu tñ cor-
poris ita masculino sexui subijceret̄: quemad-
modū subijcit̄ appetitus actionis ad cōcipien
daʒ de ratione mētis recte agendi solertiam.
Videmus hec ⁊ singula bona: ⁊ oīa bona valde
Laudēt te opa tua vt amem⁹ te: ⁊ amem⁹ te: vt
laudent te opera tua: que habent initium ⁊ finē
ex tempore ortum ⁊ occasum: profectum ⁊ de-
fectum: speciem ⁊ priuationem. Habent ergo
consequentia mane ⁊ vesperam: partim laten-
ter: partim euidenter. De nihilo enim a te non
de te facta sunt. non de te aliqua: non de tua vl̄
que antea fuerit: sed de cōcreta. i. simul a te crea
ta materia. qꝛ eius informitatē sine vlla tem-
poris interpositione formasti. nā cū sit aliud ce
li ⁊ terre materia: aliud celi ⁊ terre species: ma
teriā quidē de oīno nihilo: mundi autem speciē
de informi materia: simul tamē vtrunqꝫ fecisti
vt materiā forma nulla more intercapedine se
queret̄. Inspeximus etiam propter quorꝝ figu-
rationē ista vel tali ordine fieri: vel tali ordinē
scribi voluisti: ⁊ vidimus qꝛ bona sunt singula
⁊ omnia bona valde i verbo tuo in vnico tuo
celū ⁊ terram caput ⁊ corpus ecclesie in prede-
stinatione ante omnia tempora sine mane ⁊ ve
spera. Ubi autem cepisti predestinata tempo-
raliter exequi: vt occulta manifestares ⁊ incom
posita nostra cōponeres: quoniā super nos erāt
peccata nostra ⁊ in profunduʒ tenebrosuʒ abie
ramus abs te: ⁊ spiritus tuus bonus superfere
batur ad subueniendū nobis in tempore op-
portuno: ⁊ iustificasti impios: ⁊ distinxisti eos ab
iniquis. ⁊ solidasti auctoritatē libri tui inter su
periores qui tibi docibiles essent: ⁊ inferiores
qui eis subderentur: ⁊ congregasti societateʒ in
fidelium in vnam conspirationem vt appare-
rent studia fidelium: vt tibi opera misericordie
parerent distribuentes etiam pauperibus ter
renas facultates ad acquirenda celestia: ⁊ inde

accendisti quedã luminaria in firmamẽto: ver-
buz vite habentes sanctos tuos: ⁊ spiritualib⁹
donis prelata sublimi auctoritate fulgentes: ⁊
inde ad imbuẽdas infideles gentes sacramẽta
⁊ miracula visibilia: vocesqꝫ verboꝝ ꝓm firma
mentũ libri tui: quibus etiã fideles benedicerẽ
tur ex materia corporali produxisti ⁊ deinde fi-
deliuz aiam vivaz per affectus ordinatos con
tinentie vigore formasti: atqꝫ inde tibi soli mẽ-
tẽ subditã ⁊ nullius autoritatis humane ad imi
tandũ indigentẽ renouasti ad imaginẽ ⁊ simili-
tudinẽ tuã prestantiqꝫ intellectui rationabilem
actionẽ tãqꝫ viro feminã subdidisti: omnibusqꝫ
tuis ministerijs ad perficiendos fideles in hac
vita necessarijs ab eisdez fidelibus ad vsus tẽ
porales fructuosa in futuꝝ opera preberi volui
sti. Hec omnia videmus ⁊ bona sunt valde. qm̃
tu ea vides in nobis: qui per spiritũ quo ea vi-
deremus ⁊ in eis te amaremus dedisti nobis.
Domine deus pacẽ da nobis. omnia. n. presti-
tisti nobis: pacẽ quietis: pacẽ sabbati: pacẽ sine
vespera. Ois quippe iste ordo pulcherrimus
reꝝ valde bonaꝝ modis suis peractis transi-
turus est ⁊ mane quippe in eis factum est ⁊ ve-
spera. Dies autẽ septimus sine vespera ẽ nec
habet occasuz: qꝛ sanctificasti eum ad perman-
sionez sempiternaz. vt id qd̃ tu post opera tua
bona valde quamuis ea quietus feceris: requie
uisti septimo die: hoc preloquaᷓ nobis vox li-
bri tui: quod ⁊ nos post opera nostra: ideo bo-
na valde: quia tu nobis ea donasti: sabbato vite
eterne requiescamus in te etiaz. Tunc enim sic
requiesces in nobis: quemadmodũ nunc opera
ris in nobis ⁊ ita erit illa requies tua per nos:
quẽadmodũ sunt ista opera tua per nos. Tu ãt
domine semper operaris ⁊ semper requiescis
nec vides ad tẽpus: nec operaris ad tempus:
nec moueris ad tẽpus: nec quiescis ad tempus
⁊ tamen facis ⁊ visiones temporales: ⁊ ipsa tẽ
pora: ⁊ quietem ex tempore. Nos itaqꝫ ista q̃
fecisti videmus qꝛ sunt. tu autẽ qꝛ vides ea sũt
Et nos foris videmus qꝛ sunt: ⁊ intus qꝛ bona
sunt: tu autem ibi vidisti facta: vbi vidisti faci
enda. Et nos alio tempore moti sumus ad bene
faciendum: posteaqꝫ concepit de spiritu tuo coꝛ
nostrũ. Priore aũt tẽpore ad malefaciẽdũ mo-
uebamur deserentes te: tu vero deus vne bone
nunqꝫ cessasti benefacere. Et sunt quedam bo-
na opera nostra ex munere quidem tuo: sed nõ
sempiterna. Post illa nos requieturos in tua
grandi sanctificatione speramus. Tu autez bo-
nũ nullo indigens bono semper quietus es: quo
niaz tũa quies tuipse es. Et hoc intelligere quis
hominum dabit homini: quis angelus angelo
quis angelus homini: A te petatur: in te que-
ratur: ad te pulsetur: sic sic accipietur: sic inueni
etur: sic aperietur. Amen.

Aurelij Augustini confessionum tertiusde-
cimus atqꝫ vltimus liber explicit.

Ex libro retractationũ beati Augustini.

LIbros de doctrina
christiana cuz imperfectos cõpe
rissez perficere malui: qꝫ eis sic
relictis ad alia retractãda transi
re. Compleui ergo tertiũ q scri-
ptus fuerat vsqꝫ ad eũ locũ vbi cõmemoratũ ẽ
ex euangelio testimoniũ de muliere que abscon
dit fermẽtũ in tribus mensuris farine donec fer
mentareᷓ totũ. Addidi etiã nouissimũ libꝝ: ⁊ in
quattuor libris opus illud cõpleui. Quoꝝ ꝑmi
tres adiuuant: vt scripture intelligaᷓ. Quar-
tus aũt quomodo que intelligimus proferenda
sint. In secundo sane libro de auctore libri quez
plures vocãt sapientiaz Salomonis: qꝫ etiam
ipsum sicut ecclesiasticum iesus filius sirach scri
psit: nõ ita cõstare vt a me dictũ est: postea didici
⁊ omnino probabilius cõperi nõ esse hunc eius
libri autorem. Ubi autẽ dixi. his quadraginta-
quatuor libris testamenti veteris terminatur
autoritas ex cõsuetudine qua iaz loquiᷓ eccle-
sia vetus testamẽtum appellaui. appostolus au
tez nõ videᷓ appellare vetus testamentũ nisi
qd̃ datũ est in monte syna. Et in eo qꝫ dixi de tẽ
porũ historia sanctũ Ambrosium soluisse questi
onem tanquã coetanei fuerint Plato ⁊ Hiere-
mias: me fefellit memoria. Nam quid ille epi
scopus de hac re senserit: in libro eius legitur
quem de sacramentis siue de philosophia scri-
psit. Hoc opus sic incipit. Sunt precepta q̃dã.

Aurelij Augustini doctoris in libros quatu
or de doctrina christiana. Prologus incipit.

SUnt precepta que
dam tractandaꝝ scripturarum
que studiosis eaꝝ video nõ incõ
mode posse tradi: vt non soluz
legendo alios: qui diuinaꝝ lit-
terarum operta aperuerunt: sed etiam ipsi spe
riendo proficiant. Hec tradere institui volenti
bus ⁊ valentibus discere: si deus ac domin⁹ no
ster ea que de hac re cogitanti solet suggerere:
etiã scribenti mihi non deneget. Quod anteqꝫ
exordiar videᷓ mihi respondendũ esse his qui
hec repꝛhẽsuri sunt: aut reprehensuri essent: si eos

non ante placaretthus. Quod si nonnulli etiam
post i ista reprehenderit saltē alios nō monebūt
nec ab utili studio ad imperitie pigritiam reuo
cabunt quos mouere possent nisi premunitos
preparatosq͡ʒ inuenirent. Quidā eniʒ reprehen
suri sunt hoc opus nostruʒ. cū ea que preceptu-
ri sumus nō intellexerint. Quidā vero cū intel
lectis vti noluerint: conatiq͡ʒ fuerint scripturas
diuinas ſm hec precepta tractare: neq͡ʒ value-
rint aperire atq͡ʒ explicare que cupiunt inaniter
me laborasse arbitrant̄. Et q2 ipsi non adiuua
buntur hoc opere nullū adiuuari posse censebūt
Tertiū genus est reprehensoꝝ qui diuinas scri
pturas: vel reuera bene tractant vel bene tra-
ctare sibi vident̄. Qui quoniā nullis huiusce-
modi obseruationibus lectis: quales nunc tra-
dere institui: facultatē exponendoꝝ sanctoꝝ li-
broꝝ se assecutos vel vident vel putant: nemi
ni esse ista precepta necessaria: sed potius totuʒ
quod de illaꝝ litterarum obscuritate laudabili
ter aperit̄ diuino munere fieri posse clamitabūt
Quibus omnibus breuiter respondens: illis q
hec que scribimus nō intelligunt. hoc dico: me
non ita esse reprehendendū: q2 hec nō intelli-
gunt tanq͡ʒ si lunā veterē ꝛ nouā sydus ve ali-
quod minime claꝝ vellent videre: qd̄ ego intē
to digito demonstrarē. illis aūt nec ad ipsuʒ digi
tum meū videndū sufficiens esset acies oculoꝝ
nō propterea mihi succensere deberent. Illi ve
ro qui etiā istis preceptis cognitis atq͡ʒ pceptis
ea que in diuinis libris obscura sunt intueri ne
quiuerint: arbitrent̄ se digitū quidē meū videre
posse. sydera vero quibus demonstrandis intē
ditur videre non posse. Et illi ergo ꝛ isti me re
prehendere desinant: ꝛ lumē oculoꝝ diuinitus
sibi prebere deprecent̄. Nō enim si possuʒ mē
bruʒ meū ad aliquid demonstranduʒ mouere:
possuʒ etiā oculos accēdere: quibus vel ipsa de-
monstratio mea vel etiā illud qd̄ volo demon-
strare cernat̄. Iā vero eoꝝ qui diuino munere
exultant: ꝛ sine talibus preceptis qualia nūc tra
dere institui: se sanctos libros intelligere atq͡ʒ
tractare glorient̄. ꝛ propterea superflua voluis
se me scribere existimāt: sic est leniēda cōmotio:
vt q̄uis dei magno munere iure letent̄: recor-
dent̄ se tn̄ per hoies didicisse vel litteras: nec
ꝓpterea sibi ab Antonio sancto ꝛ perfecto viro
egyptio monacho insultari debere: qui sine vl
la scientia litterarum scripturas diuinas ꝛ me-
moriter audiēdo tenuisse. ꝛ prudēter cogitando
intellexisse predicat̄: aut ab illo seruo barbaro
christiano de quo a grauissimis: fideq͡ʒ dignis-
simis viris nup accepim⁹: q lr̄as quoq͡ʒ ipas nl'
lo docēte hoie plenā noticiā orādo vt sibi reue-
larent̄ accepit triduanis pcib⁹ ipetrās: vt et co-
dicē oblatū stupētib⁹ q aderāt legēdo pcurreret
At si hec qsq͡ʒ falsa arbitret̄: nō ago pugnacit̄.
Certe enim qm̄ cum christianis nobis res est:
qui se scripturas sanctas sine duce hoie gaudēt
nosse: ꝛ si ita est: vero ꝛ non mediocri gaudent
bono: concedant necesse est vnūquenq͡ʒ nostrū
ꝛ in abeunte pueritia ꝯsuetudine audiendi lin
guam suam didicisse: ꝛ aliam aliquam vel gre-
cam vel hebream vel quanlibet ceterarū: aut
similiter audiendo: aut per hoiem preceptoreʒ
accepisse. Iā ergo si placet moneamus oēs fra
tres ne paruulos suos ista doceant: q2 momēto
vno, tēporis adueniente spūsancto repleti apli
omniū gentiuʒ linguis locuti sunt: aut cui talia
non prouenerint: nō se arbitret̄ esse christianū
aut spiritūsanctum accepisse se dubitet. Immo
vero ꝛ qd̄ per hominē discendum est sine sup-
bia discat: ꝛ per queʒ docet̄ alius sine inuidia
tradat qd̄ accepit. Neq͡ʒ tentemus eum cui cre
dimus: ne talibus inimici versucijs ꝛ puersita
te decepti: ad ipsum quoq͡ʒ euangelium audiē
dum atq͡ʒ discendum nolimus ire in ecclas: aut
codicem legere: a ut legentē predicantemq͡ʒ ho-
minem audire: ꝛ expectemus rapi vsq͡ʒ in ter-
tium celum: siue in corpore: siue extra corpus:
sicut dicit apl's: ꝛ ibi audire ineffabilia verba:
q̄ non licet homini loq: aut ibi videre dn̄ʒ iesuʒ
christū: ꝛ ab illo poti⁹ q̄ʒ ab hoibus audire euā
gelium. Caueamus tales tentationes supbissi
mas ꝛ piculosissimas: magisq͡ʒ cogitemus ꝛ ipʒ
aplm paulum: lʒ diuina ꝛ celesti voce ꝓstratuʒ
ꝛ instructum: ad hoiem tamen missum esse: vt
sacra percipiet ꝛ copularet̄ ecclesie: ꝛ centurio-
nem cornelium q̄uis exauditas orones eius
elemosynasq͡ʒ respectas ei angelus nūciauerit
petro tn̄ traditum imbuendū: per quem nō so-
lum sacra pciperet: sed etiaʒ qd credendū: quid
sperandū: qd diligendū esset audiret. Et pote-
rant vtiq͡ʒ oia per angelū fieri: sed abiecta esset
humana conditio si p hoies hominibus verbū
suum deus ministrare nolle videret̄. Quo eniʒ
verum esset qd̄ dictū est: templū. n. dei sanctū
est: qd̄ estis vos: si deus de humano tēplo rn̄sa
non redderet: ꝛ totū qd̄ discendū hoibus tradi
vellet: de celo atq͡ʒ p angelos ꝓsonaret? Deide
ipsa charitas q̄ sibi inuicem hoies nō vnitatis
astringit: non hēret aditū refundendoꝝ: ꝛ qua
si miscendoꝝ sibimet animoꝝ: si homines p
hoies nihil discerent. Et certe spadonē illuʒ q
esaiam ꝓphetam legens nō intelligebat: neq͡ʒ
apl's ad angelū misit: nec p angelum ei qd̄ non
intelligebat expositum: aut diuinitus in mente
sine hominis ministerio reuelatum est: se d po-
tius suggestiōe diuina missus est ad eū: seditq͡ʒ
cum eo philippus: q nouerat esaiam ꝓphetaʒ:

eiqꝫ humanis verbis ⁊ lingua qđ in scriptura il
la tectū erat aperuit. Nōne cū moyse deus lo
quebatur. Et tamē cōsiliū regendi atqꝫ admini
strandi tam magni populi a socero suo alienige
na .s. homine: ⁊ maxime prouidus: ⁊ minime su
perbus accepit. Nouerat .n. ille vir ex quacūqꝫ
anima verꝫ consiliū processisset: nō ei: sed illi q
est veritas incōmutabili deo tribuendum esse.
Postremo quisquis se nullis preceptis instru
ctū diuino munere quecūqꝫ in scripturis san
ctis obscura sunt intelligere gloriatur: bene qui
dez credit: ⁊ verꝫ est nō esse illā suā facultatem
quasi ex seipso existentē: sed diuino munere tra
ditam. Ita enim dei gloriā querit non suaz: sed
cum legit ⁊ nullo sibi hoīum exponēte intelligit
cur ipse alijs affectat exponere: ac nō potiꝰ eos
remittit deo. vt ipsi quoqꝫ nō per hoīem: sed il
lo intus docēte intelligāt? Sed videlicet timet
ne audiat a dn̄o. Serue nequā dares pecuniaz
meaz nūmularijs. Sicut ergo hi ea que intelli
gunt produnt ceteris vel loquēdo vel scribendo
ita ego quoqꝫ si nō solū ea que intelligant: sed ēt
intelligendo ea que obseruent prodidero culpa
ri ab eis profecto non debeo quanqꝫ nemo de
beat aliquid sic habere: quasi suum propriū: nisi
forte mendaciū. Nā omne verꝫ ab illo est q ait:
Ego sum veritas. Quid eniz habemus qđ non
accepimus? Qđ si accepimus quid gloriamur
quasi non accepimus. Qui legit audientibus lit
teras: vtiqꝫ quas agnoscit enunciat. Qui autē
ipsas litteras tradit: hoc agit vt alij quoqꝫ lege
re nouerint: vterqꝫ tamen hoc insinuat quod ac
cepit. Sic ecce qui ea que in scripturis intelligit
exponit audientibus tanqꝫ litteras quas agno
scit pronūciat lectoris officio. Qui aūt precipit
quomodo intelligendū sit: similis est tradenti
litteras: hoc est precipienti quō sit legendū: vt
quō ille qui legere nouit alio lectore nō indiget
cum codicē inuenerit a quo audiat quid ibi scri
ptū sit: sic iste qui precepta que conamur tradere
acceperit: cū in libris aliqđ obscuritatis īuenerit
quasdā regulas veluti litteras tenens intelle
ctorez aliū nō requirat: per quē sibi qđ opertuz
est detegat: sꝫ quibusdā vestigijs indagatis ad
occultū sensuz sine vllo errore ip̄e ꝑueniat aut
certe in obscuritatē praue sentētie nō incidat.
Quapropter quāqꝫ ⁊ in ipso opere satis appa
rere possit: huic officioso labori nostro nō recte
aliquē ꝯdicere. tn̄ si huiuscemodi ꝓemio qbusli
bet obsistētibꝰ ꝯueniēter vr̄ eē rn̄suz: huius vie
quā in hoc libro ingredi volumus: tale nobis
occurrit exordium.

Explicit prologus.

Incipit liber primus beati Augustini de do
ctrina christiana.

QUe sūt res qbus nititur
ois tractatio scri
pturaꝝ. Modus inuenien
di que intelligenda sunt: ⁊
modus ꝓferēdi q̄ intellecta
sunt. De inueniēdo priꝰ de
ꝓferēdo postea disseramus
Magnū onꝰ ⁊ arduum: ⁊ si
ad sustinēdū difficile: vereor ne ad suscipiēdū te
merariū. Ita sane si de nobis ipsis ꝑsumeremꝰ
Nūc vō cū in illo sit spes pagēdi hꝰ opis: a quo
nobis i cogitatōe multa de hac re iā tradita te
nemus: nō est metuēdū ne dare desinat cetera:
cū ea q̄ data sunt cepimꝰ ip̄edere. Ois .n. res q̄
dādo nō deficit dū hr̄ ⁊ nō dat: nōdū hr̄ quō ha
benda est. Ille .n. ait q hꝫ dabit ei. Dabit ḡ ha
bētibꝰ .i. cū benignitate vtētibꝰ eo qđ accepunt
adimplebit atqꝫ cumulabit qđ dedit. Illi qnqꝫ
⁊ illi septē erāt panes: anteqꝫ incipent dari esuri
entibꝰ. Qđ vbi fieri cepit: cophinos ⁊ sportas sa
tiatis tot hoīuz milibꝰ ip̄leuerūt. Sic ḡ ille pa
nis dū frāgeret accreuit: sic ea q̄ ad hꝰ opꝰ aggre
diēdū iā dn̄s ꝓbuit cū dispēsari cepint eo ip̄o sug
gerēte multiplicabunt: vt i ip̄o nr̄o misterio non
solū nullā patiamur inopiā: sꝫ de mirabili etiaz
abūdātia gaudeamꝰ. Ois doctria vel reꝝ ē vel
signoꝝ: sꝫ res ꝑ signa discunt. Proprie aūt nūc
res appellaui: q̄ nō ad significādū aliqđ adhibē
tur: sicuti ē lignū lapis pecus atqꝫ hmōi cetera:
sꝫ nō illud lignū qđ in aq̄s amaras moysen mi
sisse legimꝰ vt amaritudine carerēt: neqꝫ ille la
pis quē iacob sibi ad caput posuerat: neqꝫ illud
pecꝰ qđ ꝓ filio imolauit abraā. He nāqꝫ ita res
sūt vt aliaꝝ ēt signa sint reꝝ. Sūt aūt alia signa
quoꝝ ois vsus i significādo ē: sicuti sūt v̄ba. Ne
mo .n. vtit v̄bis nisi aliqđ significādi grā. Ex qꝰ
itelligit q̄ appellē signa: res eas vꝫ q̄ ad signifi
cādū aliqđ adhibent. Quāobrē oē signū ēt res
aliq̄ ē. Qđ .n. nulla res ē oīo nihil ē. Nō aūt ois
res ēt signū ē. Et iō i hac diuisiōe reꝝ atqꝫ sigꝝ
cū de rebꝰ loq̄mur ita loq̄mur: vt ēt si eaꝝ aliq̄
adhibi ad sigficādū pn̄t nō ip̄ediāt ꝑtitōez q̄ priꝰ
de rebꝰ postea de signis disserimꝰ mēoriterqꝫ te
neamꝰ. id nūc i rebꝰ ꝯsiderādū eē q̄ sūt nō q̄ ali
ud ēt p̄ter seip̄as significāt. Res ḡ alie sūt qbus
fruēdū ē: alie qbꝰ vtēdū: alie q̄ fruunt ⁊ vtunt.
Ille qbꝰ fruēdū ē: beatos nos faciūt. Istis qbus
vtēdū ē: tēdētes ad btitudinē adiuuamur: ⁊ q̄si
adminiculamur: vt ad illas q̄ nos btōs faciūt ꝑ
uenire atqꝫ his iherere possimꝰ. Nos vō q frui
mur ⁊ vtimur inter vtrasqꝫ cōstituti: si eis qui
bus vtendum est frui voluerimus impeditur
cursus noster ⁊ aliqn̄ etiā deflectit vt ab his re
bus qbꝰ fruēdū ē obtinēdis vel retardemur vl̄
etiam reuocemur: iferioꝝ amore ꝑpediti. Frui

enim est amore alicui rei inherere ꝓpter seipsam
Uti autẽ quod in vsuʒ venerit ad id quod amas
obtinẽdum referre: si tñ amãdum est. Nã vsus
illicitus abusus potius vel abusio noianda est.
Quomodo ergo si essemus peregrini: qui bea-
te viuere nisi in patria nõ possemus: eaqꝫ ꝑegri
natione vtiqꝫ miseri: ⁊ miseriam finire cupien-
tes in patriam redire vellemus: opꝰ esset vl' ter
restribus vel marinis vehiculis: quibꝰ vtẽduʒ
esset vt ad patriaʒ qua fruẽduʒ erat ꝑuenire va
leremus: ꝙ si amenitates itineris: ⁊ ipa gesta-
tio vehiculoꝝ nos delectaret: cõuersi ad fruẽdũ
his qbus vti debuimus: nollemus cito viam fi-
nire: ⁊ ꝑuersa suauitate implicati alienaremur a
patria: cuiꝰ suauitas faceret beatos. Sic in hu-
ius imortalitatis vita peregrinãtes a dño se re-
dire in pr̃iam volumus: vbi beati esse possumꝰ
vtẽdum est hoc mũdo nõ fruẽdum: vt inuisibi-
lia dei ꝑ ea que facta sunt intellecta cõspiciant:
hoc est vt de corporibꝰ temporalibusqꝫ rebꝰ eter
na: ⁊ spũalia capiamus: Res igit̃ quibꝰ fruẽduʒ
est pater ⁊ filius ⁊ spũssanctus est: eadẽqꝫ trini-
tas: vna quedam suma res cõmunisqꝫ omnibꝰ
fruẽtibus ea: si tamẽ res ⁊ nõ oium rerum cau-
sa sit. si tñ ⁊ causa. Nõ enim facile nomẽ quod
tante excellentie conueniat põt inueniri: nisi ꝙ
melius ita dr̃. Trinitas hec vnus deꝰ ex quo oia
per quem omnia: in quo omnia. Ita pater ⁊ fi-
lius ⁊ spiritussanctus: ⁊ singulus quisqꝫ horum
deꝰ: ⁊ simul oẽs vnꝰ deꝰ ⁊ singulus qsqꝫ hoꝝ ple
na suba ⁊ sil' oẽs vna suba. Pater nec filius est
nec spiritussanctus: filius nec pr̃ est nec spiritus-
sanctus est. spiritussanctus nec pater est nec fi-
lius: sed pater tñ pr̃: ⁊ filiꝰ tñ filiꝰ: ⁊ spũssanctꝰ
tãtum spiritussanctus. Eadem tribus eterni-
tas: eadem incõmutabilitas: eadem maiestas:
eadem potestas. In patre vnitas: in filio equa-
litas: in spiritusancto vnitatis equalitatisqꝫ cõ-
cordia. Et tria hec vnum omnia ꝓpter patrem
equalia omnia ꝓpter filium: cõnexa omnia ꝓ-
pter spũmsanctum. Diximus nẽ aliquid ⁊ so-
nuimus aliqd dignum deo: Immo vero me ni
hil aliud ꝙ dicere voluisse sentio. Si autem di-
xi nõ est hoc quod dicere volui: hoc vnde scio ni
si deus ineffabilis ẽ. quod autẽ a me dictum ẽ: si
ineffabilis esset dictum nõ esset. Ac ꝑ hoc nec i-
effabilis qdem dicendus est deus: qꝛ ⁊ hoc cuʒ
dr̃ aliquid dr̃. Et sic nescio que pugna verborũ
qm̃ si illud est ineffabile quod dici nõ põt: nõ ẽ
ineffabile quod vel ineffabile dici põt. Que pu-
gna verboꝝ silentio cauẽda potius: ꝙ voce pa-
canda est: Et tñ deus: cuʒ de illo nihil digne di
ci possit: admisit humane vocis obsequm: ⁊ ver
bis nostris in laude sua gaudere nos voluit. nã
inde est quod dr̃ deus. Nõ enim reuera in stre-
pitu istaꝝ duarum syllabaꝝ ipse cognoscit̃: sed
tamen omnes latine lingue socios: cum aures
eoꝝ sonus iste tetigerit: mouet ad cogitandam
excellẽtissimam quãdam imortalẽqꝫ naturaʒ.
Nam cum ille vnus cogitat̃ deorum deus: ab
his etiam ꝗ alios ⁊ suspicant̃: ⁊ vocant ⁊ colunt
deos siue in celo siue in terra: ita cogitat̃ vt ali-
quid quo nihil melius sit atqꝫ subtilius: illa co-
gitatio conet̃ attingere. Sane qm̃ diuersis bo-
nis mouent̃. partim eis que ad corporis sensuʒ
partim eis que ad animi intelligẽtiam ꝑtinẽt.
Illi qui dediti sunt corporis sensibus: aut ipm
celum aut quod in celo fulgẽtissimuʒ vidẽt: aut
ipm mũduʒ deũ deoꝝ esse arbitrant̃. At si extra
mũdum ire contẽdunt. aliqd lucidum imaginã
tur: idqꝫ vel infinituʒ vel ea forma que optima
videt̃ inani suspitione cõstitutum: aut humani
corporis figuram cogitãt: sic eam ceteris anpo-
nũt. Quod si vnum deum deoꝝ esse nõ putãt: ⁊
potiꝰ mltos aut inumerabiles equalis ordinis
deos: etiam eos tñ ꝓut cuiqꝫ aliqd corporis vi-
det̃ excellere ita figuratos aio tenẽt. Illi autẽ ꝗ ꝑ
itelligẽtiam ꝑgunt videre quod deꝰ est: oibꝰ euʒ
naturis visibilibꝰ ⁊ corꝑalibus: intelligibilibꝰ ve
ro: ⁊ spũalibus oibus mutabilibꝰ p̃ferunt. Oẽs
tñ ꝓ excellentia dei certatim dimicãt. Nec qs-
ꝙ inueniri põt ꝗ nõ hoc deum credat esse quo
meliꝰ aliquid nõ est. Itaqꝫ hoc oẽs deum cõsen
tiunt esse: quod ceteris rebꝰ oibus anponunt. Et
qm̃ oẽs qui de deo cogitãt: viuuʒ aliqd cogitãt
illi soli pñt nõ absurda ⁊ indigna existimare de
deo: ꝗ vitam ipam cogitant: ⁊ quecũqꝫ illis for-
ma occurrerit corporis: eam vita viuere vel non
viuere statuunt: ⁊ viuẽtem nõ viuenti anponũt
eãqꝫ ipam viuẽtem corporis formã quãtalibet
luce ꝑfulgeat: quãtalibet magnitudine p̃mineat
quãtalibet pulchrytudine ornet̃: aliud ipam eẽ
aliud vitam qua vegetat̃ intelligũt: eãqꝫ illi mo
li que ab illa vegetat̃: ⁊ animat̃ dignitate icom-
parabili p̃ferunt: Deinde ipam vitam ꝑgũt in-
spicere: ⁊ si eam sine sensu vegetantem inuene-
rint. qualis est arboꝝ: preponũt ei sentiẽtẽ qua-
lis est pecorum: ⁊ huic rursus intelligẽtem qua
lis est hoium. Quã cum adhuc mutabilem vi-
derint: etiam huic aliquam incõmutabilem co
gunt̃ p̃ponere: illam. s. vitaʒ q̃ nõ aliqñ desipit
aliqñ sapit. sed est potius ipa sapia. Sapiẽs eni
mens. i. adepta sapiam: anteꝙ adipisceret̃ non
erat sapiens. At vero ipa sapia nec fuit vnꝙ in
sipiens nec esse vnꝙ potest. Quam si nõ viderẽt
nullo modo plena fiducia vitam incõmutabili
ter sapiẽtem cõmutabili vite anteponerẽt. ipaʒ
quoqꝫ regulam veritatis qua illam clamãt esse
meliorem incõmutabilem vident. Nec vspiaʒ
nisi supra suam naturam vident: qñ quidem se

vident mutabiles. Nemo eniz ē taz impruden
ter insulsus qui dicat: vnde scis incōmutabilit
sapientē vitā cōmutabili esse preferendā? Idip
sum eniz qd interrogat vnde sciā omnibus ad
cōtēplandū cōiter atqȝ incōmutabiliter presto
est. Et hoc qui nō videt: ita est q̄si cecus in sole
cui nihil prodest ipsis locis oculoꝝ eius tā cla-
re ac presentis lucis fulgor infusus. Qui aūt vi
det ac refugit: cōsuetudine vmbraꝝ carnaliuz
invalidā aciē mētis gerit. Parnoꝝ igit moꝝ q̄
si cōtrarijs flatibus ab ipsa patria repercutiūt
hoīes posteriora atqȝ inferiora sectātes: q̄ȝ illud
qd esse melius atqȝ prestātius ꝯfitent. Quap-
pter cū illa veritate perfruēdū sit que incōmu-
tabiliter viuit: ꝛ in ea trinitas deus auctor ꝛ cō
ditor vniuersitatis rebus quas cōdidit ꝯsulat:
purgādus est aīus: vt perspicere illā lucē vale
at ꝛ inherere pfecte. Quā purgationē quasi am-
bulationē q̄ȝdā ꝛ quasi nauigationē ad patriam
esse arbitremur. Non. n. ad eū qui vbiqȝ p̄ns ē
locis mouemur: sed bono studio bonisqȝ mori-
bus. Qd nō possemus nisi ipsa sapiētia tāte ēt
nostre infirmitati congruere dignaret: ꝛ viuen
di nobis preberet exēplū nō aliter q̄ȝ in homie
qm̄ ꝛ nos hoīes sumus. Sȝ qꝛ nos cū ad illā ve
nimus sapienter facimus: ipsa cū ad nos venit
ab hominibus superbis quasi stulte fecisse pu-
tata est. Et qm̄ nos cū ad illā venimus cōuale-
scimus: ipsa cū ad nos venit quasi infirma existi
mata est. Sed qd stultū est dei sapientius est hoī-
bus: ꝛ qd infirmū est dei fortius est hoībus. Cū
ergo ipsa sit patria: viā se quoqȝ nobis fecit ad
patriā. Et cū sano ꝛ puro interiori oculo vbiqȝ
sit presens: eoꝝ qui oculū illū infirmū īmundūqȝ
hn̄t. oculis ēt carneis apparere dignata est. Qꝛ
eniz in sapia dei nō poterat mūdus per sapiām
cognoscere deū: placauit deo per stulticiā predi
cationis saluos facere credētes. nō igit per lo-
coꝝ spacia veniendo: sed in carne mortali mor
talibus apparēdo venisse ad nos dicit. Illuc. n.
venit vbi erat qꝛ ī hͦ mūdo erat: ꝛ mūdus p eū fa
ctus ē. Sȝ qm̄ cupiditate fruēdi p ipo creatore cre
atura: hoīes ꝯfigurari huic mūdo: ꝛ mūdi noīe ꝯ
gruētissime vocati: nō aūt cognouerūt. Propre
rea dixit euāgelista: Et mundus eū nō cognouit
Itaqȝ in sapiētia dei: nō poterat mūdus per sa-
pientiā cognoscere deū. Cur ergo venit cū hic
esset: nisi qꝛ placuit deo per stultitiā p̄dicationis
saluos facere credentes? Quo venit: nisi q̄ ver
buz caro factū est ꝛ habitauit in nobis. Sicuti
cū loquimur: vt id qd in aīo gerimus in audien
tes aīum per aures carneas illabat fit sonus ver
buz qd corde gestamus: ꝛ locutio vocat: nec tn̄
in eundē sonū cogitatio nr̄a ꝯuertit: sed apud se
manens integra: formā vocis qua se īsinuet au
ribus sine aliqua labe sine mutatōe assumit: ita
verbū dei nō cōmutatū caro tn̄ factū est vt ha-
bitaret in nobis. Sicut aūt curatio via est ad sa
nitatē: sic ista curatio peccatores sanādos refici
dosqȝ suscepit: ꝛ quēadmodū medici cū alligāt
vulnera: nō incōposite: sed apte id faciūt: vt vi
culi vtilitatē quedā pulchritudo ēt cōsequat: sic
medicina sapiētie p hoīs susceptionē nr̄is ē ac-
cōmodata vulneribus de quibusdā ꝯrijs curās
ꝛ de quibusdā similibus: sicut ēt ille q medetur
vulneri corporis adhibet quedā ꝯria: sicut fri-
gidū calido vel humidū sicco: vel qd aliud hu-
iusmodi. Adhibet ēt q̄dā similia sicut lintheolū
vel rotundo vulneri rotundū: vel oblongū oblō
go: ligaturāqȝ ipsaz nō eandē mēbris oībus: sed
similē similibus coaptat. sic sapiētia dei hoiem
curans seipam exhibuit ad sanādū: ipsa medicus
ipsa medicina. Quia ergo per supbiā hō lapsus
est: humilitatē adhibuit ad sanandū. Serpētis
sapiētia decepti sumus: dei stulticia liberamur
Quēadmodū illa sapia vocabat. erat aūt stulti-
cia ꝯtemnētibus deū: sic ista que vocat stulticia
sapiētia est vincētibus diabolū. nos īmortalita
te vsi sumus male vt moreremur: christus mor-
talitate bene vsus est vt vinceremus. Corrupto
aīo femine ingressus est morbus: ītegro corpo
re femine processit salus. Ad eadē cōtraria per
tinet: q̄ etiā exēplo virtutū eius vicia nostra cu
rant. Jam vero similia quasi ligamēta mēbris
ꝛ vulneribus nostris adhibita illa sunt: q̄ p fe-
minā deceptos: per feminā natus: homo hoīes
mortalis mortales: morte mortuos liberauit.
multa quoqȝ alia diligentius cōsiderātibus quos
instituti operis peragēdi necessitas nō rapit vel
a cōtrarijs vel a similibus medicine christiane
apparet instructio. Jā vero credita dn̄i a mor-
tuis resurrectio: ꝛ in celū ascēsio: magna spe ful-
cit fidē nr̄am. Multū. n. ondit q̄ȝ volūtarie pro
nobis aīam posuit qui sic eā habuit in ptāte re
sumere. Quāta ergo fiducia se spes credentium
cōsolat ꝯsiderans quātus quāta pro nondū cre
dentibus passus sit. Cū. n. iudex viuoꝝ atqȝ mor
tuoꝝ expectat a celo: magnū timorē incutit ne
gligentibus vt se ad indulgentiā cōuertāt: eūqȝ
magis bene agendo desiderent q̄ȝ male agēdo
formident. Quibus aūt verbis dici: aut qua co
gitatione capi pōt premiū qd ille in fine daturus
est quādo ad cōsolationē huius itineris tm̄ dedit
de spiritosancto: quo in aduersis vite huius fi-
duciā charitatēqȝ tantā eius quē nondū vide-
mus habeamus ꝛ dona vnicuiqȝ propria ad in
structionē ecclesie sue: vt id quod ostendit esse
faciendum non solum sine murmure: sed etiaz
cuz delectatione faciamus? Est enim ecclesia cor
pus eius: sicut apostolica doctrina cōmendat: q̄

etiā cōiunx eius dicit. Corpus ergo suū multis
mēbris diuersa officia gerētibus: nodo vnita
tis ⁊ caritatis tanq̄ꝫ sanitatis astringit. Exercet
aūt hoc tpe ⁊ purgat medicinalibus quibusdaꝫ
molestijs: vt erutaꝫ de hoc seculo in eternū sibi
copulet ꝯiugeꝫ ecclesiā nō hn̄teꝫ maculā neqꝫ ru
gaꝫ aut aliqd hmōi. Porro qm̄ in via sumꝰ nec
via ista locoꝝ ē sꝫ affectuū: quā itercludebāt q̄si
septa q̄dā spiosa: p̄teritoꝝ malicie petōꝝ. Quid
liberalius ⁊ misericordiꝰ facere potuit qui seip̄m
nobis quo rediremus substernere voluit: nisi vt
omnia donaret peccata conuersis: ⁊ grauiter fi-
xa interdicta reditus nostri pro nobis crucifixꝰ
euelleret. Has igitur claues dedit ecclesie sue
vt que solueret in terra soluta essent in celo: q̄ li
garet in terra ligata essent ⁊ i celo. s. vt quisqs
in eccl'ia eiꝰ dimitti sibi pctā nō credēt n̄ ei dimit
terēt qsqs āt credēt seqꝫ ab his correctꝰ auerterꝫ
in eiusdē eccl'ie gremio ꝯstitutus: eadē fide atqꝫ
correctione sanaret. Quisquis eniꝫ nō credit di
mitti sibi posse peccata: fit deterior desperando
quasi nihil illi melius q̄ꝫ malum esse remaneat:
vbi de fructu sue conuersionis infidus est: Jam
vero sicut animi quedam mors est. vite prioris
morumqꝫ reiectio: que fit penitendo: sic etiam
corporis mors est animationis pristine resolu-
tio. Et q̄uo animus post penitentiā qua priores
mores perditos interemit: reformat in meliꝰ.
sic etiaꝫ corpus post istā mortem quaꝫ vinculo
peccati omnes debemus: credendū ⁊ sperandū
est resurrectionis tempore in melius cōmutari
vt non caro ⁊ sanguis regnuꝫ dei possideat: qd̄
fieri non potest. sed corruptibile hoc induat icor
ruptionem: ⁊ mortale hoc induat immortalita-
tem: nullamqꝫ faciens molestiam. qꝛ nullaꝫ pa-
tietur indigentiam a beata perfectaqꝫ anima cū
summa quiete vegetetur. Cuius autem animꝰ
non moritur huic seculo. neqꝫ incipit configura-
ri veritati in grauiorē mortē morte corpis trahi
tur: neqꝫ ad commutationem celestis habitatio
nis: sed ad luēda supplicia reuiuiscet. Hoc itaqꝫ
fides habet: atqꝫ ita rem se habere credenduꝫ est
neqꝫ animum: neqꝫ corpus humanum omni-
no interitum pati: sed impios resurgere ad pe-
nas inextimabiles: pios autem ad vitam eter-
nam. In his igitur omnibus rebus ille tantum
sunt quibus fruendum est: quas eternales atqꝫ
incommutabiles commemorauimus. Ceteris
autem vtendum est: vt ad illam perfruitioneꝫ
peruenire possimus. nos itaqꝫ qui fruimur ⁊ vti
mur alijs rebus res alique sumus. Magna. n.
quedam res est. homo factus est ad imaginem
⁊ similitudinem dei: non inquantum mortali
corpore includitur: sed inquantuꝫ bestias ratio
nalis anime honore precellit. Itaqꝫ magna que
stio est vtrum frui se debeant homines an vti:
an vtrunqꝫ. Preceptum est enim nobis vt dili
gamus inuicem: sed queritur vtrum propter se
homo ab homine diligendus sit: an propter ali
ud. Si eniꝫ propter se fruimur eo: si propter ali
ud vtimur eo. Uidetur autem mihi per aliud
diligendus. Quod enim propter se diligenduꝫ
est in eo constituitur vita beata. Cuius etiam
si nondum res tamen spes eius nos hoc tempo
re consolatur. Maledictus autem qui spem su
am ponit in homine. Sed nec seip̄o quisq̄ꝫ frui
debet si liquido aduertas. quia nec seipsum de
bet propter seipsum diligere: sed propter illud
quo fruenduꝫ est. Tunc quippe est optimus hō
cū tota vita sua peragitur in incōmutabilē vitā
⁊ toto affectu inheret illi. Si autem se propter
se diligit: non se refert ad deum: sed ad seipsum
conuersus non ad incommutabile aliquod con
uertitur. Et propterea iam cum defectu aliquo
se fruitur: qꝛ melior est cū totus heret atqꝫ con-
stringitur incōmutabili bono: q̄ꝫ cum inde vel
ad seip̄m relaxatur. Si ergo teip̄m non propter
teip̄m debes diligere: sed propter illud vbi di-
lectionis tue rectissimus finis est: non succense
at alius homo si etiam ip̄m propter deum dili-
gis. Hec enim regula dilectionis diuinitus con
stituta est. Diliges inquit proximū tuum sicut
teip̄m. deū vero ex toto corde: ⁊ ex tota anima
⁊ ex tota mente vt omnes cogitationes tuas: ⁊
omnem vitaꝫ ⁊ oēm intellectū in illum ꝯferas
a quo habes eaip̄a que cōfers. Cū autē ait: toto
corde: tota anima: tota mente: nullam vite no-
stre partem reliquit que vacare debeat: ⁊ quasi
locū dare vt alia re velit frui: sed quicqd aliud
diligenduꝫ venerit in animum: illuc rapiatur:
quo totius dilectionis impetus currit. Quisqs
ergo recte proximum diligit. hoc cum eo debet
agere vt etiam ip̄e toto corde: tota anima: tota
mente diligat deum. Sic enim eum diligens
tanq̄ꝫ seip̄m totam dilectionem sui ⁊ illius re-
fert ad illam dilectionem dei: que nullum a se
riuulum duci extra patitur cuius deriuatione mi
nuatur. Non autem omnia quibus vtendū est
diligenda sunt. sed ea sola que aut nobiscum so
cietate quadaꝫ referuntur in deum. sicuti est ho
mo vel angelus. aut ad nos relata beneficio di
per nos indigent sicuti est corpus. nam vtique
martyres non dilexerunt scelus persequentiuꝫ
se: quo tamen vsi sunt ad promerendum deuꝫ.
Cum ergo quattuor sint diligenda. vnum quod
supra nos est: alterum quod nos sumus: tertiuꝫ
quod iuxta nos est: quartum quod infra nos est
De secundo ⁊ quarto nulla precepta danda erāt.
Quantumlibet enim homo excidat a veritate
manet illi dilectio sui: ⁊ dilectio corporis sui.

Nec corpꝰ nec aīꝰ interitū patiunt

Fugat enim animus ab incõmutabili lumine oīum regnatore. id agit vt ipe sibi regnet: ⁊ corpori suo. Et ideo nõ potest. nisi ⁊ se ⁊ corpꝰ suuꝫ diligere. Magnum aũt aliquid adeptum se putat: si etiam socijs. i. alijs hoībus dñari potuerit. Inest enim vitioso animo id magis appetere: ⁊ sibi tanq̃ debitum vendicare quod vni ꝓprie debet deo. Talis aũt sui dilectio meliꝰ odium vocat. Iniquum est enim: q: vult sibi seruire: ⁊ quod infra se est: cum ipe seruire superiori nolit: Rectissimeq̃ dictum ē. Qui aũt amat iniqtatem odit aiam suā: ⁊ iō fit infirmus aimus ⁊ de mortali corpore cruciat. Necesse est enim vt illud diligat: ⁊ eius corruptione pregrauet. Immortalitas enim ⁊ incorruptio corporis de sanitate animi existit. Sanitas aũt animi ē firmissime inherere potiori: hoc est incõmutabili deo. Cum vero etiam eis q sibi naturaliter pares sunt: hoc ē hoībus dñari affectat. intolerabilis omnino supbia ē. Nemo g̃ se odit. Et hinc qdem cuꝫ aliqua secta nõnulla questio fuit. Sꝫ neq̃ corpꝰ suum quisq̃ odit. Veruꝫ est. n. quod ait apostolus. Nemo vnq̃ carnē suaꝫ odio habuit. Et quod nõnulli dicunt malle se omnino esse sine corpore. oīno fallunt. Nõ enim corpꝰ suum: sed corruptiones eiꝰ ⁊ pondus oderũt: nõ itaq̃ nullum corpus: sed incorruptum ⁊ integerrimum corpus volunt hr̃e: Sed putãt nullum corpꝰ esse si tale fuerit: q: tale aliqd aiam eē putant. Quod aũt cõtinentia quãdaꝫ: ⁊ laboribus quasi psequi vident corpora sua: q hoc recte faciunt: nõ id agunt vt nõ hēant corpus: sed vt habeant subiugatũ: ⁊ paratum ad opa necessaria. Libidines. n. male vtentes corpore. i. cõsuetudines: ⁊ inclinationes aīe ad fruēdum inferioribus: p ipsius corporis laboriosam quãdam militiam extinguere affectãt: nam nõ se interimũt sed curam sue valitudinis gerunt. Quid autē puerse id agunt: q̃si naturaliter inimico suo corpori bellum ingerunt. In quo fallit eos quod legunt. Caro cõcupiscit aduersus spũm: ⁊ spũs aduersus carnem. Hec enim sibiinuicem aduersant. Dictum est. n. hoc ꝓpter indomitam carnalem cõsuetudinem: aduersus quam spũs cõcupiscit. nõ vt interimat corpus: sed vt cõcupiscentiam eius. i. cõsuetudinem male domitam faciat spũi subiugatam. quod naturaliter ordo desiderat. q: enim hoc erit post resurrectioneꝫ: vt corpus oīmodo cuꝫ quiete suma spiritui subditum imortaliter vigeat. hoc etiam in hac vita meditãdum est: vt cõsuetudo carnis mutet in melius: nec inordinatis motibus resistat spiritui. quod donec fiat caro concupiscit aduersus spũm: ⁊ spũs aduersus carnem. nõ p odium restente spũ. sed per principatum: q: magis quod diligit vult subditum esse meliori: nec p odium resistente carne: sed p cõsuetudinis vinculum: quod a parẽtum etiam ꝓgenie inueteratum nature lege inoleuit. Id ergo agit spũs in domãda carne: vt soluat male cõsuetudinis quasi pacta puersa: ⁊ fiat pax cõsuetudinis bone. Tamē nec isti qui falsa opinione deprauati: corpa sua detestant: parati essent vnum oculum vel sine sensu doloris amittere. etiam si in altero tantus cernendi sensus remaneret quãtus erat in duobus nisi aliqua res que ꝑponēda esset vrgeret. istis atq̃ huiusmodi documentis satis ostendit eis qui sine ptinacia veruꝫ requirũt: q̃ certa sit sententia apl'i vbi ait. nemo. n. vnq̃ carnem suam odio habuit. Addidit etiam: sed nutrit ⁊ fouet eam: sicut xp̃s eccl'iam. Modus ergo diligēdi precipiendus est homini. i. quomodo se diligat vt psit sibi. quin aũt si diligat: ⁊ pdesse sibi velit dubitare demētis est. Precipiēdum etiaꝫ quomodo corpus suum diligat: vt ei ordinate prudēterq̃ cõsulat: nam q diligat etiam corpꝰ suum. idq̃ saluum hr̃e atq̃ integruꝫ velit. eque manifestum est. Aliquid itaq̃ amplius diligere aliquis põt: q̃ salutem atq̃ integritateꝫ corporis sui. nam multi ⁊ dolores ⁊ amissiones nõnullorum mēbrorum voluntarias suscepisse inueniũt sed vt alia que amplius diligebãt saltem consequerent. nõ ergo ꝓpterea quisq̃ dicēdus est nõ diligere salutem atq̃ incolumitatem corporis sui. q: plus aliqd diligit. naꝫ ⁊ auarus quãuis pecuniam diligat: tamē emit sibi panem: quod cũ facit: dat pecuniam quã multum amat: ⁊ augere desiderat. Sed q: pluris estimat salutem corporis sui: que illo pane fulcit. supuacaneum ē diutius de re manifestissima disputare. quod tamē plerũq̃ nos facere cogit error impioruꝫ. Ergo qũ precepto nõ est opus vt se quisq̃ ⁊ corpꝰ suũ diligat. id est: qm̃ id quod sumus: ⁊ id quod infra nos tñ ē: ad nos ꝑtinet: incõcussa nature lege diligimus. q̃ in bestias etiã ꝓmulgata est. nã ⁊ bestie se atq̃ corpora sua diligunt. restabat vt ⁊ de illo quod supra nos est: ⁊ de illo quod iuxta nos est ꝑcepta sumeremus. Diliges inqt dñm deuꝫ tuum ex toto corde tuo: ⁊ ex tota aīa tua ⁊ mente tua: ⁊ diliges primum tuuꝫ tanq̃ teipm In his duobus ꝑceptis vniuersa lex pendet: ⁊ pphete. Finis itaq̃ ꝑcepti est dilectio: ⁊ ea gemina. idest dei ⁊ primi. quod si te totuꝫ intelligis idest aīam ⁊ corpus tuum: ⁊ primum totũ. idest aīam ⁊ corpꝰ eiꝰ. homo enim ex aīa constat ⁊ corpore. nullum reꝝ diligendaꝝ genus in his duobus preceptis ꝑtermissum est. Cum enim precurrat dilectio dei: eiusq̃ dilectionis modus ꝑscriptus appareat: ita vt cetera in illum ꝯfluãt de dilectione tua nihil dictum videt. Sed cum

dictū est diligēs proximū tuum tanq̃ teipsum
simul ⁊ tui abs te dilectio non pretermissa est.
Ille autē iuste ⁊ sancte viuit: qui rex itēger esti
mator est. Ipse est autē qui ordinatā dilectiōez
habet: ne aūt diligat quod non est diligendum
aut nō diligat quod est diligenduz: aut amplius
diligat quod minus est diligendū: aut eque di-
ligat quod vel minus vel amplius diligenduz
est: aut minus vel amplius eque diligendū est.
Omnis peccator inquantū peccator est: nō est
diligendus: ⁊ omnis homo inquātū homo ē di-
ligēdus ē propter deum. Deus vero propter se
ipsuz. Et si deus omni hoīe amplius diligēdus
est: amplius quisq̃ debet eū diligere q̃ seipsum
Item amplius alius homo diligēdus est q̃ cor
pus nostruz. q2 propter deū oīa ista diligenda
sunt: ⁊ potest nobiscuz alius homo deo perfrui:
qđ nō potest corpus. q2 corpus per aīam viuit:
qua perfruimur deo. Omnes autē hoīes eque
diligendi sunt. Sed cū omnibus prodesse non
possis: his potissimū cōsulēduz est. qui pro lo-
coꝝ vel temporū vel quarūlibet reꝝ opportuni
tatibus cōstrictius tibi quasi quadā sorte iūgunt
Sicut. n. si tibi abundaret aliquid qđ dari opor
teret ei qui nō haberet: nec duobus dari potuis
set: si tibi occurrerent duo: quoꝝ neuter alium
vel indigentia vel erga te aliqua necessitudine
superaret: nihil iustius faceres q̃ vt sorte elige-
res. cui dandū esset qđ dari vtriq̃ non posset.
Sic in hominibus quibus omnibus consulere
nequeas pro sorte habendū est pro vt quisq̃ ti-
bi colligatus tēporaliter adherere potuerit. Oi
um autē qui nobiscuz frui possunt deo: partim
eos diligamus quos ipsi adiuuamus: partim
eos a quibus adiuuamur: partim quoꝝ ⁊ indi-
gemus adiutorio ⁊ indigētie subuenimus: par
tim quibus nec ipsi cōferimus aliquid cōmodi:
nec ab eis vt nobis cōferat attendimus. Uel
le tamen debemus vt oēs diligant nobiscū deū
⁊ totum quod vel eos adiuuamus vel adiuua-
mur ab eis: ad vnum illuz finem referendū est.
Si. n. in theatris nequicie qui aliquē diligit hi
strionē: ⁊ tanq̃ magno vel etiam summo bono
eius arte perfruit: oēs diligit qui eū diligūt secū:
nō ꝓpter eos: sed ꝓpter eū quē pariter diligunt
⁊ quāto est in eius amore feruētior: tāto agit q-
bus pōt modis: vt a pluribus diligat: ⁊ tanto
pluribus cupit euz ostēdere: ⁊ quē frigidiorē vi-
det excitat in eū q̃tum pōt laudibus illius. Si
autē cōtrauenientē inuenerit: odit in illo vehe-
menter odiū dilecti sui: ⁊ quibus modis valet i
stat vt auferat. qđ nos in societate dilectionis
dei agere cōuenit: quo perfrui beate viuere est:
⁊ a quo habent oēs qui euz diligunt ⁊ qđ sunt: ⁊
qđ eū diligūt: de quo nihil metuimus ne cuiq̃

possit cognitus displicere: ⁊ qui se vult diligi: nō
vt sibi aliqđ: sed vt eis qui diligūt eternuz pre-
miū cōferatur. hoc est ipse quē diligunt. Hinc et
efficit vt inimicos etiā nostros diligamus: nō
eniz eos timemus: q2 nobis qđ diligimus aufer
re nō pñt. sed miseramur potius q2 tāto magis
nos oderunt quāto ab illo quē diligimus sepati
sunt. Ad quē si conuersi fuerint: ⁊ illū tanq̃ bea
tificū bonū: ⁊ nos tanq̃ socios tanti boni neces
se est vt diligant. Orit autē hoc loco de ange-
lis nōnulla questio. Illo eniz fruentes etiaz ipsi
beati sunt. quo ⁊ nos frui desideramus. Et quā
to in hac vita fruimur vel per speculum vel in
enigmate. tanto nostraz peregrinationē ⁊ tole-
rabilius sustinemus: ⁊ ardētius finire cupimꝯ.
Sed vtrū ad illa duo precepta etiā dilectio ꝑ-
tineat angeloꝝ: nō irrationabiliter queri potest
Nam quod nullū hominū excepit qui precepit
vt ꝓximuz diligamus: ⁊ ipse in euāgelio domi-
nus oñdit ⁊ Paulus apostolus. Nanq̃ ille cui
duo precepta protulerat: atq̃ in eis pēdere to-
taz legē: ꝓphetasq̃ dixerat cū interrogaret eum
dicēs: ⁊ quis est meus ꝓximus: hoiem quendaz
proposuit descendentē ab hierusalē in hierico i
cidisse in latrones: ⁊ ab eis grauiter vulneratuz
sauciū ⁊ semiuiuū esse relictū. Cui proximū esse
nō docuit: nisi q2 erga illū recreandū atq̃ curā-
duz misericors extitit: ita vt hoc qui interroga
uerat: interrogatus ipse fateret. Cui dñs ait.
Uade ⁊ tu fac similiter: vt vicz eū esse ꝓximūz
intelligamus: cui vel exhibēdū est officiū mise-
ricordie si indiget: vel exhibēdū esset si indige
ret. Ex quo est iā cōsequēs: vt etiā ille a quo no
bis hoc vicissim exhibēduz est ꝓximus sit noster
Proximi. n. nomen ad aliquid est: nec quisq̃ eē
proximus nisi ꝓximo pōt. Nullū aūt exceptum
esse cui misericordie deneget officiū: quis nō vi
deat: quādo vsq̃ ad inimicos etiaz porrectū est
dño dicēte: Diligite inimicos vr̄os: benefaci-
te his qui oderunt vos. Itaq̃ apostolus Pau-
lus docet cū dicit: Nā nō adulterabis: nō homi
cidiū facies: nō furaberis: nō cōcupisces: ⁊ si qđ
est aliud mādatū: in hoc sermone recapitulat:
diliges ꝓximuz tuū tanq̃ teipsuz. Dilectio pro
ximi malū nō operat. Quisqs ergo arbitrat nō
de omni hoīe apostolū ꝑcepisse: coget fateri qđ
absurdissimū ⁊ sceleratissimū est visū fuisse apo
stolo non esse peccatū: si quis aut nō christiani:
aut inimici adulterauerit vxorē: aut eū occide-
rit: aut eius rē cōcupierit. Quod si demētis est
dicere: manifestū est oēm hoiem ꝓximū eē de-
putandū: q2 erga neminē operādū est malū. Iā
vero si vel cui prebēdū est: vel a quo nobis pre
bendū est officiū misericordie: recte ꝓximus di
citur: manifestuz est hoc precepto quo iubemur

toiligere proximũ ecce sanctos angelos cõtineri
a quibus nobis tãta misericordie officia impẽ
duntur: quanta multis diuinaꝝ scripturaruz locis
animaduertere facile est]. [Ex quo ⁊ ipse deus ⁊
dominus noster proximũ se nostrũ dici voluit.
Nam ⁊ seipsuz significat dominus iesus christus
opitulatũ esse seminiuo iacẽti in via afflicto ⁊
relicto a latronibus. Et propheta in oratiõe ait
Sicut proximũ sicut fratrẽ nostrũ: ita cõplace-
bam. Sed quoniã excellẽtior ac supra naturam
nostrã est diuina substãtia: preceptũ quo diliga-
mus deũ a proximi dilectione distinctũ est. Ille
enim nobis prebet misericordiã propter suam
bonitatẽ: nos autẽ nobis inuicẽ propter illius
idest ille nobis miseretur vt se perfruamur: nos
vero inuicẽ nostri miseremur vt illo perfrua-
mur. Quapropter adhuc ambiguũ esse videtur.
cũ dicimus ea re nos perfrui quã diligimus ꝓ-
pter seipsaz ⁊ ea re nobis fruẽdum esse tãtũ qua
efficimur beati: ceteris vero vtẽdũ. Diligit. n.
nos deus: ⁊ multuz nobis dilectionẽ eius erga
nos diuina scriptura cõmendat. Quomodo er-
go diligit: vt nobis vtatur aut fruatur? Sed si
fruitur esset bono nostro: quod nemo sanus di-
xerit. Omne. n. bonũ nostrũ: vel ipse vel ab ipo
est. Cui autẽ obscurũ vel dubiũ est: nõ egere lu-
cez reruz harum nitore: quas ipsa illustrauerit?
Dicit etiã apertissime ꝑpheta. Dixi domino de
us meus es tu: quoniã bonoꝝ meoruz nõ eges
Non ergo fruitur nobis: sed vtitur. Nã si neq
fruitur neq vtitur: [non inuenio quemadmo-
dum diligat. Sed neq sic vtitur vt nos. Nã nos
res quibus vtimur ad id referimus:] vt dei bo
nitate perfruamur. Deus vero ad suã bonitatẽ
vsuz nostruz refert. Quia. n. bonus est: sumus
⁊ inquantũ sumus: boni sumus. Porro aũt quia
iustus est: nõ impune sumus mali. Inquãtũ enim
mali sumus: intãtum minus etiã sumus. Ille eniz
summe ac primitus est: qui omnino incõmuta-
bilis est: ⁊ qui plenissime dicere potuit: ego suz
qui sum: ⁊ dices eis qui est misit me ad vos. At
cetera que sunt: ⁊ nisi ab illo esse nõ possunt: ⁊
intantũ bona sunt: inquantũ acceperunt vt sint
Ille igitur vsus qui dicitur dei quo nobis vtitur
nõ ad eius: sz ad nr̃am volũtatẽ refertur: ad eius aũt
tm̃mõ bonitatẽ: Cuius ãt nos miseremur: ⁊ cui
cõsulimus: ad eius quidẽ vtilitatẽ id facimus:
eamq intuemur: sed nescio quomodo etiã no-
stra sit cõsequẽs: cuz eam misericordiã quaz im
pendimus egẽti sine mercede nõ relinquit deus.
Hec autẽ merces summa est: vt eo ꝑfruamur
⁊ omnes qui eo fruimur: nobis etiã inuicez in
ipso perfruamur. Nã si in nobis id facimus re
manemus in via: ⁊ spem beatitudinis nostre i
homine vel in angelo collocamus. Quod ⁊ ho

mo superbus ⁊ angelus superbus arrogant sibi
atq in se alioꝝ spem gaudẽt cõstitui. Sanctus
autẽ homo ⁊ sanctus angelus etiã fessos nos atq
in se requiescere ⁊ remanere cupiẽtes reficiunt
potius: aut eo sumptu quem propter nos: aut il
lo etiã quem propter se acceperũt: acceperũt ta
mẽ: atq ita refectos in illũ ire cõpellũt quo fru
entes pariter beati simus. Nã ⁊ apostolus cla-
mat: Nunquid paulus pro vobis crucifixus est
aut in noĩe pauli baptizati estis? Et neq qui plã-
tat est aliquid: neq qui rigat: sed qui incremen
tuz dat deus. Et angelus hominẽ se adorãtem
monet: vt potius illũ adoret: sub quo ei dño etiã
ipse cõseruus est. Cuz autẽ hoĩe in deo frueris:
deo potiusq hoĩe frueris. Ille eniz frueris quo ef
ficieris beatus ⁊ ad eũ te ꝑuenisse letaberis: in
quo spẽ ponis vt venias. Inde ad philemonẽ
paulus. Ita frater inquit ego te fruar in domino
Quod si nõ addidisset in dño: ⁊ te fruar tãtũ di
xisset in eo cõstituisset spẽ beatitudinis sue: quanq
⁊ vicissitudine dicitur frui cũ delectatione vti. Cũ
eniz adest: quod diligitur: etiã delectationẽ secũ neces
se est gerat. Per quã si transieris: eamq ad il-
lud vbi permanẽdum est retuleris: vteris ea: ⁊
abusiue nõ proprie diceris frui. Si vero inhese
ris atq permãseris: finẽ in ea ponẽs leticie tue
tunc vere ⁊ proprie frui dicẽdus est. Quod non
faciẽdũ est: nisi in illa trinitate. i. summo ⁊ incõ-
mutabili bono. Uide quẽadmoduz cum ipsa ve
ritas ⁊ verbuz per quod facta sunt omnia: caro
factũ esset vt habitaret ĩ nobis: tamẽ ait aposto
lus: Et si noueramus christũ sm carnẽ: sed iam
nõ nouimus. Ille quippe qui nõ solũ peruenie-
tibus possessionẽ: sed etiã viam prebere se vo-
luit veniẽtibus ad se principiũ viaꝝ voluit car
nez assumere: vnde est etiã illud. Dominus cre
auit me in principio viarum suaꝝ: vt inde inci-
perent qui vellent venire. Apostolus igitur quã
uis adhuc ambularet in via: ⁊ ad palmã super-
ne vocatiõis sequeretur vocãtẽ dñm: tamen ea q
retro sunt obliuiscẽs: ⁊ in ea que ante sunt extẽ
tus: iam principiũ viaruz transierat: hoc est: eo
nõ indigebat: a quo tñ aggrediẽduz ⁊ exordien-
dum iter est omnibus qui ad veritatẽ perueni-
tum da illi. Hic nullo dubitãte beneficentiam
precipit. Sed quod sequit. hoc enim faciens
carbones ignis cõgeres super caput eius. mali
uolentie facinus putas iuberi: ne igitur dubita
ueris figurate dictum: ⁊ cuꝫ possit dupliciter in
terpretari: vno modo ad nocendum. altero ad
prestandũ. ad beneficẽtiã te potius charitas re
uocet. vt intelligas carbones ignis esse vren-
tes penitentie gemitus. quib⁹ superbia sanatur, ei⁹ q
dolet se inimicũ fuisse hominis a quo ei⁹ mise-
rie subuenitur. Item cũ ait dominus: qui amat
animã suam perdet eam. nõ vtilitatem vetare
putandus est. qua debet quisqꝫ cõseruare a iam

suam: sed figurate dictum perdat animaꝫ. idest
perimat atqꝫ amittat vsum eius quẽ nũc habet
peruersum scilicet atqꝫ preposterum quo incli
natur temporalibus vt eterna nõ querat. Scri
ptuꝫ est: da misericordiam: ⁊ ne suscipias pec-
catorem. Posterior pars sentẽtie huius videt
vetare beneficentiam. Ait enĩ. ne suscipias pec
catorem. Intelligas enim figurate positum pro
peccato peccatorẽ: vt peccatum eius nõ suscipi
as. Sepe auteꝫ accidit vt quisquis in meliori
gradu spiritualis vite vel est vel esse se putat
figurate dicta esse arbitretur. que inferioribus
gradibus precipiuntur. Ut verbi gratia. Si ce
libẽ amplexus est vitam ⁊ se castrauit ꝓpter re-
gnum celorum. quicquid de vxore diligenda ⁊
regenda sancti libri precipiunt: nõ proprie sed
translate accipi oportere cõtendat. Et quisqꝫ
statuit seruare innũptam virginem suã. tanqꝫ
figuratam locutionẽ conetur interpretari: qua
dictum est. Trade filiam ⁊ grande opus per-
feceris. Erit igitur etiam hoc in obseruationi-
bus intelligendarũ scripturarum. vt sciamus
alia omnibus cõmuniter precipi: alia singulis
quibusqꝫ generibus ꝑsonarum. vt nõ soluꝫ ad
vniuersum statũ valitudinis: sed etiã ad suam
cuiusqꝫ membri ꝓpriam infirmitatẽ medicina
ꝑtineat. In suo quippe genere curandũ est: qđ ad
melius genus nõ potest erigi. Item cauendum
est ne forte qđ in scripturis veteribus ꝓ illorum
temporum cõditione etiã si nõ figurate sed ꝓprie
intelligatur. nõ est flagitiuꝫ neqꝫ facinus: ad ista
etiam tempora quis putet in vsum vite: posse
transferri: qꝫ nisi dñante cupiditate ⁊ ipsarum quo
qꝫ scripturarũ quib⁹ euertenda est satellicium q̃re
te nõ faciet. nec intelliget miser ad hanc vtili-
tatem illa sic esse posita vt spei bene homines
salubriter videant. ⁊ ꝯsuetudinẽ quam aspernã-
tur posse habere vsum bonũ: ⁊ eã quã amplexã
tur esse posse dãnabilem: si ⁊ ibi charitas vtẽtiũ
⁊ hic cupiditas attendat: nã si multis vxorib⁹
caste vti quisqꝫ ꝓ tempore potuit: potest alius
vna libidinose. Magis enĩ ꝓbo multarũ fecũ
ditate vtentẽ ꝓpter aliud. qꝫ vnius carne fruẽ
te propter ipsam. Ibi enim queritur vtilitas
temporum opportunitatibus cõgrua. hic sati
atur cupiditas temporalibus voluntatibus im
plicata. Inferiorisqꝫ gradus ad deum sunt qui
bus secundũ veniã ꝯcedit apostolus carnalem
cũ singulis cõiugibus cõsuetudinẽ ꝓpter intẽ-
perãtiam eorũ. quã illi qui plures singuli cum
haberent. Sicut sapiens in cibo ⁊ potu nõ nisi
salutem corporis: sic in concubitu non nisi pro
creationem filiorum intuebantur. Itaqꝫ si eos
in hac vita inuenisset domini aduentus cum
iam non immittendi sed colligendi lapides

esset tempus. statim seipsos castrarent pro-
pter regnum celorum. Non enim est in caren-
do difficultas: nisi cum est in habendo cupidi-
tas. Nouerant quippe illi homines etiaȝ in ip
sis coniugibus luxuriam esse abutēdi intempe-
rantiam: quod tobie testatur oratio: quando ē
copulatus uxori. Ait enim. Benedictus es do
mine deus patrum nostrorum: ⁊ benedictum
nomen tuum in omnia secula seculorum: Be-
nedicant te celi ⁊ omnis creatura tua. Tu feci
sti Adam ⁊ dedisti illi adiutorium euam. Et
nunc domine tu scis quoniam non luxurie cau-
sa accipio sororem meam: sed ipsa varitate vt
miserearis nostri domine. Sed qui effrenata
libidine vel per multa supra diffluentes eua-
gantur: vel in ipsa vna coniuge non solum ex-
cedunt ad liberorum procreationem pertinen-
tem modum: sed etiam inhumaniores intempe
rantie sordes inuerecunda omnino licentia ser
uilis cuiusdam libertatis accumulant. non cre
dunt fieri potuisse: vt temperanter multis femi
nis antiqui vterētur viri: nihil seruantes in vsu
illo nisi congruū tempori propagande prolis of
ficium: ⁊ qđ ipsi laqueis libidinis obstricti vel
in vna non faciunt: nullo modo in multis fieri
posse arbitrantur. Sȝ isti possunt dicere ne ho-
norari quidem atqȝ laudari oportere viros bo
nos ⁊ sanctos: q: ipsi cum honorantur atqȝ lau
dantur intumescunt superbia: tanto auidiores
inanissime glorie: quāto eos frequentius atqȝ
latius lingua blandior ventilauerit. qua ita le-
ues fiūt: vt eos rumoris aura: siue que prospe-
ra: siue que aduersa existimatur: in qualibet in-
uehant voragines flagitiorum: aut in facinoꝝ
etiam saxa collidat. Videant ergo ꝙ sibi ardu
um sit atqȝ difficile: nec laudis esca illici nec cō
tumeliarum aculeis penetrari: ⁊ non ex se alios
mentiantur. Credant potius apostolos nostros
nec cum susciperentur ab hominibus inflatos
fuisse: nec cum despicerentur elisos. Neutra
quippe tentatio defuit illis viris. Nam ⁊ cre-
dentium celebrabantur preconio: ⁊ persequen-
tium maledictis infamabātur. Sicut ergo isti
pro tempore vtebantur his omnibus ⁊ nō cor
rumpebantur: sic veteres illi vsum feminaruȝ
ad sui temporis conuenientiam referentes nō
patiebantur eam dominationem libidinis: cui
seruiunt qui ista nō credūt. Et ideo isti sese nul
lo modo cohiberent ab inexpiabili filiorum o-
dio a quibus vel vxores vel concubinas suas
attaminatas aut attractatas esse cognoscerēt:
si eis forte tale aliquid accidissȝ. Rex aūt dauid
cum hoc ab impio atqȝ immani filio passus es-
set: non solum ferocientem tolerauit: sed etiam
planxit extinctum. Non enim carnali zelo irre
titus tenebatur: quē nullo modo iniurie sue: sed
peccata filij ꝯmouebant. Nā ideo si vinceretur
eū occidi ꝓhibuerat vt edomito seruaret̄ peni
tēdi locꝰ. Et q: nō potuit: nō orbitatē doluit in
eiꝰ interitu: sȝ q: nouerat in quas penas tā impij
adultera ⁊ parricidialis aīa rapetur. Nāqȝ alio
prius filio q innocēs erat ꝓ quo egrotante affli
gebatur moriente letatꝰ ē. Ex hoc maxime ap
paret q̃ moderatiōe ac tēperātia illi viri femīs
vtebant̄: qꝛ cū in vnā illicite irruisset rex idem
estu quodā etatis ⁊ teporaliū reꝝ ꝓsperitatibꝰ
arreptꝰ. cuiꝰ etiā maritū occidēdū p̄cepat: accu
satꝰ ē per ꝓphetā. Qui cū ad eū venissȝ cōuincē
dū de peccato ꝓposuit ei siītudinē de paupe q
habebat ouē vnaȝ: cuiꝰ vicinus cū hr̄et multas
ad aduentū hospitis sui vnicā potiꝰ vicini pau
peris ouiculā exhibuit epulandā. In quē cōmo
tus dauid occidi eū iussit: ⁊ quadruplicari ouem
paupi: vt se nesciēs ꝯdēnaret q peccauerat sciēs
Qđ cū ei manifestatū essȝ: ⁊ diuinitus denūcia-
ta vindicta diluit penitēdo peccatū. Sȝ tamē
in hac similitudie stupꝝ tantūmodo designatū
est de oue vicini paupis. De marito aūt mulie
ris iterēpto hoc ē de ipso paupe q vnā ouē ha-
bebat occiso: nō est ꝑ siītudinē iterrogatus da
uid: vt ī solo adulterio disceret sniaȝ dānatiōis
sue. Ex quo intelligit̄ quāta tēperantia multas
mulieres habuerit: qñ de vna in qua excessit
modū a seipso puniri coactus ē. Sȝ ī isto viro
īmoderate huiꝰ libidinis nō ꝑmāsio sȝ transitꝰ
fuit. Propterea ergo ab arguēte etiaȝ ꝓpheta
ille illicitꝰ appetitus hospes vocatus est. Non
enim dixit eum regi suo sed hospiti suo: vicini
pauperis ouem ad epulandum exhibuisse. At
vero in eius filium Salomonem non quasi ho
spes transitorium habuit: sed regnum ista libido
possedit. De quo scriptura non tacuit: culpans
eum fuisse amatoreȝ mulierum. Cuius tamē
initia desiderio sapientie flagrauerant. Quam
cum amore spirituali adeptus esset amore car
nali amisit. Ergo quāquaȝ omnia vel pene oīa
que in veteris testamenti libris gesta cōtinen
tur: non soluȝ proprie: sed etiam figurate acci-
pienda sint: tamē etiā illa que proprie lector ac-
ceperit: si laudati sunt illi qui ea fecerūt: sȝ tamē
ea abhorrēt a ꝯsuetudie bonoꝝ qui post aduen
tum domini diuina precepta custodiunt: figu-
ram ad intelligentiam referat: factum vero ip
sum ad mores non transferat. Multa eniȝ sūt
que illo tempore officiose facta sunt: que mo-
do nisi libidinose fieri non possunt. Si qua ve
ro peccata magnorum virorum legerit: taȝ ⁊ si
aliquam in eis figurā rerum futuraꝝ aīaduer
uertere atqȝ indagare potuerit: rei tamen geste
proprietatem ad hunc vsum assumat: vt se ne

quaqȝ recte suis factis iactare audeat ⁊ pre sua
iustitia ceteros tanqȝ peccatores cōtemnat: cuȝ
videat tantorum virorum ⁊ cauēdas tempesta
tes ⁊ flenda naufragia Ad hoc eniȝ etiaȝ pecca
ta illorum hominum scripta sunt. vt apostolica
illa sententia vbiqȝ tremenda sit qua ait. Qua
propter qui videt stare videat ne cadat Nulla
enim ferre pagina est sanctoꝝ librorꝝ in qua nō
sonet quod deus superbis resistit: humilib⁹ aūt
dat gratiam. Maxime itaqȝ inuestigandum est
vtrum propria sit an figurata locutio quā itelli
gere cōamur. nā cōpto ꝙ figurata sit adhibitis
regulis reꝝ quas i primo libro digessim⁹: facile
est eam versare omnibus modis: donec perue-
niamus ad sententiā veritatis: presertim cum
vsus accesserit pietatis exercitatione roborat⁹
Inuenimus aūt vtrum propria sit an figurata lo
cutio illa intuentes que supradicta sunt Quod
cum apparuerit verba quib⁹ cōtinet aut a simi
libus rebus ducta inuenient: aut ab aliqua vi
cinitate attingentib⁹. Sed quoniā multis mo
dis res similes rebus apparēt: nō putemus es
se prescriptum: vt qd in aliquo loco res aliqua
per similitudineȝ significauerit: hoc eam super
significare credamus. nam ⁊ in vituperatione
fermētum posuit dominus cū diceret: cauete a
fermēto phariseoꝝ: ⁊ in laude cū diceret. Simi
le est reguum celoꝝ mulieri que abscondit fer
mentum in tribus mēsuris farine donec fermē
taretur totum. Huius igitur varietatis obser
uatio duas habet formas. Sic eī aliud atqȝ ali
ud res queqȝ significant: vt aut cōtraria ait tan
tūmodo diuersa significēt: Contraria. s. cū alias
in bono alias in malo res eadem per similitudi
nes ponitur: sicut hoc est qd de fermento supra
diximus. Tale est etiam qd leo significat chri-
stuȝ vbi dicitur. Vicit leo de tribu iuda. Signi
ficat ⁊ dyabolum vbi scriptum est. Aduersari⁹
vester dyabolus tanqȝ leo rugiēs ciruit q̄rens
queȝ deuoret. Ita serpens in bono est: astuti vt
serpentes In malo autē serpens euam deduxit
astutia sua. In bono panis. Ego sum panis vi-
uus qui de celo descēdi. In malo panis Panes
occultos libenter edite. Sic ⁊ alia plurima Et
hec quidem que cōmemoraui minime dubiaȝ
significationeȝ gerunt qꝛ exempli gratia cōme
morari nō nisi manifestissima debuerunt. Sūt
aūt que incertum sit in quā partem accipi debe
ant: sicut calix in manu domini vini meri plen⁹
mixto. Incertum est enim vtrū iram dei signifi
cet nō vsqȝ ad nouissimā penā id est vsqȝ ad fe
cem: an potius scripturaꝝ gratiam a iudeis ad
gentes trāseuntem qꝛ inclinauit ex hoc in hoc
remanentib⁹ apud iudeos obseruationib⁹ quas
carnaliter sapiunt: qꝛ fex eius nō est exinanita

Cum vero res eadem non in cōtraria: sed tan
tum in diuersa significatione ponit: illud est in
exemplo qd aqua ⁊ populum significat: sicut in
apocalipsi legimus: ⁊ spūm sanctum: sicut ⁊ illud
flumina aque viue fluēt de ventre eius: ⁊ si qd
aliud atqȝ aliud pro locis in quib⁹ ponit aqua si
gnificare intelligit. Sic ⁊ alie res nō singule sȝ
vnaqueqȝ earū nō solū duo aliqua diuersa: sed
etiam nōnunqȝ multa significat pro loco sentē
tie sicut posita reperit. Ubi aūt apertius ponū
tur: ibi discendū est quomodo in locis intelligā
tur obscuris. Neqȝ eni melius potest intelligi ꝙ
deo dictū est. apprehende ar ma ⁊ scutū: ⁊ exur
ge in adiutoriuȝ mihi: quā ex illo loco vbi legit
Domine vt scuto bone volūtatis tue coronasti
nos. nec tamē ita vt iam vbicūqȝ scutū pro ali-
quo munimento legerimus positū nō accipia-
mus nisi bonam volūtatem dei. Dictū est eniȝ
Et scutuȝ fidei in quo possitis inqt omnes sa-
gittas maligni ignitas extinguere. nec rursum
ideo debemus in armis huiuscemodi spūalib⁹
scuto tātūmodo fidem tribuere: cū alio loco etiā
lorica dicta sit fidei. Induti inqt loricam fidei ⁊
charitatis. Quando aūt ex eisden scripture ver
bis nō vnū aliqd: sed duo vel plura sentiuntur
etiam si latet quid senserit ille qui scripserit: ni
hil perculi ē: si quodlibet eoꝝ cōgruere veritati
ex alijs locis sanctarū scripturarū doceri potest
id tamē eo conante qui diuina scrutatur eloquia
vt ad volūtatē perueniat autoris: per quē scripturā
illā sanctus operatus ē spūs: siue hoc asequat: si-
ue aliam sentētiam de illis verbis q̄ fidei recte
nō refregat ex culpa testimoniū habens a quo
cūqȝ alio loco diuinoꝝ eloquioruȝ. Ille quippe
auctor in eisdem verbis que intelligere volu-
mus ⁊ ipsaȝ sententiā forsitā vidit. ⁊ certe dei
spūs qui per eū hec operat⁹ est etiā ipsaȝ occursurā
lectori vel auditori sine dubitatiōe puidit: imo
vt occurreret qꝛ ⁊ ipsa est veritate subnixa pui-
dit. nā qd in diuinis eloquijs largi⁹ ⁊ vberius
potuit diuinit⁹ prouideri. qȝ vt eadē verba pluri
bus intelligant modis: quos alia nō min⁹ diui
na ꝯtestātia faciāt approbari: Ubi aūt talis sē-
sus eruit cui⁹ icertū certis sctāꝝ scripturaꝝ testi
monijs nō possit apiri restat vt reddita ratiōe
manifest⁹ appareat: etiā si ille cui⁹ v̄ba intelligere
q̄rem⁹ cū forte nō sensit. Sȝ hec cōsuetudo pi-
losa est. Per scripturas eni diuinas mlto tuti⁹
ābulat: q̄s v̄bis trāslatis occupatas cū scrutari
voulmus: vt aut hoc inde exeat qd nō habeat
cōtrouersiā. aut si habet ex eadē scriptura vbi-
cūqȝ iuētis atqȝ adhibitis ei⁹ testib⁹ terminet
Sciāt aūt lrati modis omnib⁹ locutiōis quos
grāmatici greco noīe tropos vocāt: autores no
stros vsos fuisse: ⁊ multiplicati⁹ atqȝ copiosiua

q̃ possunt existimare: vel credere qui nesciunt eos ⁊ in alijs ista didicerunt. Quos tamen tropos qui nouerunt agnoscunt in litteris sanctis: eorumq; sciẽtia ad intelligendas aliquãtulum adiuuantur. Sed hic eos ignaris tradere nõ decet: ne artem grammaticaz docere videamur. Extra sane vt discantur admoneo: q̃uis superius id iam admonuerim: idest in secundo libro vbi de linguarum necessaria cognitione disserui. Nam littere a quibus ipsa grãmatica nomen accepit: grãmata enim greci litteras vocant: signa vtiq; sonoꝝ sunt ad articulatam vocem qua loquimur pertinẽtium. Istorum autez troporum nõ solum exempla sicut omnium: sed quorundaz etiam nomina in diuinis libris leguntur: sicut allegoria enigma parabola. Quãuis hi tropi omnes qui liberali dicuntur arte cognosci etiam in eorum reperiãtur loquellis qui nullos grammaticos audierũt: ⁊ eo quo vtitur: vulgus sermone cõtenti sunt. Quis enim nõ dicit sic floreas? Qui tropus metaphora vocatur Quis nõ dicit piscinam etiam que nõ habet pisces: ⁊ tamen a piscibus nomẽ accepit? qui tropus cathacresis dicitur. Longum est isto modo ceteros persequi. Nam vsq; ad illos peruenit vulgi locutio. Qui propterea mirabiliores sunt q: contra quam dicitur significant: sicuti est que appellatur ironia vel antifrasis. Sed ironia pronũtiatione idicat quid velit intelligi: vt cũ dicimus homini mala faciẽti: res bonas facis. Antifrasis vero vt cõtraria significet nõ voce pronunciãtis efficitur: sed aut verba haber sua quoꝝ origo ꝯtraria est: sicut appellatur lucus q̃ minime luceat: aut cõsueuit aliquid dici ita quãuis dicatur etiã nõ econtrario: veluti cũ querimus accipere quod ibi nõ est: ⁊ respondetur nobis abundat: aut adiunctis verbis facimus: vt ecõtrario intelligatur quid loquimur: veluti si dicamus: caue illuz: q: bonus homo est. Et qs talia non dicit indoctus: nec omnino sciens qui sint vel quid vocentur hi tropi? Quorũ cognitio propterea scripturaꝝ ambiguitatibus dissoluẽdis est necessaria: q: cũ sensus ad proprietatem verboruz si accipiaf absurdus est: querendũ est vtiq; ne forte illo vel illo tropo dictum sit: quod nõ intelligimus: ⁊ sic pleraq; inuẽta sunt que latebant. Thiconius quidam qui cõtra donatistas inuectissime scripsit cum fuerit donatista: ⁊ illic fuerit absurdissimi cordis: vbi eos nõ omni ex parte relinquere voluit: fecit libꝝ quẽ regularum vocauit: q: in eo quasdam septez regulas executus est: quibus quasi clauibus diuinarum scripturarum aperirẽtur occulta. Quaꝝ primã ponit de dño ⁊ eius corpore. Secundaz de dñi corpore bipartito. Tertiam de promissis ⁊ lege. quartam de specie ⁊ genere. quintaz de temporibus Sextam de recapitulatõe. Septimam de diabolo ⁊ eius corpore. que quidez cõsiderata sicut ab illo aperiuntur nõ parum ad iuuant ad penetrãda que tecta sunt diuinoꝝ eloquioruz. nec tamen omnia que ita scripta sunt: vt nõ facile intelligantur: possunt his regulis inueniri. Sz alijs modis plurimis quos hoc numero septenario vsq; adeo nõ est iste complexus: vt idem ipse multa exponat obscura: in q̃bus harum regulaꝝ adhibet nullam: quoniam nec opus est. neq; enim aliquid illic tale versaf aut queritur: sicut in apocalipsi iohannis querit quemadmodum intelligendi sunt angeli ecclesiarum septem quibus scribere iubetur: ⁊ ratiocinatur multipliciter: ⁊ ad hoc peruenit vt ipsos angelos intelligamus ecclesias. In qua copiosissima disputatione nihil istarum est regularum: ⁊ vtiq; res illic obscurissima queritur: quid exẽpli gratia satis dictum sit. nam colligere omnia nimis longum ⁊ nimis operosum est: que ita obscura sunt in scripturis canonicis: vt nihil istaꝝ septem ibi requirẽdum sit. Iste autem cum has velut regulas cõmendaret: tantum eis tribuit quasi omnia: que in lege idest in diuinis libris obscure posita inueniremus: his bene cognitis atq; adhibitis intelligere valeamus. Ita quippe exorsus est eundem librum cuz diceret. necessarium duxi ante omnia que mihi videntur libellum regulaꝝ scribere: ⁊ secretorum legis veluti claues ⁊ luminaria fabricare. Sunt enim quedam regule mystice que vniuerse legis recessus obtinẽt: ⁊ veritatis thesauros aliquibus inuisibiles faciũt. quarum si ratio regularum sine inuidia vt communicamus accepta fuerit: clausaq; patefient: ⁊ obscura dilucidabũtur: vt quisq; prophetie immensam siluam perambulans his regulis quodammodo quasi lucis tramitibus deductus ab errore defendaf. Hic si dixisset. Sunt enim quedam regule mystice q̃ nõnullos legis recessus obtinent: aut certe que legis magnos recessus obtinent: nõ autem q̃ ait vniuersale legis recessus: neq; dixisset: clausa q̃q; patefient: sed clausa multa patefient: veruz dixisset: nec tã elaborato atq; vtili opi suo plus q̃ res ipsa postulat, dando in spẽ falsaz lectorez eius cognitorẽq; misisset. qđ ideo dicẽdũ pũtaui: vt liber ipse ⁊ legaf a studiosis: q: plurimuz adiuuat ad scripturas intelligendas: ⁊ nõ de illo speref tñ q̃tũ nõ habet. Caute sane legẽdus est: nõ solũ propter quedã in quibus: vt homo errauit: sed maxime propter illa que sicut donatista heretic⁹ loquif. quid aũt doceãt vel admoneant iste septem regule breuiter ostẽdam. Prima de dño ⁊ eius corpore est: in qua sciẽtes ali.

quãdo capitis ⁊ corporis .i. christi ⁊ ecclesie vnã
personã nobis intimari: neqȝ enim frustra di-
ctum est fidelibus: ergo abrae semen estis cuȝ se
men vnum abrae qđ est christus: nõ hesitemus
quãdo a capite ad corpus: vel a corpore transi
tur ad caput: ⁊ tamẽ nõ recedit ab vna eadẽqȝ
psona. Una enim persona loquitur dicens. Si
cut sponso imposuit mihi mitram ⁊ sicut spon-
sam ornauit me ornamento: ⁊ tamẽ quid horũ
duorũ capiti: quid corpori .i. quid christo quid ec
clesie conueniat: vtiqȝ intelligendũ est. Secun
da est de domini corpore bipartito: qđ qdeȝ nõ ita
debuit appellare. non eniȝ reuera corpus domi
ni est quod cum illo nõ erit in eternum. Sed di
cendum fuit de domini corpore vero atqȝ per
mixto: aut vero atqȝ simulato: vel aliquid aliđ
qr nõ solũ in eternũ verumetiam nũc hipocrite
nõ cũ illo esse dicendi sunt q̃uis in eius esse vi
deant̃ ecclesia. Unde poterat regula ista sic ap
pellari: vt diceret̃ de permixta ecclesia. Que
regula lectorẽ vigilãtem requirit: quando scri
ptura cũ ad alios iam loquatur: tanq̃ ad eos ip
sos ad quos loquebat̃ videtur loqui: vel de ip
sis cum de alijs iam loquat̃ tanq̃ vnũ sit vtro
rumqȝ corpus propter temporalem cõmixtio-
nem ⁊ cõmunionem sacramentorũ. Ad hoc p-
tinet in cantico canticorum. Fusca sum ⁊ speciosa
vt tabernacula cedar: vt pelles salomonis.
Non enim ait fusca fui ⁊ tabernacula cedar: ⁊
speciosa sum vt pelles salomonis: sed vtrunqȝ
se esse dixit propter temporalem vnitatem in
tra vna retia piscium bonoruȝ ⁊ maloruȝ. Ta-
bernacula enim cedar ad ismaelem pertinent:
qui nõ erat heres cum filio libere. Itaqȝ cuȝ de
bona parte dicat deus: ducam cecos in viam
quam nõ nouerunt ⁊ semitas quas nõ nouerũt
calcabunt: ⁊ faciam illis tenebras in lucem ⁊
praua in directũ: hec verba faciaȝ: ⁊ nõ derelin-
quaȝ eos: mox de alia parte que male permix-
ta est dicit: cõuersi sunt retrorsum: quamuis alij
significent̃ his verbis. Sed quoniam nunc in
vno sunt tanq̃ de ipsis loquitur de quibus lo-
quebatur: nõ tamen semper in vno erunt. Ipse
est quippe ille seruus cõmemoratus in euange
lio: cuius dominus cum venerit diuidet eum: ⁊
partem eius cum hippocritis ponet. Tertia re
gula est de promissis ⁊ lege: que alio modo dici
potest de spiritu ⁊ littera: sicut nos eam appel-
lauimus cum de hac re librum scriberemus.
Potest etiã sic dici de gratia ⁊ mãdato. Hec au
tem mihi magis videtur magna questio q̃ re-
gula: que soluendis questionibus adhibẽda est
Hec autem est quã nõ intelligentes pelagiani:
vel cõdiderunt suam heresim vel auxerũt. La
borauit in ea thiconius disserendo bene: sed nõ
plene. Disputans enim de fide ⁊ operibus ope
ra nobis dixit dari a deo merito fidei: ipsaȝ ve
ro fidem sic esse a nobis vt nobis nõ sit a deo.
Nec attendit apostolum dicenteȝ. Pax fratri
bus ⁊ charitas cum fide a deo patre ⁊ domino
nostro iesu christo. Sed nõ erat expertus hanc
heresim: quo nostro tempore exorta multũ nos
vt gratiam dei que per dominuȝ nostrum iesuȝ
christum est aduersus eam defenderemus exer
cuit: ⁊ sm id quod ait apostolus: oportet here-
ses esse vt probati manifesti fiãt in nobis: mul-
to vigilantiores diligentioresqȝ reddidit: vt ad
uerteremus in scripturis sanctis q istum thico-
nium minus attentum minusqȝ sine hoste solli
citum fugit etiam ipsam .s. fidem donum illius
esse quo mensuram vnicuiqȝ partitur. Ex qua
sententia quibusdam dictum est. Uobis dona-
tum est pro christo nõ solum vt in euȝ credatis:
verumetiã vt pro eo patiamini. Unde qs du-
bitem vtrumqȝ esse dei donũ: qui fideliter atqȝ
intelligẽter audit vtrũqȝ donatum. Plura sũt
⁊ alia testimonia quibus id ostendit̃ sm hoc nũc
agimus: alibi autẽ atqȝ alibi sepissime egimus
ista. Quarta vero thiconij regula est de specie
⁊ genere: sic enim eam vocat: volens intelligi
speciem parteȝ: genus autẽ totũ cuius ea pars
est quaȝ nũcupat spẽm: sicut vna queqȝ ciuitas
pars est vtiqȝ vniuersitatis gentiũ: hãc ille vo-
cat speciem: genus aũt omnes gẽtes. Neqȝ hic
ea discernẽdi subtilitas adhibẽda est que a dia
lecticis tradit̃: qui inter partem ⁊ specieȝ quid
intersit acutissime disputant. Eadem vero ra
tio est: si non de vnaquaqȝ ciuitate: sed de vna-
quaqȝ prouincia vel gente vel regno tale aliqđ
in diuinis reperiatur eloquijs. Nõ solum enim
verbigratia: de iherusalem vel de aliqua genti
um ciuitate: siue tyro: siue babilonia: siue alia q̃
libet: dicit̃ aliquid in scripturis sanctis: qđ mo
dum eius excedat: ⁊ cõueniat potius omnibus
gentibus: verumetiã de iudea de egypto de as-
syria: ⁊ quacũqȝ alia gente in qua sunt plurime
ciuitates: nõ tamen totus orbis sed pars eius:
dicitur qđ transeat eius modum ⁊ cõgruat po-
tius vniuerso cuius hec pars est: vel sicut iste ap-
pellat generi cuius hec species est. Unde ⁊ in no
titiam vulgi verba ista venerũt: vt etiam idio
te intelligant quid specialiter quid generaliter
in quocunqȝ precepto imperiali sit cõstitutum.
Fit etiã hoc de hoibus: sicut ea que de salomo-
ne dicunt̃ excedũt eius modũ: ⁊ potius ad chri
stum vel ecclesiam cuius ille pars est relata cla
rescunt. Nec species semper exceditur: spe eniȝ
talia dicunt̃ que vel ei quoqȝ vel ei fortasse tm̃
modo apertissime congruant. Sed cũ a specie
transit̃ ad genus quasi adhuc de specie loquen

te scriptura. ibi vigilare dꝫ lectoris intentio ne
querat in specie qđ in genere potest meliꝰ ⁊ cer-
tius inueniri. Facile quippe est illud quod ait ꝓ
pheta ezechiel. Domus israel habitauit in ter
ra: ⁊ polluerunt illaꝫ in via sua ⁊ in idolis suis:
⁊ peccatis suis: ſm immundiciā mēstruate: fa
cta est via eoꝝ ante faciē meaꝫ: ⁊ effundi irā me
aꝫ super eos: ⁊ dispersi illos inter narrationes: ⁊
ventilaui eos in regiones ſm vias eoꝝ ⁊ scđm
peccata eoꝝ iudicaui eos. Facile est inquā hoc i
telligere de illa domo israel: de qua dicit apo-
stolus. Uidete israel ſm carnem: q꞉ hec oīa car
nalis populus israel ⁊ fecit ⁊ passus est. Alia ēt
que sequnť eidē intelligunť populo conuenire.
Sed cū ceperit dicere: ⁊ sāctificabo nomē meū
sanctū: illud magnū qđ pollutū est inter narra-
tiones quod polluistis in medio earuꝫ: ⁊ scient
gentes q꞉ ego dominus iaꝫ intentus debet esse
qui legit: quēadmodū species excedatur ⁊ adiū
gatur genus. Sequiť .n. ⁊ dicit. Et dū sacrifica
bor in vobis ante oculos eoꝝ ⁊ accipiā vos de
gentibus: ⁊ ꝯgregabo vos ex omnibus terris ⁊
inducam vos in terrā vestraꝫ: ⁊ aspergā vos aq̄
munda: ⁊ mūdabimini ab omnibus simulacris
vestris: ⁊ mūdabo vos: ⁊ dabo vobis cor nouū
⁊ spiritū nouū dabo in vos ⁊ auferaꝫ cor lapideū
de carne vestra ⁊ dabo vobis cor carneū: ⁊ spi
ritū meū dabo in vos: ⁊ faciaꝫ vt in iusticijs me
is ambuletis: ⁊ iudicia mea custodiatis ⁊ facia
tis ⁊ habitabitis in terra quā dedi patribus ve
stris: ⁊ eritis mihi in populū: ⁊ ego ero vobis i
deum: ⁊ mūdabo vos ex omnibus immūditijs
vestris: Hoc de nouo testamēto esse propheta-
tuꝫ ad quod pertinet nō solū illa vna gens in re
liquijs suis: de quibus alibi scriptū est: si fuerit
numerus filioꝝ israel: sicut arena maris relique
salue fient: verūetiam cetere gentes que ꝓmis
se sunt patribus eoꝝ qui etiaꝫ nostri sunt: nō am
bigit quisquis intueť ⁊ lauacruꝫ regenerationis
hic esse promissum: qđ nunc videmus omnibꝰ
gentibus redditū. Et illud qđ ait apostolus: cū
noui testamenti gratiaꝫ cōmendaret: vt in cō-
paratione veteris emineret: epistola nr̄a vos
estis scripta nō atramēto: sed in tabulis cordis
carnalibus hinc esse respicit ⁊ perspicit dictum
vbi iste propheta dicit: ⁊ dabo vobis cor nouū
⁊ spiritū nouū dabo in vos: ⁊ auferam cor lapi
deum de carne vestra: ⁊ dabo vobis cor carne
uꝫ. Cor quippe carneū. Unde ait apostolus: ta-
bulis cordis carnalibus: a corde lapideo volu
it vitā sentientem discerni: ⁊ per vitā sentientē
significauit intelligentē. Sic fit israel spiritua-
lis nō vnius gentis: sed oīum que promisse sunt
patribus eoꝝ in semine quod est christus. Hic
ergo israel spiritualis ab illo israel carnali: qui
est vnius gentis: nouitate gratie nō nobilitate
patrie: ⁊ mēte nō gente distinguiť. Sed altitu-
do prophetica dū de illo vel ad illum loquiť latē
ter transit ad hunc: ⁊ cū iam de isto vel ad istuꝫ
loquiť: adhuc de illo vel ad illū loqui videť: nō
intellectū scripturaꝝ nobis quasi hostiliter inui
dens: sed exercens medicinaliter cor nostrum.
Unde ⁊ illud qđ ait: ⁊ inducā vos in terraꝫ ve-
stram: ⁊ paulopost tanq̄ꝫ idipsuꝫ repetēs: ⁊ ha-
bitabitis in terra vestra quā dedi patribus ve
stris: nō carnaliter sicut carnalis israel: sed spi-
ritualiter ⁊ spiritualis debemus accipere. Eccle
sia quippe sine macula ⁊ ruga ex omnibus gē-
tibus ꝯgregata: atqꝫ i eternū regnatura cū chri-
sto ipsa est beatoꝝ terra viuentium: ipsa est in-
telligenda patribus data: quādo eis certa ⁊ im
mutabili dei volūtate promissa est: qm̄ ipsa ꝓ-
missionis vel predestinationis firmitate iaꝫ da
ta est que danda suo tempore a patribus credi-
ta est: sicut de ipsa gratia que sanctis datur: scri
bens ad thimoteū apostolus ait. Nō ſm opera
nostra: sed ſm suū ꝓpositū ⁊ grāꝫ que data ē no
bis in xp̄o ie su ante secula eterna: manifestata
aūt nūc ꝑ aduētū saluatoris nr̄i. Datā dixit gra
tiā: qm̄ nō erāt adhuc quibꝰ dareť: qm̄ in dispo
sitione ac p̄destinatōe dei iaꝫ factū erat: qđ suo
tp̄e futuꝝ erat quo esse dicit manifestatā. Quā
uis hec possint intelligi ⁊ de terra futuri seculi
qn̄ erit celū nouū ⁊ terra noua i qua iniusti habi
tare nō poterūt. Et ideo recte diciť pijs ꝙ ipsa
sit terra eoꝝ: que vlla ex parte nō erit impioruꝫ
q꞉ ⁊ ipsa similiter data est qn̄ dāda firmata est.
Quintā thiconiꝰ regulā ponit quā de tp̄ibus ap
pellat: qua regula plerūqꝫ inueniri vel ꝯijci pos
sit latēs in scripturis sc̄tis q̄ꝫtitas tēpoꝝ. Duo-
bus aūt modis vigere dicit hāc regulā: aut tro-
po synecdoche: aut legitimis numeris. Tropꝰ
synecdoche: aut a ptē totū: aut a toto ptē facit in
telligi: sicut vnus euāgelista post dies octo fcm̄
dicit qđ alius post dies sex: qn̄ in mōte discipu-
lis tm̄ tribus p̄ntibus facies dn̄i vel sol resplē
duit ⁊ vestimēta eius sicut nix. Utrūqꝫ .n. veꝝ
esse nō posset qđ de numero dieꝝ dictū est: nisi
ille qui dixit post dies octo itelligať partē nouis
simā diei ex quo id xp̄s p̄dixit futuꝝ: ⁊ partē pri
mā diei quo id oñdit impletū: pro totis diebus
duobus atqꝫ integris posuisse: is vero qui dixit
post dies sex integros omnes ⁊ totos: sed solos
medios cōputasse. Hoc mō locutionis vel quo
significatur a parte totū etiam illa de resurrecti
one christi soluiť questio. Pars .n. nouissima di
ei quo die passus est nisi pro toto die accipiatur
idest adiuncta etiaꝫ nocte preterita: ⁊ nox in cu
ius parte vltima resurrexit nisi totus dies acci
piatur adiuncto scilicꝫ die illucescēte dominico

non poſſunt eſſe tres dies ⁊ tres noctes quibus
ſe in corde terre predixit futurū. Legitimos au-
tem numeros dicit quos eminētius diuina ſcri
ptura cōmendant: ſicut ſeptēnariū vel denariuȝ
vel duodenariū ⁊ quicunqȝ alij ſint quos legen
do ſtudioſi libenter agnoſcunt. Plerunqȝ enim
numeri huiuſmodi pro vniuerſo tempore po-
nuntur ſicut ſepties in die laudem dixi tibi: ni-
hil eſt aliud ꝙ ſemper laus eius in ore meo.
Tantūdem valent ⁊ cum multiplicātur ſiue per
denarium ſicut ſeptuaginta ⁊ ſeptingēti vnde
poſſunt ⁊ ſeptuaginta anni hieremie pro vni-
uerſo tempore ſpiritualiter accipi quo eſt apud
alienos eccleſia: ſiue per ſeipſos ſicut decēȝ per
decēȝ centū ſunt: ⁊ duodecim per duodecim cē
tum quadragitaquatuor quo numero ſignifica
tur vniuerſitas ſanctoruȝ in apocalipſi. Unde
apparet nō ſolas temporum queſtiones iſtis nu
meris eſſe ſoluēdas: ſed latius patere ſignifica
tiones eoruȝ ⁊ in multa proſerpere. Neqȝ eniȝ
numerus iſte in apocalipſi ad tempora ꝑtinet:
ſed ad homines. Sextam regulaȝ thiconius re
capitulationem vocat in obſcuritate ſcriptura-
rum ſatis vigilāter inuentam. Sic enim dicū
tur quedam quaſi ſequātur in ordine temporis
vel rerum cōtinuatione narrent: cū ad priora
que pretermiſſa fuerāt latēter narratio reuoce
tur. Quod niſi ex hac regula intelligatur errat:
Sicut in geneſi. Et plantauit inquit dominus
deus paradiſum in eden ad oriētem: ⁊ poſuit
ibi hominem quem formauit: ⁊ produxit deus
adhuc de terra omne lignum ſpecioſum ⁊ bo
num in eſcam: ita videtur dictum tanqȝ id fa-
ctum ſit poſtea ꝙ factum poſuit deus hominē
in paradiſum: cum breuiter vtroqȝ cōmemo-
rato ideſt ꝙ plantauit deus paradiſum ⁊ poſu
it ibi hominem quem formauit recapitulando
redeat ⁊ dicat quod pretermiſerat: quomodo.
ſ. paradiſus fuerit plantatus: qȝ produxit deus
adhuc de terra omne lignum ſpecioſum ⁊ bonū
in eſcam. Deniqȝ ſecutus adiunxit. Et lignum
vite in medio paradiſi: ⁊ lignum ſcientie boni
⁊ mali. Deinde flumen quo paradiſus irrigare
tur diuiſum in quatuor principia fluuioꝝ qua-
tuor explicatur: quod totum pertinet ad inſtitu
tionem paradiſi. Quod vbi terminauit repeti-
uit illud quod iā dixerat: ⁊ reuera hoc ſequebat
atqȝ ait. Et ſumpſit dominus deus hominem
quem fecit: ⁊ poſuit eum in paradiſo ⁊ cetera.
Poſt iſta enim facta ibi eſt poſitus homo. ſicut
nunc ordo ipſe demōſtrat: non poſt hominem
ibi poſitum facta ſunt iſta: ſicut prius dictuȝ pu
tari poteſt: niſi recapitulatio illic vigilanter in
telligatur qua reditum eſt ad ea que fuerant p̄-
termiſſa. Itemqȝ in eodem libro cum comme-
morarētur generationes filiorum noe dictū eſt
hi filij cham in tribubus ſuis ſm linguas ſuas i
regionibus ſuis ⁊ in gentibus ſuis. Enumera-
tis quoqȝ filijs ſem dictum eſt: hi filij ſem in tri
bubus ſuis ſm linguas ſuas in regionibus ſuiſ
⁊ in gentibus ſuis. Et annectit de omnibus. He
tribus filiorum noe: ſm generationes ⁊ ſm gen
tes eorum. Ab his diſperſe ſunt inſule gentiuȝ
ſuper terram poſt diluuium. Et erat omnis ter
ra labium vnū ⁊ vox vna omnibus. Hoc itaqȝ
quod adiunctum eſt: ⁊ erat omnis terra labiuȝ
vnum ⁊ vox vna omnibus ideſt lingua vna: ita
dictum videtur tanqȝ eo iam tempore quo di-
ſperſi iam fuerant ſuper terrā: etiam ſm inſulaſ
gentium vna fuerit omnibus lingua commu-
nis qđ proculdubio repugnat ſuperioribus ver
bis: vbi dictuȝ eſt in tribubus ſuis ſm linguas
ſuas. Neqȝ enim dicerentur habuiſſe iam lin-
guas ſuas ſingule tribus que gētes ſingulas fe
cerant: quando erat omnibus vna communis:
ac per hoc recapitulando adiunctum eſt: ⁊ erat
omnis terra labium vnum ⁊ vox vna omnibuſ
latenter narratione redeunte: vt diceretur quo-
modo factum ſit: vt ex vna omnium lingua fue
rint diuiſi per multas. Et cōtinuo de illa turriſ
edificatione narratur vbi hec eis iudicio diuino
ingeſta eſt pena ſuperbie: poſt quod factum di
ſperſi ſunt ſuper terrā ſm linguas ſuas: Fit iſta
recapitulatio etiam obſcurius ſicut in euange-
lio dicit dominus. Die quo exijt loth a ſodo-
mis pluit de celo ignē ⁊ perdidit omnes: ſcđm
hec erit dies filij hominis quando reuelabitur
Illa hora qui erit in tecto: ⁊ vaſa eius in agro
nō deſcendat tollere illa. Et qui in agro ſimili-
ter non reuertatur retro: meminerit vxoris loth
Nunquid cum dominus fuerit reuelatus tunc
ſunt iſta ſeruanda nequiſqȝ retro reſpiciat. i. vi
tam preteritam cui renunciauit inquirat: ⁊ non
potius iſto tempore: vt cum dominus fuerit re
uelatus retributionem pro eis que quiſqȝ ſerua
uit vel contempſit inueniat. Tamen qȝ dictuȝ
eſt illa hora tunc putātur iſta ſeruāda cuȝ fuerit
dn̄s reuelatus: niſi ad intelligēdam recapitula-
tioneȝ ſenſus legentis inuigilet: adiuuante alia
ſcriptura que ipſoꝝ apoſtoloꝝ adhuc tpe clama
uit. Filij nouiſſima hora eſt. Tempus ergo ipm
quo euangeliū predicatur: quouſqȝ dn̄s reuele
tur: hora eſt in qua oportet iſta ſeruari: qȝ ⁊ ipa
reuelatio domini ad eandem horam pertinet:
que die iudicij terminabitur. Septima thico-
nij regula eſt eademqȝ poſtrema de dyabolo ⁊
eius corpore. Eſt enim ⁊ ipſe caput impiorum:
qui eius ſunt quodammodo corpus. ituri cuȝ il
lo in ſupplicium eterni ignis: ſicut chriſtus ca-
put eſt eccleſie que eſt corpus eius futurum cū

illo in regno ⁊ gloria sempiterna. Sicut ergo in
prima regula quā vocat de domino ⁊ eius cor
pore vigilādū est vt intelligatur cum de vna ea
demqꝫ persona scriptura loquit̄: quid cōueniat
capiti quid corpori: ita ⁊ in ista nouissima aliquā
do in dyabolum dicitur: qđ nō in ipso sed poti
us in eius corpore possit agnosci. qđ habet non
solum in eis qui manifestissime foris sunt: sed
in eis etiam cū ad ipsuz pertineāt tamē ad tem
pus miscētur ecclesie donec vnusquisqꝫ đ hac
vita exeat: vel a frumento palea ventilabro vl
timo separet̄. Quod enim scriptū est apud esa
iam: quomodo cecidit de celo lucifer mane ori
ens ⁊ cetera: que sub figura regis babylonie de
eadem persona vel ad eandē personā dicta sūt
in ipsa cōnexione sermonis de dyabolo vtiqꝫ i
telligunt̄: ⁊ tamē ꝙ ibi dictuz est cōtritus est in
terra qui mittit ad omnes gētes: nō totū ipsi ca
piti ꝯgruit. Nā ⁊ si mittit ad omnes gētes dya
bolus angelos suos: tamē in terra corpus eiꝰ nō
ipse cōteritur: nisi qꝛ ipse est in corpore suo quod
cōtritum fit vt puluis quē proijcit vētus a facie
terre. Has autē omnes regule excepta vna que
vocatur de promissis ⁊ lege: aliud ex alio faciūt
intelligi quod est propriū tropice locutiōis: que
latius patet ꝗꝫ vt possit vt mihi videt̄ ab ali
quo vniuersa comprehendi. Nā vbicunqꝫ ve
lut aliud dicitur vt aliud intelligat̄: ⁊ si nomen
ipsius tropi in loquendi arte nō inuenit̄ tropica
locutio est. Que cum fit vbi fieri solet sine labo
re sequitur intellectus: cum vero vbi non solet
laboratur. vt intelligatur ab alijs magis: ab ali
is minus: sicut magis minusue dona dei sūt de
ingenijs hominum vel adiutoria tribuuntur.
Proinde sicut in verbis proprijs de quibus su
perius disputauimus vbi res vt dicuntur intel
ligende sunt: sic in translatis que faciunt tropi
cas locutiones: vbi aliud ex alio intelligendum
est de quibus hucusqꝫ quātum visum est satis
egimus: non soluz admonendi sunt studiosi ve
nerabilium litterarum: vt in scripturis sanctis
genera locutionū sciant: ⁊ quomodo apud eas
aliquid dici soleat vigilanter aduertant memo
riterqꝫ retineant: verumetiam quod est preci
puum ⁊ maxime necessarium: orent vt intelli
gant. In eis quippe litteris quarum studiosi sūt
qui legunt dominus dat sapientiam: ⁊ a facie
eius scientia ⁊ intellectus: a quo ⁊ ipsum studi
um si pietate preditum est acceperūt. Sed hec
satis etiam de signis quantum ad verba perti
nent dicta sint. Restat vt de proferendis eis
que sentimus sequenti volumine que dominꝰ
donauerit disseramus.

Explicit liber tertius.

Incipit liber quartus.

Hoc opus nostrum
quod inscribit̄ de doctrina chri
stiana in duo quedam fueram
prima distributione partitus.
Nam post proemium quo re
spondi eis qui hoc opus fuerāt reprehensuri: due
sunt res inquā in quibus nititur omnis tracta
tio scripturaꝝ: modus inueniēdi que intelligen
da sunt: ⁊ modus proferēdi que intellecta sūt.
De inueniēdo prius: de proferēdo postea disse
remus. Quia ergo de inueniēdo multa iam di
ximus: ⁊ tria de hac vna volumina absoluimꝰ
domino adiuuāte de proferēdo pauca dicemꝰ:
vt si fieri potuerit vno libro cuncta claudamꝰ:
totūqꝫ hoc opus quattuor voluminibus termi
netur. Primo itaqꝫ expectationem legentiuz q
me forte putāt rhetorica datuꝝ esse precepta:
que in scholis secularibus ⁊ didici ⁊ docui ista
prelocutione cohibeo atqꝫ vt a me nō expectēt
admoneo: nō vt nihil habeant vtilitatis: sed si
quid habent seorsum discenduz est: si cui fortas
sis bono viro etiā hoc vacat discere: nō autem
a me vel in hoc opere: vel in aliquo alio requi
renduz. Nā cum per artē rhetoricā ⁊ vera sua
deant̄ ⁊ falsa: quis audeat dicere aduersus mē
daciū in defensoribus suis inermē debere cōsi
stere veritatē: vt videlicet illi qui res falsas per
suadere conātur: nouerint auditorē vel beniuo
lum vel intentū vel docilez proemio facere. isti
autem nō nouerint: Illi falsa breuiter apte ve
risimiliter: ⁊ isti vera sic narrent: vt audire te
deat: intelligere nō pateat: credere postremo nō
libeat. Illi fallacibus argumētis veritatē oppu
gnent: asserant falsitatē: isti nec vera defende
re: nec falsa valeāt refutare. Illi animos audiē
tium in errorē mouentes impellētesqꝫ dicendo
terreant contristent exhilarent exhortentur ar
denter. isti pro veritate lenti frigidiqꝫ dormi
tent. Quis ita desipiat vt hoc dicat. Cum ergo
sit in medio posita facultas eloquij que ad per
suadenda seu praua seu recta valet plurimum
cur nō bonoꝝ studio comparatur: vt militet ve
ritati: si eaz mali ad obtinēdas peruersas va
nasqꝫ causas in vsus iniquitatis ⁊ erroris vsur
pant. Sed quecūqꝫ sunt de hac re obseruatōes
atqꝫ precepta: quibus cū accedit in verbis plu
rimis ornamentisqꝫ verboꝝ exercitatōis ligue
solertissima ꝯsuetudo fit illa que facūdia vel elo
quentia noiatur extra istas litteras nostras se
posito ad hoc cōgruo temporis spacio apta ⁊ cō
uenienti etate discenda sunt eis qui hoc celeri
ter possunt. Nam ⁊ ipsos romane pricipes elo

quentie nō piguit dicere. q̄ hanc artez nisi quis
cito possit nunq̄ oīno perdiscere. Quod vtruz
veruz sit quid opus est querere? Nō eni etiam
si possint hec a tardioribus tandem aliquando
perdisci nos ea tanti pēdimus vt eis discendis
iā maturas vel etiā graues hoīum etates ve-
limus impendi: Satis est vt adolescentulo꜒z
ista sit cura:nec ipsoꝝ omniū:quos vtilitati ec-
clesiastice cupimus erudiri:sed eoꝝ quos non-
dum magis vrgens ⁊ huic rei sine dubio ꝓpo
nenda necessitas occupauit. Qm̄ si acutū ⁊ fer
uens assit īgenium:facilius adheret eloquētia
legētibus ⁊ audiētibus eloquētes:q̄ȝ eloquētie
precepta sectantibus. Nec desunt ecclesiastice
littere etiā preter canonē in arce auctoritatis sa
lubriter collocatū:quas legendo homo capax:⁊
si nō id agat sed tātūmodo rebus que ibi dicun
tur intentus sit:etiaȝ eloquio quo dicunt᷑ dum i
his versat᷑ imbuitur accedente vel maxime ex
ercitatione siue scribendi siue dictandi:postre-
mo etiā dicēdi que ſm pietatis ac fidei regulā
sentit. Si autem tale desit ingeniū:nec illa rhe
torica precepta capiunt᷑:nec si magno labore in
culcata quātulacunq̄ȝ ex parte capiant᷑ aliquid
prosunt:qm̄quidem etiā ipsi qui ea didicerunt ⁊
copiose ornateq̄ȝ dicunt nō oēs vt ſm ipsa di-
cant possint ea cogitare cū dicunt si nō de his
disputant:imo vero vix vllos eē existimo q̄ vtrūq̄ȝ
possint:⁊ dicere bene:⁊ ad hoc faciēdum prece
pta illa dicēdi cogitare duz dicūt. Cauēduz est
enim ne fugiāt ex aīo que dicēda sunt: dum at-
tendit᷑ vt arte dicant᷑. Et tamē in sermonibus
atq̄ȝ dictōibus eloquētiū impleta reperiunt᷑ ꝓce
pta eloquētie:de q̄bus illi vt eloquerent᷑ vel cū
eloq̄rent᷑ nō cogitauerūt:siue illā didicissent siue
ne attigissent quidem. Implent quippe illa: q̄r
eloquentes sunt nō adhibent vt sint eloquen-
tes. Quapropter cum ex infantibus loquentes
nō fiant nisi locutiones discendo loquentium:
cur eloquentes fieri nō possunt nulla eloquen-
di arte tradita:sed elocutiones eloquētium le-
gendo ⁊ audiendo:⁊ quātum assequi cōceditur
imitando? Quid quod ita fieri ipsis quoq̄ȝ expe
rimur exemplis? Nam sine preceptis rhetori
cis nouimus plures eloquētiores plurimis qui
illa didicerunt:sine lectis ⁊ auditis eloquenti
um disputationibus vel dictionibus neminez.
Nam neq̄ȝ ipsa arte grammatica qua discitur
locutionum integritas indigerent pueri:si eis
inter homines qui integre loquerentur cresce-
re daret᷑ ⁊ viuere. Nesciētes q̄ppe illa noīa vici
orum q̄c̄q̄d viciosuz cuiusq̄ȝ ore loquētis audi-
rent sana sua consuetudine reprehenderent: ⁊
cauerent:sicut rusticos vrbani reprehendunt:
etiam qui litteras nesciunt. Debet igitur diui

narum scripturarum tractator ⁊ doctor: defen
sor recte fidei ac debellator erroris ⁊ bona do-
cere:⁊ mala dedocere:atq̄ȝ in hoc opere sermo
nis conciliare auersos:remissos erigere nescien
tibus quid agatur quid expectare debeant inti
mare. Ubi autem beniuolos:intentos:dociles
aut inuenerit:aut ipse fecerit: cetera peragen-
da sunt sicut postulat causa. Si docendi sunt q
audiunt narratione faciendum est:si tamen in-
digeat vt res de qua agitur innotescat. Ut autē
que dubia sunt certa fiant:documentis adhibi
tis ratiocinandum est. Si vero qui audiūt mo
nendi sunt potius q̄ȝ docendi vt in eo quod iaz
sciunt agendo non torpeant:⁊ rebus assensum
quas veras esse fatentur:accommodent: ma-
ioribus dicendi viribus opus est. Ibi obsecra-
tiones ⁊ increpationes: ⁊ concitationes : ⁊ co-
ercitationes:⁊ quecunq̄ȝ alia valent ad cōmo-
nendos animos necessaria. Et hec quidem cū-
cta que dixi omnes fere homines in his que lo
quendo agunt facere non quiescunt. Sed cum
alij faciant obtuse deformiter frigide:alij acute
ornate vehementer : illum ad hoc opus vnde
agimus iam oportet accedere:qui potest dispu
tare ⁊ dicere sapienter etiam si non potest elo-
quenter vt prosit audientibus ⁊ si minus q̄ȝ ꝓ-
desset si ⁊ eloquenter posset dicere. Qui vero af
fluit insipienti eloquentia:tanto magis cauen
dus est quanto magis ad eo in his que audire in
utile est delectatur auditor:⁊ eum quem diserte
dicere audit etiam vere dicere existimat. Hec
autem sententia nec illos refugit qui artez rhe
toricam docendam putarunt. Fassi sunt enim
sapientiam sine eloquentia parum prodesse ci-
uitatibus:eloquentiam vero sine sapientia ni-
mium obesse plerunq̄ȝ:prodesse nunquaz. Si
ergo illi qui precepta eloquentie tradiderunt:
in eisdem libris in quibus id egerunt verita-
te instigante coacti sunt confiteri veram hoc est
supernā que a patre luminū descēdit sapiētiā ne
sciētes: q̄ȝto magis nos nō aliud sentire debem⁹
qui huius sapientie filij:⁊ ministri sumus. Sa-
piēter autē dicit homo tāto magis vel min⁹ q̄ȝ
to in scripturis sctis magis minusue ꝑfecit. Nō
dico in eis multū legendū memorieq̄ȝ mandā
dum:sed bene intelligendum: ⁊ diligenter ea-
rum sensibus indagandum. Sunt eniz qui eas
legunt ⁊ negligunt : legunt vt teneant : negli-
gunt ne intelligant. Quibus longe sine dubio ꝓ
ferendi sunt qui verba earum minus tenent:⁊
cor earū sui cordis oculis vident. Sed vtrisq̄ȝ
ille melior:qui ⁊ cū volet eas dicit:⁊ sicut opor
tet intelligit. Huic ergo qui sapienter debet di
cere etiam quod non potest eloquenter: verba
scripturarum tenere maxime necessarium est.

Quanto enim se pauperiorem cernit in suis: tanto eum oportet in istis esse ditiorem: vt qđ dixerit suis verbis probet ex illis. Et qui proprijs verbis minor erat: magnorum testimonio quodammodo crescat. Probando enim delectat, qui minus potest delectare dicendo. Porro qui non solum sapienter: verum etiam eloquenter vult dicere: quoniam profecto plus ꝓderit: si vtrunqꝫ potuerit: ad legendos vel audiēdos ⁊ exercitatōe imitādo eloquētes mitto eū libēti⁹ ꝙ̄ magistris artis rhetorice vacare ꝑcipiam: si tamen hi qui leguntur ⁊ audiuntur nō solū eloquēter sꝫ ēt sapiēter dixisse vł dicere veraci ꝓdicatōe laudant. Qui eni eloquēter dicūt suauiter q sapiēter salubriter audiūt. Propter qđ nō ait scriptura: multitudo eloquētium: sed multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum. sicut autem sepe sumenda sunt ⁊ amara salubria ita semper vitāda est dulcedo perniciosa. Sed salubri suauitate vel suaui salubritate quid melius? Quanto enim magis illic appetitur suauitas: tanto facilius salubritas prodest. Sunt ergo ecclesiastici viri qui diuina eloquia non solum sapienter: sed eloquenter etiam tractauerunt. Quibus legendis magis non sufficit tempus ꝙ̄ deesse ipsi studentibus ⁊ vacātibus possunt. Hic aliquis forsitan querit vtrum auctores nostri: quorum scripta diuinitus inspirata canonem nobis saluberrima auctoritate fecerūt sapientes tātummodo an eloquentes etiam nūcupandi sint. Que quidem questio apud meipsum ⁊ apud eos qui mecum quod dico sentiunt facillime soluitur. Nam vbi eos intelligo: non solum nihil esse eis sapientius: verumetiam nihil esse eloquentius, mihi videri potest. Et audeo dicere ⁊ omnes qui recte intelligūt quod illi loquuntur simul intelligere nō eos aliter loqui debuisse. Sicut est enim quedam eloquentia que magis etatē iuuenilem decet: est que senilem: nec iam dicenda est eloquētia si persone nō congruat eloquētis. ita est quedam que viros summa auctoritate dignissimos planeqꝫ diuinos decet. Hac illi locuti sunt nec ipsos decet alia: nec alios ipsa: ipsis enim cōgruit: alios autem quāto videtur humilior: tāto altius nō ventositate sed soliditate transcendit. Ubi vero nō eos intelligo: minus quidem mihi apparet eorum eloquētia: sed eam nō dubito esse talem qualis est vbi intelligo: Ipsa quoqꝫ obscuritas diuinorum salubriumqꝫ dictorum tali eloquētie miscēda fuerat: in qua proficere noster intellectus nō solum inuētione: verumetiam exercitatione deberet. Possem quidem si vacaret omnes virtutes ⁊ ornamēta eloquentie: de quibus inflātur isti qui linguam suam nostrorum auctorū lingue: non magnitudine sed tumore preponūt ostendere in istorum litteris sacris: quos nobis erudiendis ⁊ ab hoc seculo prauo in beatum seculum transferendis prouidentia diuina prouidit: Sed non ipsa me plus ꝙ̄ dici potest in illa eloquentia delectant: que sunt his viris cum oratoribus gentilium poetis'ue communia. Illud magis admiror ⁊ stupeo ꝙ nostra eloquentia ita vsi sunt per alteram quandam eloquētiam suam: vt nec eis deesset nec emineret in eis: quia nec improbari ab illis: nec ostentari oportebat: quorum alterum fieret si vitaretur: alterum putari posset si facile agnosceretur. Et in quibus forte locis agnoscitur a doctis tales res dicuntur: vt verba quibus dicuntur non a dicente adhibita: sed ipsis rebus velut sponte subiecta videantur: quasi sapientiam de domo sua id est pectore sapientis procedere intelligas ⁊ tanquam inseparabilem famulam etiam nō vocatam sequi eloquentiam. Quis enim non videat quid voluerit dicere: ⁊ ꝙ̄ sapienter dixerit apostolus. Gloriamur in tribulationibus scientes ꝙ tribulatio patientiam operatur: patientia autem probationem: probatio vero spē spes autem non confundit: quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris: per spiritum sanctum qui datus est nobis. Hic si quis: vt ita dixerim: imperite peritus artis eloquentie precepta apostolum secutum fuisse contendat: nōne a christianis doctis indoctisqꝫ ridebitur? Et tamen agnoscitur hic figura que climax grece latine vero a quibusdam est appellata gradatio: quoniam scalam dicere noluerunt: cum verba vel sensus connecterentur alterum ex altero: sicut hic ex tribulatione patientiam: ex patientia probationem: ex probatione spem connexam videmus. Agnoscitur ⁊ aliud decus: quoniam post aliqua pronunciationis voce finita singula que nostri membra ⁊ cesa: greci autem cola ⁊ commata vocant: sequitur ambitus siue circuitus: quem periodon illi appellāt: cuius mēbra suspenduntur voce dicentis donec vltima finiantur. Nam eorum que precedunt circumitum membrum illud est primum: quoniam tribulatio patientiam operatur: secundum. patientia autem probationem: tertium: probatio vero spem. Deinde subiungitur ipse circūitus: qui tribus peragitur membris: quorum primū est: spes autem non confundit. secundum. quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris: tertium per spiritum sanctum qui datus est nobis. At hec atqꝫ huiusce modi in elocutōis arte traduntur. Sicut ergo apostolū precepta eloquētie secutū fuisse nō dicim⁹: ita ꝙ eius sapiam secuta sit eloquētia nō negam⁹. Scribēs ad corinthios

deo ſũt:quo licet viuificãdis ſenſificãdiſqꝫ ꝯno

ſcatur inſeruiſſe corporibus : ipſis tñ ſpiritibus
nullũ intelligẽdi largitꝰ eſt lumẽ:quo ſuũ poſſẽt
aut cognoſcere aut diligere creatorẽ. Ipſos quo
qꝫ ſpũs: quos rõnales atqꝫ intellectuales eſſe
nõ dubiuꝫ eſt:qs audet blaſphemo ſpiritu ⁊ ce
co corde eiuſdẽ nature cuius eſt deus: vel puta
re vel dicere:cũ deus vtiqꝫ naturaliter incom
mutabilis oĩno ſit ⁊ immenſus: Qui cuꝫ i ſe di
uerſitatem vllã habere non poſſit: in eiſdeꝫ tñ
ſpiritibus quos rationales atqꝫ intellectuales
fecit:diuerſitatem ſue operationis oſtendit. In
quibuſdã eniꝫ:ideſt qui terrenis ac mortalibus
ſunt inſerti corporibus: ⁊ ſi nullus eſt eis loca-
lis motus:q: ꝑ locoꝝ corporaliũ partes cuꝫ ipſi
in corporibus ſint:nõ particulatiꝫ ſunt:ſed ſicut
in totis corporibus toti:ſic in eorũdeꝫ corpoꝝ
partibus toti ſunt:tñ cogitationũ varietas di-
uerſitatẽ in eis cuiuſdaꝫ tẽporalis motionis ac
mutatiõis oſtendit:dũ modo aliquid neſciunt
modo ſciunt:modo volunt:modo nolũt:modo
ſapiunt:modo deſipiunt:modo iniqui ex iuſtis
modo iuſti ſunt ex iniquis : modo pietatis illu-
ſtrãtur lumĩe:mõ deprauant tenebroſo ĩpieta-
tis errore. Illos quoqꝫ quos terrenoruꝫ corpo
rum grauat nulla lutulenta materies:ideſt an-
gelicos ſpiritus:quis non videat non vnius na
ture eſſe cum deo:ſed factos ex nihilo: quorum
naturalis mutabilitas in eo cognoſcitur: quia
eiuſdem nature pars eſt in deterius ꝑmutata.
Deinde ꝙ hi qui deprauati nõ ſunt.lꝫ illius do
no:a quo cum non eſſent facti ſunt inde feſſa ⁊
inquãtuꝫ creature angelice gratis datũ eſt: per
fecta dilectione : ꝯtemplatione atqꝫ exultatiõe
multitudinem dulcedinis dñi inceſſabiliter ſu
mant:nec ab eo naturali conditione deficiãt:⁊
ſi inherẽtibus deo nihil ineſt de varietate tem
poris:q: collato ſibi eterne incorruptiõis atqꝫ in
cõmutabilitatis munere nihil in ſe ſentiant mu
tationis:ineſt tamen ſingulis naturalis termi-
nus:quo a ſe inuicem diſcernuntur:quia nullus
coꝝ in alio eſt. Et cum vni eorum opus quodli
bet iniungitur:alius quoqꝫ alteri operi implen
do:diuine poteſtatis deputatur arbitrio. Hec
oĩa oſtendunt etiã ſanctos angelos opera eẽ ſã
cte trinitatis:cuius per ſingulas res quas vtiqꝫ
ſicut voluit fecit:apparet mirabilis ⁊ ſapientia
in diſpoſitione: ⁊ virtus in opere. Quoſdam
igitur ſpiritus ſic deus creauit: vt ſemper eſſẽt:
quoſdam vero vt eſſe ſpiritus quandoqꝫ deſi-
nerent. Illos itaqꝫ deſituros quoſdaꝫ ex aqua:
quoſdã q: ſic voluit omnipotens ꝑduxit ex ter
ra. Superiores vero ſpiritꝰ nullũ cũ corporeis
elementis habere fecit naturale ꝯſortiuꝫ:quos
eternos creauit:⁊ eis facultatem atqꝫ intelligẽti
am cogitande:cognoſcende diligendeqꝫ diuini-

tatis inseruit: Quos tñ ita creauit: vt etiaz pre
seipsis illũ diligerẽt: cuius se tales creatos ope
cognouissẽt: cũ eoꝝ vt tales fierẽt nulla merita
p̄cessissent. Ut aũt hec dilectio hr̄et iustã ⁊ con-
gruaz laudẽ: volũtatis quoqꝫ eis tribuit liber-
tatẽ: vt esset eis possibile siue ad eũ q supra eos
est: intẽtionẽ sancte dilectiõis erigere: siue ad se
vel ad ea q̃ infra eos sunt: praue cupiditatis se
metipsos põdere declinare. Nõ est igit̃ natura
que in eternũ possit siue misere siue bene viuen
do subsistere: nisi q̃ põt de deo ipsiꝰ dei munere
cogitare: Hec aũt natura intellectualis in aia
bus est hominũ ⁊ spiritibus angeloꝝ. Deꝰ qp-
pe diligẽdi ac cognoscẽdi se nõ nisi angelis ⁊ hoĩ
bus indidit facultatem. Quibꝰ ꝓpter arbitrij li
bertatẽ: que maxime debuit intellectuali creatu
re: creatoris benignitate ꝯferri: ita cognoscẽdi
⁊ diligendi se facultatẽ volũtatẽqꝫ donauit: vt
eaz vnusquisqꝫ ⁊ hr̄e possit ⁊ ꝑdere. Si quis tñ
sponte eam ꝑderet: suo eaz deinceps arbitrio re
sumere nõ valeret: vt illiꝰ esset sancte cogitatio
nis initia gratuite dono bonitatis denuo reuo
cãdis quibus vellet infundere: cuius fuit in ipso
creatiõis exordio nullis precedentibꝰ meritis:
spũs ⁊ corpora locis atqꝫ affectionibꝰ ꝓut ipse
sapiẽs voluit ꝯgrue ⁊ mirabiliter ordinare. An
geli ergo atqꝫ hoĩes ꝓ eo q rationales sunt fa-
cti eternitatis ac beatitudinis donũ in se a na-
ture spiritualis creatore diuinitꝰ accepeꝛũt: ita. s.
vt si dilectiõi creatoris sui iugiter inhesissent. si-
mul eterni beatiqꝫ mansissent: Si vero ꝓprie
libertatis arbitrio ꝯtra sũmi creatoris imꝑium
suã niterent̃ facere volũtatez: ꝓtinus a ꝯtuma
cibus beatitudo discederet: ⁊ ad suppliciuz eis
relinqueret̃ eternitas misera: erroribꝰ deiceps
doloribusqꝫ crucianda: Et de angelis quidem
hoc disposuit ⁊ ipleuit: vt si quis eoꝝ bonitatez
volũtatis ꝑderet: nunq̄ꝫ eã diuino munere re-
pararet: Pars itaqꝫ angeloꝝ q̃ a suo creatore
deo quo solo bono beata fuit: volũtaria prorsus
auersiõe discess. t: eq̄tatis suꝑne iudicio: initiuz
sue dãnatiõis in ipsa auersiõe volũtatis iuenit:
vt nõ aliud ei esset incipe iã puniri: q̄ꝫ illius be
atifici boni dilectiõe destitui: quã deꝰ in eterno
sic totã precepit remanere supplicio: vt etiam
ignẽ ei eternũ prepararet: i quo oẽs illi p̄uarica
tores angeli nec mala possint vnquã volũtate
carere nec pena: sꝫ ꝑmanẽte in eis iniuste auer
siõis malo: ꝑmaneat etiã iuste retributiõis eter
na dãnatio: Hoꝝ maloꝝ princeps diabolus pri
mos hoĩes q ad peccati p̄icipiũ inuidus duxit
nõ eis tñ: sed ⁊ vniuerse ꝓpagini eoꝝ cũ vitio
peccati meritũ mortis iseruit. Deꝰ aũt miseri-
cors ⁊ iustus sicut diabolo atqꝫ angelis eiꝰ pro-
pria volũtate cadẽtibꝰ ceteros angelos i sue di

lectiõis eternitate firmauit: sic etiã humani gẽ-
neris massaz nõ totã in sempiternũ ꝑire ꝑmisit
sed quos voluit eius gratuita bonitas repulsis
tenebris in q̄bus oĩs humana natiuitas pecca
ti originalis ꝯdẽnatiõe versat̃: reducẽdos p̄de
stinauit ad lucẽ: in eo p̄cipue demõstrãs q istos
originalis p̄cti vinculis i debita g̃atia libera-
toris absolueret. cũ alios ⁊ q̄ꝫ maxime paruulos
quibꝰ nulla pñt vel bona vel mala inesse ꝓpria
merita volũtatis isolubili nexu eterna dãnatio
retineret: Bone quoqꝫ volũtatis ⁊ cogitatiõis
initiũ nõ hoĩ ex seipso nasci: sed diuinitꝰ et p̄pa-
rari ⁊ tribui. In eo deus euidẽter ostẽdit: q ne
qꝫ diabolus neqꝫ aliquis angeloꝝ eiꝰ ex quo ru
ine illiꝰ merito: in hãc inferiorẽ sunt detrusi ca
liginẽ: bonã potuit aut poterit resumere volũ-
tatẽ. q si possibile esset vt humana natura post
q̄ꝫ a deo auersa bonitatẽ ꝑdidit volũtatis ex se
ipsa rursus habere eã potuisset: multo possibiliꝰ
hoc natura hr̄et angelica: q̃ quãto minꝰ grauat̃
terreni corporis põdere: tãto magis hac essꝫ p̄-
dicta facultate. Sꝫ ostẽdit deus vnde bona vo
luntas hoĩbus det̃. quã sic amiserũt angeli cuz
hr̄ent: vt amissaz deinceps hr̄e nõ possẽt. Cũ
igitur digna est eadẽ volũtas bona ꝑ dĩ gratiã
eterne beatitudinis p̄mio: ⁊ iniq̄tas angelica
atqꝫ humana non dꝫ esse ipunita: ꝓpter h̄m ca
tolice fidei regulã venturꝝ eẽ filiũ dei ad puniẽ-
dos oẽs peccatores angelos: ⁊ ad iudicãdos ho
mines viuos ⁊ mortuos fideliter expectamus
Testat̃. n. beatus petrus: q deus angelis pec-
cantibꝰ nõ pepercit: sed carceribus caliginis in
ferri detrudens tradidit in iudicio puniendos
reseruari. De hoĩbus quoqꝫ viuis ac mortuis
iudicandis hec ait beatꝰ paulus. Testificor co-
raz deo ⁊ xp̄o iesu: qui iudicaturꝰ ẽ viuos ⁊ mor
tuos ⁊ aduentũ ipsius ⁊ regnũ eius. In cuiꝰ ad-
uentu ab illo primi hoĩs corpore qđ deꝰ de ter-
ra plasmauit vsqꝫ ad omniũ hoĩum corpora q̃
aĩata quãdoqꝫ viuere ceperũt ab illo resuscita-
bunt̃: a quo operãte creata sunt. Singula vero
corpora illis singulis suis aĩabus in resurrectio
ne reddent̃: quas in maternis vt viuere incipe-
rent vẽtribus hr̄e ceperũt: vt. s. anime illo exa-
mine iusti iudicis: i eisdez singulis corporibꝰ su-
is accipiant retributionez siue regni siue suppli
cij: in q̄bꝰ siue bonã siue malã qualitatẽ vite pre
sentis habuerit. Qualitas aũt male vite ab in-
fidelitate icipit: q̃ ab originalis peccati reatu ini
tium sumit: In quo quisq̄s viuere ita incipit: ut
ante finiat vitã: quã ab eius obligatione solua
tur: si vnius diei vel vnius hore spacio anima
illa uixit in corpore: necesse est eam cuz eodem
corpore interminabilia gehenne sustinere sup-
plicia vbi diabolus cum angelis suis i eternum

arsurus est: qui ⁊ primus peccauit: ⁊ peccatum
primis hominibus persuasit. Ubi cum eo etiaꝫ
fornicarij: idolis seruiētes: adulteri. moles ma
sculorum cōcubitores: fures: auari: ebriosi: ma-
ledici: rapaces: ⁊ omnes qui opera carnis agūt
de quibus beatus dicit apostolus: qꝛ regnū dei
non consequentur: si ante huius vite terminuꝫ
a vijs suis malis ꝯuersi non fuerint: eternis igni
bus exurentur. Omnis enim homo qui in hoc
seculo vsqꝫ ad finem in iniquitatum delectatio
ne: ⁊ cordis obduratione permanserit: sicut hic
eum noxia criminum delectatio tenuit: sic euꝫ
sine fine sempiterna cruciatio retinebit. Erit. n.
etiam iniquorum resurrectio: sed sine imutatio
ne quam solis fidelibus ⁊ ex fide iuste viuenti-
bus daturus est deus. Hoc est enī quod ait apo
stolus paulus. Omnes quidem resurgemus sꝫ
non omnes immutabimur: Ostendens autem
iustos diuino munere commutandos ait: ⁊ nos
immutabimur. Habebunt ergo iniqui cum iu
stis resurrectionem carnis communem: immu
tationis tamen gratiaꝫ non habebunt: que da
bitur iustis. Quoniam a corporibus impioruꝫ
non auferetur corruptio ⁊ ignobilitas ⁊ infirmi
tas in quibus seminantur. Que ob hoc morte
non extinguentur: vt illud iuge tormētum cor-
pori atqꝫ anime sit mortis eterne suppliciū. Ju
ste vero hic quas hic redēptor deus gratis ex
fide iustificauit ⁊ iustificatis bene viuēdi vsqꝫ
in finē ꝑseuerantiam tribuit: in ipsis corporibꝰ
in quibus hic iustificatiōis gratiam diuinitus
acceperunt: ⁊ in quibus iustificate ꝑ fideꝫ: ī cha
ritate dei primiqꝫ vixerunt: regni celestis eter
na beatitudine potientur: glorificatis etiaꝫ cor
poribus suis que sine dubio carnis natura quā
deus creauit veraciter permanente: non sic vt
hic anīalia sed spiritualia tunc habebunt. Sā
ctorꝫ enim seminatur corpus animale: surget
spirituale. In his ꝑ illam immutationeꝫ que so
lis dabitur iustis implebitur: qđ oportere dicit
apostolus: vt corruptibile hoc induat incorru-
ptionē: ⁊ mortale hoc induat immortalitatem
Jn quibus sexus masculinus vel femininus si
cut eadeꝫ corpora creata sunt remanebit. Quo
ruꝫ gloria erit ꝓ factorꝫ bonoruꝫ diuersitate di
uersa. Omnia tamen corpora siue masculoruꝫ
siue feminarꝫ q̄cūqꝫ ī regno illo erūt gl'iosa erūt.
Jlle autē iudex nouit quantam vnicuiqꝫ sit da
turus gloriam: q in hac vita per misericordiaꝫ
gratis iustificando preuenit: quos illic per iusti
ciam glorificare disponit. Tempus vero acq
rendi vitam eternam: in ista tm̄ vita deus ho-
minibus dedit: vbi voluit esse etiā penitentiā
fructuosaꝫ. Jdeo autē hic penitentia fructuosa
ē: qꝛ potest hic homo deposita malicia bene vi

uere: ⁊ mutata voluntate merita simul operaqꝫ
mutare: ⁊ in timore dei ea gerere qua placeant
deo. Quod qui in hac vita non fecerit: habebit q
dem penitentiam in futuro seculo de malis su
is: sed indulgentiam in conspectu dei non iue-
niet: qꝛ ⁊ si erit ibi stimulus penitudinis: nulla ta
men ibi erit correctio voluntatis. A talibꝰ eniꝫ
iniquitas sua ita culpabitur: vt nullatenus pos-
sit ab eis vel diligi vel desiderari iustitia. Uo
luntas enim eorꝫ talis erit: vt habeat in se sem
per malignitatis sue supplicium: nunq̄ꝫ tm̄ per-
cipere possit bonitatis affectuꝫ. Quia sicut illi q
cum christo regnabunt: nullas in se male volū-
tatis reliquias habebunt: ita illi qui erunt ī sup
plicio ignis eterni cum diabolo ⁊ eius angelis
deputati: sicut nullam vlterius habebunt requi
em: sic nullatenus bonam habere poterunt vo
luntatem. Et sicut coheredibus christi dabi-
tur perfectio gratie ad eternam gloriam: sic cō-
sortibus diaboli cumulabit ipsa malignitas pe
nam: quando exterioribus deputati tenebris:
nullo illustrabuntur interiore lumine veritatis
¶ Proinde omni homini in hac vita potest esse
vtilis penitentia: quā quocunqꝫ tempore homo
egerit quālibet iniquus: quamlibet annosus: si
toto corde renunciauerit peccatis preteritis: ⁊
pro eis in conspectu dei: nō solum corporis: sed
etiam cordis lachrymas fuderit: ⁊ malorū ope
rum maculas bonis operibus diluere curaue-
rit: omnium peccatorum indulgētiam mox ha
bebit. Hoc enim nobis dominus prophetico
promittit eloquio dicens. Si conuersus fueris
⁊ ingemueris saluus eris. Et alio loco dicitur.
Fili peccasti: ne adijcias iterum: sed ⁊ de prete
ritis deprecare. vt tibi dimittantur. Nunquaꝫ
peccanti esset indicta pro peccatis deprecatio: si
deprecanti non esset remissio concedenda. Sꝫ
etiam penitentia peccatori tunc prodest: si eam
in ecclesia catholica gerat. Cui deus in persōa
beati petri ligandi soluendiqꝫ tribuit potestatē
dicens. Que aligaueris super terram erunt
ligata: ⁊ in celis: ⁊ que solueris super terram
erunt soluta ⁊ in celis. in quacunqꝫ igitur homo
etate veram peccatorum suorum penitentiam
egerit: ⁊ vitam suā deo illuminante correxerit:
non priuabitur indulgentie munere: qꝛ deus si-
cut per prophetam dicit: non vult mortem mo
rientis: sed vt reuertatur a via sua mala ⁊ viuat
anima eius. Ueruntamen nullus hominuꝫ de-
bet sub spe misericordie dei in suis diutius re-
manere peccatis: cum etiam in ipso corpore ne
mo velit sub spe future salutis diutius egrotare
Tales enīꝫ qui ab iniquitatibus suis recedere
negligunt: ⁊ sibi de deo indulgentiam repromit
tunt: nōnunquā ita preueniuntur repentino dei

furore: vt nec conuersionis tempus: nec bene-
ficiũ remissionis inueniant. Ideo vnumquemq3
nostrum sancta scriptura benigne premonet di
cens: Ne tardaueris conuerti ad deũ: ⁊ ne dif
feras de die in diem: subito enim veniet ira ei⁹
⁊ in tempore vindicte disperdet te. Dicit etiã
beatus dauid. Hodie si vocem eius audieri-
tis: nolite obdurare corda vestra. Cui beatus
quoq3 Paulus concordat his verbis: Uidete
fratres: ne forte sit in aliquo vestrum cor malũ
incredulitatis discedẽdi a deo viuo: sed adhor
tamini vosmetipsos per singulos dies: donec
hodie cognominatur: vt nõ obduretur: quia ex
vobis fallacia peccati: Obduratus igitur vi-
uit: siue qui non conuertitur desperans de indul
gentia suorum peccatorum: siue qui sic miseri-
cordiam dei sperat: ⁊ vsque in finem vite pre-
sentis in suorum criminuz peruersitate perma
neat. Proinde diligentes misericordiam dei
metuentesq3 iustitiam: nec de remissione pecca
torum desperemus: nec remaneamus in pecca
tis: scientes quia illa omnium hominum debi
ta sit exactura equitas iustissimi iudicis: que nõ
dimiserit misericordia clementissimi redem-
ptoris: Sicut enim misericordia suscipit absol
uitq3 conuersos: ita iusticia repellit punitq3 ob
duratos. Hi sunt qui peccantes in spiritumsan
ctum: neque in hoc seculo neque in futuro re-
missionem accipient peccatorum. Ideo autem
omnis anima intellectualis spiritus est: vt que
rat agnoscat atq3 discernat: ⁊ tẽpus operuz suo
ruz pro quibus receptura est in iudicio que ordi
nauit diuina iusticia: ⁊ eiusdẽ retributionis tẽ-
pus quo non etiã licebit, aut opera mutare: aut
remissionez peccatoꝝ suoruz de diuina miseri-
cordia vtiliter postulare. Ceteri vero spiritus
oĩuz aĩaliuz quibus nõ est intellectus: q2 quidã
eoꝝ de terra: quidaz de aquis originez ducunt
de aquis eniz sunt reptilia ⁊ volatilia: de terra
vero quedaz que reptant: quedaz vero que gra
diuntur exorta sunt: tandiu spiritus sunt: q3diu
in corporibus viuunt. Anima quippe que rati
onis capax diuinitus facta non est: cũ carne sua
⁊ incipit ⁊ desinit viuere: quia quando corpori
vitam non tribuit: ⁊ ipsa non viuit. Atque
ita miro modo cum omni carni anima sit causa
viuendi: spiritus tamen irrationalis tãdiu vi-
uit: quandiu in carne manere potuerit: ⁊ dum
a carne sua separatur extinguitur. Ita fit vt cũ
ipse vita carnis sue sit: viuere ipse nequeat quã
do vitaz carni subministrare destiterit. Et nõ
sit caro cui vitam dare valeat: ipse quoq3 eã pro
tinus non habebit. Ideo nec eternitas irratio-
nalibus spiritibus data est: nec aliquod eis iu-
diciũ preparatur: in quo eis vel beatitudo ꝓ bo
nis: vel dãnatio pro malis reddatur operibus
Ideo autez in eis nulla operuz discretio require
tur: q2 nullã intelligendi facultatez diuinitus ac
ceperunt. Propterea ergo eoꝝ corpora resur-
rectura nõ sunt: q2 nec ipsis animabus eorũ aut
equitas aut iniquitas fuit: pro qua eis eterna
vel beatitudo sit tribuenda vel pena. Illa igit̃
aĩalia presentis seculi cursuz atq3 ornatum s3
creatoris incomprehensibilem peragunt volũ
tatez: que de suis factis nullã rationez reddítu
ra sunt: q2 rationalia nõ sunt. Nunqd enim de
bobus cura est deo. Hoĩes vero q2 rationales
facti sunt: ⁊ de se ⁊ de oĩbus reb⁹ quas in vsum
vite pñtis acceperũt: rõnez reddituri sunt deo:
⁊ ꝓ suoꝝ actuũ qualitate recipient aut penã aut
gloriaz. Oẽs.n. nos manifestari oportet ante
tribunal xp̃i: vt recipiat vnusq̃sq3 ꝓpria corpis
ꝓut gessit: siue bonũ siue malũ: Tũc.s.cũ s3 ip̃⁹
nostri creatoris ac redẽptoris eloquiũ oẽs qui ĩ
monumentis sũt audiẽt vocẽ eius ⁊ procedẽt
q bona fecerũt in resurrectionẽ vite: q vero ma
la egerũt in resurrectionẽ iudicij: vt.s. qui mala
egerũt eãt in ꝯbustionẽ eternã cũ diabolo princi
pe oĩuz maloꝝ sempˀ arsuri: q vero bõa fecerũt
eant in vitã eternaz regnaturi sine fine cuz xp̃o
rege oĩuz seculoꝝ. Illi autez cum christo regna
bunt quos deus gratuita bonitate sua predesti
nauit ad regnũ. Quia.n. tales predestinãdo pre
parauit: vt regno digni essent: preparauit vtiq3
s̃m propositũ vocãdos vt obediãt: preparauit
iustificãdos: vt accepta gratia recte credãt: ⁊ be
ne viuant: preparauit etiã glorificãdos: vt chri-
sti coheredes effecti regnũ celoruz sine fine pos
sideant. Ad quod regnũ diuersis tẽporibus per
sacramenta que ad fidez incarnationis sue chri
stus instituit: illi peruenerunt quos deus gratis
nullo bone voluntatis vel boni operis meri-
to precedente saluauit. quemadmodum ex illo
tempore quo saluator noster dixit: Si quis non
renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritusancto non po-
test introire in regnum dei absque sacramento
baptismatis: preter eos qui in ecclesia catho-
lica sine baptismate pro christo sanguinem fun-
dunt: nec regnum celorum potest quisquam ac-
cipere: nec vitam eternam. Quia si in heresi q̃
cunq3 vel scismate: quisquaz in nomine patris
⁊ filij ⁊ spiritussancti baptismi sacramentuz ac-
ceperit: integrum sacramentum accipit: sed sa
lutem que virtus est sacramenti non habebit
si extra catholicam ecclesiam ipsum sacramen
tum habuerit. Ergo ideo debet ad ecclesiam
redire: non vt sacramentum baptismatis ite-
rum accipiat: quod nemo debet in quolibet ho
mine baptizato repetere: sed vt in catholica so
cietate vitam eternam accipiat. Ad quaz ob-

tinendam nunquaʒ potest esse idoneus. qui cū sacramento baptismatis ab ecclesia catholica remanserit alienus. Qui si elemosynas largas faciat. ⁊ pro nomine christi etiā sanguinem fundat. pro eo ꝙ in hac vita non tenuit ecclesie catholice vnitatem nō habebit eternam salutem Ubi eniʒ cuiqʒ prodesse potest baptismus. ibi prodesse ⁊ elemosyna potest. Baptismus aūt extra ecclesiam quidem esse potest: sed nō nisi in ecclesia prodesse potest. In ecclesia igitur tātūmodo catholica potest vnicuiqʒ prodesse ⁊ ꝑceptio baptismatis ⁊ opera misericordie: ⁊ nois christi gloriosa ꝯfessio: si tamē in ecclesia catholica bene viuat. Sicut eni sine ecclie catholice societate: nec baptism⁹ alicui potest ꝓdesse. nec opera misericordie: nisi forte vt mitius torqͣtur: nō tameʒ vt inter filios reputet̄: sic intra ecclesiam catholicam per solum baptismuʒ vita eterna nō acqritur: si post baptismum male viuatur. Naʒ ⁊ ille qui bene viunt debēt operib⁹ misericordie indesinenter insistere: scientes se licet leuia nōnulla tamen quotidie contrahere peccata: pro quib⁹ etiā sancti ⁊ iusti in hac vita semper deo dicere debent. Dimitte nobis debita nostra: sicut ⁊ nos dimittimus debitorib⁹ nostris. Que peccata quāto in rebus licitis ⁊ a deo cocessis frequenter homibus subrepunt. ⁊ quanto magis fortioribus cibis corpus impletur: ⁊ carnalibus cor homis actib⁹ affectibusqʒ implicatur: tanto frequētior culpa in hac mortalitate ꝯtrahit̄. Propterea humiles serui christi qui cupiunt dn̄o suo sine impedimento. ⁊ absqʒ animi noxia occupatione seruire cōiugia omnio nō appetunt ⁊ a carnibus ⁊ vio abstinēt. inquātum corporis valitudo permittit. nō quia peccatum est aut cōiugem habere: aut vinum carnesue percipere. Nam beatus apostolus dicit quia omnis creatura dei bona est. ⁊ nihil reijciēdum quod cū gratiarū actiōe ꝑcipitur sanctificatur eni per verbū dei: ⁊ oratiōnē. Cōiugiū quoqʒ in primis hominib⁹ deus instituit: ⁊ benedixit. Propter qd̄ apostolus ait: Honorabile cōnubiū in omnibus ⁊ thorus immaculatus. Igit̄ serui dei in eo qr a carnibus ⁊ a vino abstinēt. nō tanqʒ res immūdas refugiūt: sed mūdioris vite instituta sectantur. Et in eo ꝙ cōiugia non habent: nō nuptiarum bonum crimē esse existimant: sed cōtinētiam iugem bonis nuptijs meliorem esse nō dubitant. Isto quā maxime tempore: quādo dicitur de cōtientia: qui potest capere capiat. De nuptijs vero dicitur: qui se nō cōtinet nubat. In vna enim ratione virtus exorit̄: in altera infirmitas remedio subleuat̄ Unde quia egritudini semper est cōsulendum propterea si cui primo cōtigerit priuari cōiugio: si voluerit secūdas vel tertias inire nuptias: nullum de illis peccatum habebit: si eas caste seruauerit: id est si vnus ⁊ vnus legitime dūtaxat cōiuncti fidem seruēt: vt nec ille mulieri preter vxorem: nec illa viro ꝑter maritū vllatenus misceatur. In talibus ⁊ si fuerit aliquis cōiugalis excessus qui tamē legitimū nō violat thoruʒ habebit nōnullū sed veniale peccatū Sed hec illorum sunt: qui nullam vouerūt cōtinentiam deo. Ceterum quiquis seipm̄ castrauerit ꝓpter regnum celorum: ⁊ in corde suo cōtinētiaʒ deo vouerit: nō soluʒ si mortifero fornicationis crimine maculet̄: verum etiā si aut vir vxorē accipere: aut mulier nubere voluerit secundū apostoli sentētiā damnationē habebit: quia primā fidem irritaʒ fecit: Sicut ergo secundum apostoli sententiam: dignum est vt vxori vir debitum reddat: similiter vxor viro: quia si quis acceperit vxorē nō peccat. ⁊ si nupserit virgo nō peccat: ita secūdū eiusdē apostoli dictū q statuit in corde suo firmus nō habēs necessitateʒ: potestatem aūt habens sue voluntatis: ⁊ vouerit cōtinētiā deo: debet eā vsqʒ in finem tota mentis solicitudine custodire: ne dānationē habeat: si primaʒ fidē irritā fecerit: Similiter ⁊ cōiugati viri ⁊ cōiugate mulieris si ex cōsensu perenneʒ vouerint cōtinētiā. nouerint se sui voti obnoxios detineri: nec iam sibi debere cōmixtioneʒ carnis quā primitus licitam habuerūt: sed deo se debere cōtinentiā quā vouerunt. Tunc eniʒ vnusquisqʒ regnum celoruʒ quo factis promittitur possidebit si obliuiscens que retro sunt. ⁊ in anteriora extendens seipm̄. secundum ꝙ in psalmis dicitur: vouete ⁊ reddite domino deo vestro. quod scit esse licitum ⁊ ad profectū melioris vite pertinere cognoscit: ⁊ libenter voueat: ⁊ celeriter reddat: ⁊ in hoc quia votū reddit meliore semper conatu proficiat. Omni enim voventi deo ⁊ reddēti quod vouit. ipse quoqʒ deus reddet celestis regni premia que promisit.

Capitulum prime regule fidei recte.

FIrmissime itaqʒ tene ⁊ nullatenus dubites: patrē ⁊ filium ⁊ spiritumsanctum vnū esse naturaliter deū. in cuius nomine baptizati sumus. Cum eniʒ aliud nomē sit pater: aliud filius: aliud spiritussanctus. hoc est vtiqʒ vnū nature nomē hoꝝ triū qd̄ dr̄ de⁹ Qui dicit in deuteronomio. Uidete qm̄ ego sū deus: ⁊ nō est alius preter me. Et de quo dicit

Audi israel dominꝰ deus tuus deus vnus est. Et dominum deum tuum adorabis. ⁊ illi soli seruies.

Capitulum secunde regule.

Firmissime tene ⁊ nullatenꝰ dubites patrem ⁊ filium ⁊ spiritũsanctũ: idest sanctam trinitatem: esse solum naturaliter verum deum. Quia cum tres deos nobis colere nõ liceat: nisi vnũ soluz verũ deum: tamẽ sic pater verus deus dicit testãte apostolo qui ait Conuersis estis ad deum a simulacris: seruire deo viuo ⁊ vero: ⁊ expectare filium eius de celis quẽ suscitauit a mortuis iesum: ita quoqꝫ filium verum deũ ioannes cõmẽdat apostolus dicẽs Scimus qꝛ filius dei venit: ⁊ dedit nobis intellectum vt cognoscamus verũ deuz: ⁊ simus in vero filio eiꝰ iesu christo. Hic ẽ verꝰ deꝰ ⁊ vita eterna. Qui vtiqꝫ quoniã verus deus ẽ: etiã veritas est: sicut ipe nos edocet dicẽs: Ego suz via. ⁊ veritas ⁊ vita. De spiritu quoqꝫ sancto ioannes apostolus ait. Quia spiritus ẽ veritas Et vtiqꝫ nõ potest naturaliter deꝰ verus nõ esse: qꝛ veritas est. Quẽ etiã deum paulus apostolus cõfitetur dicẽs: Membra vestra templuz sunt spũssancti qui in vobis est: quez habetis a deo ⁊ nõ estis vestri. Empti enĩ estis precio magno. glorificate ⁊ portate deũ in corpore vestro.

Capitulum. iii.

Firmissime tene ⁊ nullatenus dubites: patrem ⁊ filium ⁊ spiritumsanctum: id est sanctã trinitatẽ vnum verum deum sine initio senpiternũ esse. Propter ꝗ scriptuz est. In principio erat verbũ: ⁊ verbũ erat apud deum: ⁊ deus erat verbuz. Hoc erat in principio apud deum. Hec denuo sempiternitas intimat. vbi dicitur in psalmo. Deus aũt rex noster ante secula. Et alio loco. Sempiterna quoqꝫ eius virtus ⁊ diuinitas.

Capituluz. iiii.

Firmissime tene ⁊ nullatenus dubites sanctã trinitatẽ solum verum deũ: sicut eternũ ita solum naturaliter incõmutabilẽ esse. Hoc enim significat cũ dicit seruo suo moysi. Ego sum qui sum. Hinc ⁊ psalmus dicit. In principio domine terraz fundasti: ⁊ opa manuuz tuarum sunt celi. Ipi peribũt tu autem permanes: ⁊ omnes sicut vestimẽtum veterascent. Et sicut opertoriuz mutabis eos ⁊ mutabuntur. tu autem idem ipe es.

Capitulum. v.

Firmissime tene ⁊ nullatenus dubites sãctam trinitatẽ solum esse verum deum rerum omniuz visibiliũ atqꝫ inuisibiliũ creatorez. De quo in psalmo dicitur. Beatus cuius deus iacob adiutor eius: spes eiꝰ in dño deo ipius qui fecit celuz ⁊ terrã: mare ⁊ omnia que in eis sunt. De quo etiam apostolus dicit: Quoniam ex ipo ⁊ per ipm ⁊ in ipo sunt omnia ipi gloriam in secula.

Capitulum. vi.

Firmissime tene ⁊ nullatenꝰ dubites patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti vnam quidez esse naturam: tres vero esse personas. patrẽqꝫ solum esse qui dixit. Hic est filius meꝰ dilectus in quo mihi bene cõplacui ⁊ filium solum etiam super quẽ vox illa solius patris sonuit. quando in iordane secundum carnẽ baptizatus est vnigenitus deus qui carnem solus accepit. ⁊ spiritũsanctuz patris ⁊ filij soluz esse qui in specie collumbe super christum baptizatum ⁊ ascedẽtem ab aqua descendit: ⁊ quinquagesimo die post resurrectionẽ christi fideles in vno loco positos in linguarum ignearũ visione adueniens repleuit. Illam vocem quã solus locutus est pater deus: ⁊ illam carnem qua solus homo factus ẽ vnigenitus deus: ⁊ illã collumbã in cuius specie spiritussãctus super christũ descendit: illasqꝫ linguas igneas in quaruz visione fideles apostolos in vno loco cõstitutos repleuit: opera esse totius sancte trinitatis: id est vnius dei qui fecit omnia i celo ⁊ in terra visibilia ⁊ inuisibilia.

Capitulum. vij.

Firmissime tene ⁊ nullatenus dubites solum deum filium: id est vnam ex trinitate personam solius patris esse filiũ spiritum vero sanctum ipm quoqꝫ vnã ex trinitate personam nõ solius patris. sed simul patris ⁊ filij esse spiritum. Ostendens enĩ dei filius se solum eẽ de patre genitũ ait. Sic enĩ deus dilexit mundum: vt filium suum vnigenitum daret. Et paulo post. Qui aũt nõ credit: iam iudicatus est: quia nõ credit in nomine vnigeniti filij dei. Spiritum autem sanctum ⁊ patris ⁊ filij esse spirituz apostolus docet qui ait: Uos autem nõ estis in carne: sed in spiritu: si tamẽ spiritus dei habitat in vobis. Et sequitur. Siqs autem spiritum christi non habet: hec non est eius.

Capitulum. viij.

Firmissime tene ⁊ nullatenus dubites eundem spiritũsanctum qui patris ⁊ filij vnus est spiritus de patre ⁊ filio procedere. Dicit enim filius. Cum venerit spiritus veritatis qui a patre procedit. Ubi suum spiritum esse docuit: qꝛ ipe est veritas. De filio quoqꝫ ꝓcedere spũm sanctũ. ꝓphetica atqꝫ apostolica doctrina nobis cõmendat. Esaias eniz dicit de filio. percutiet terrã virga oris sui: ⁊ spũ labioꝝ suoꝝ iterficiet impiũ. De quo aplꝰs ait

Quem interficiet dominꝰ iesus spiritu oris sui Queꝫ etiã ipse vnicus dei filius spiritum oris sui esse significans post resurrectionẽ suaꝫ insufflans in discipulos ait. Accipite spiritũsanctuꝫ De ore vero ipsius domini iesu ait ioannes in apocalipsi. qꝛ gladius vtraqꝫ parte acutus procedebat. Ipse vero spiritus oris eius: ipse est gladius qui de ore eius procedit.

Capitulum. ix.

Firmissime tene ⁊ nullatenus dubites trinitatem deuꝫ immẽsam esse virtutẽ nõ mole: ⁊ omnẽ creaturã spiritualem atqꝫ corporalem virtute eius ⁊ presentia contineri. Dicit enim deus pater. Celum ⁊ terrã ego impleo. Dicit etiã de sapiẽtia dei que filius est eiꝰ qꝛ attingit a fine vsqꝫ ad finẽ fortiter: ⁊ disponit omnia suauiter. De spiritu quoqꝫ sancto legimꝰ qꝛ spiritus dei replenit orbeꝫ terrarum. Et dauid ppheta dicit: Quo ibo a spiritu tuo: ⁊ quo a facie tua fugiã si ascendero in celum tu illic es: ⁊ si descendero ad infernum ades.

Capitulum. x.

Firmissime tene ⁊ nullatenus dubites: vnam ex trinitate personam: idest dei filium: qui de natura dei patris solus natus est: ⁊ vnius eiusdemqꝫ nature cuꝫ patre est: ipsum in plenitudine temporis ſm susceptionẽ forme seruilis voluntarie in virgine cõceptuꝫ ⁊ de virgine natũ: verbũ carnẽ factũ: ipꝫ quoqꝫ esse qui essentialiter natus est de patre: ⁊ essentialiter cõceptus est natusqꝫ de virgine: ipsũqꝫ vnum esse ⁊ vnius nature cum virgine qꝛ ait ꝺ deo patre. Ante secula fundauit me: ⁊ ante oẽs colles generauit me. De quo etiã dixit apostolus. Quia cũ venit plenitudo tẽporis misit deꝰ filiũ suum factũ ex muliere factũ sub lege.

Capitulum. xi.

Firmissime tene ⁊ nullatenꝰ dubites christum filium dei sicut de deo patre plenũ perfectũqꝫ deũ: ita de virgine matre: verum perfectũqꝫ hominẽ genitũ: idest verbũ deũ habentẽ. s. sine peccato verã nostri generis, carnem ⁊ animaꝫ rationalem. Quod ipse dei filius euidẽter ostendit dicens de carne sua. Palpate ⁊ videte: qꝛ spiritus carnẽ ⁊ ossa nõ habet: sicut me videtis habere. Animã quoqꝫ se habere his verbis ostendit dicẽs. Propterea me pater diligit: qꝛ ego pono aiam meã: ⁊ iterũ sumo eam. Intellectũ quoqꝫ anime se habere ostẽdit in eo quod ait. Discite a me: qꝛ mitis sum ⁊ humilis corde. Et de ipso deus per prophetã dicit. Ecce intelliget puer meus: ⁊ exaltabit ⁊ sublimis erit valde. Nam ⁊ beatus petrus ſm sancti dauid prophetiam in christo carnẽ ⁊ aiam confitetur. De ipso eni beato dauid loquens ait. Propheta igitur cum esset ⁊ sciret quia iureiurando iurasset illi deus de fructu lumbi eius sedere super sedem eius: prouidens locutus est de resurrectione christi: quia neqꝫ derelicta est aia eius in inferno: neqꝫ caro eius vidit corruptionem.

Capitulum. xij.

Firmissime tene ⁊ nullatenꝰ dubites vnuꝫ filium atqꝫ ipsum esse deuꝫ verum: qui cum patre ⁊ deo ⁊ spiritusancto deo fecit omnia tempora ⁊ in monte synai legem moysi dedit ordinatam per angelos: ⁊ ipsum deũ verbum carnem factũ: qui veniẽte plenitudine tẽporis: missus a patre factus est ex muliere quaꝫ fecit: solus factus est sub lege quam dedit.

Capitulum. xiij.

Firmissime tene ⁊ nullatenꝰ dubites dei verbũ quod caro factũ est duas naturas incõfusibiliter permanere. Unam veram diuinã: quam habet cũ patre cõmunem: ſm quã dicit: Ego ⁊ pater vnuꝫ sumus: ⁊ qui me videt: videt ⁊ patrem: ⁊ ego in patre: ⁊ pater in me est: ſm quaꝫ eũ dicit apostolus splendorem glorie ⁊ figuram substãtie dei. Alteram veram humanam: ſm quam ipse deus incarnatus dicit: pater maior me est.

Capitulum. xiiij.

Firmissime tene ⁊ nullatenꝰ dubites de uno verbũ carnem factũ: vnam habere diuinitatis sue carnisqꝫ personam. Deus enim verbum plenam naturam humanam ita sibi veraciter vnire dignatus est: ⁊ permanente diuinitate sua: ita verbum caro factũ est: vt quãuis naturaliter non hoc sit verbum qꝺ caro: qꝛ duarum naturarum veritas manet in christo: ſm vnam tamen personam idem verbum caro ab ipso fieret materne conceptionis initio. Deus enim verbum non accepit personam hominis: sed naturam: ⁊ in eternam personam diuinitatis accepit temporalem substantiam carnis. Unus est ergo christus verbum caro factum: qui ⁊ ex patribus ſm carnem: ⁊ super omnia deus benedictus in secula. Unus iesus: cui ⁊ pater dicit. Ex vtero ante luciferuꝫ genui te. Ubi significatur ante omne tempus sine initio eterna natiuitas. Unus iesus: de quo ⁊ euãgelista dicit. Quia vocatum est nomen eius iesus: quod vocatum est ab angelo priusquam in vtero conciperetur.

Capitulum. xv.

Firmissime tene ⁊ nullatenꝰ dubites nõ carnem christi sine diuinitate conceptaꝫ in vtero virginis priusqꝫ susciperetur a verbo: sed ipsum verbum deum sue carnis acceptione conceptum. ipsamqꝫ carnem verbi incarnatione conceptam.

Capitulum. xvj.

FIrmissime tene ⁊ nullatenus dubites ipsum vnigenitum deum verbum carnē factum: se pro nobis obtulisse sacrificiuz ⁊ hostiam deo in odorem suauitatis: cui cuz patre ⁊ spiritusancto a patriarchis: prophetis ⁊ sacerdotibus tempore veteris testamenti animalia sacrificabantur: ⁊ cui nunc idest tempore noui testamenti: cum patre ⁊ spiritusancto: cum quibus illi est vna diuinitas sacrificium panis ⁊ vini in fide ⁊ charitate: sancta ecclesia catholica per vniuersum orbem terre offerre nō cessat. In illis enim carnalibus victimis significatio fuit carnis christi: quam ꝑ peccatis nostris ipse sine peccato fuerat oblaturus: ⁊ sanguinis quē erat effusurus in remissionem peccatorum nostrorum. In isto autem sacrificio gratiarum actio atqꝫ commemoratio est carnis christi quā pro nobis obtulit: ⁊ sanguinis quem pro nobis idem deus effudit. De quo beatus Paulus dicit in actibus apostolorum. Attendite vobis ⁊ vniuerso gregi in quo vos spiritussanctus posuit episcopos regere ecclesiam dei: quam acquisiuit sanguine suo. In illis ergo sacrificijs quid nobis esset donandum figurate significabatur. In hoc autem sacrificio quid nobis iam donatum sit euidenter ostenditur. In illis sacrificijs pronunciabatur filius dei pro impijs occidendus: in hoc autem pro impijs annunciatur occisus: testante apostolo: qꝛ christus cum adhuc infirmi essemus ſm tempus pro impijs mortuus est: ⁊ quia cum inimici essemus reconciliati sumus deo per mortem filij eius.

Capitulum. xvij.

FIrmissime tene ⁊ nullaten⁹ dubites verbum carnem factum: eandem humanam carnem semper veraz habere: qua de virgine verbum deus natus est: qua crucifixus ⁊ mortuus est: qua resurrexit: ⁊ in celum ascensit: ⁊ in dextera dei sedet: qua etiam venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos: propter quod apostoli ab angelis audierūt: Sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celū. Et beatus ioannes ait. Ecce veniet cum nubibus: ⁊ videbit eum omnis oculus: ⁊ qui eum cōfixerunt: ⁊ videbunt eum omnes tribus terre talem.

Capitulum. xviij.

FIrmissime tene ⁊ nullatenus dubites trinitatem deum: idest patrem ⁊ filium ⁊ spiritumsanctum esse naturaliter summum atqꝫ incommutabile bonum: ⁊ ab ipso creatas esse omnes naturas: bonas quidez: quia a summo bono facte sunt: sed mutabiles quia de nihilo facte sunt: nullamqꝫ esse malam naturaz quia omnis natura inquantum natura est: bona est. Sed quia in ea bonum ⁊ minui ⁊ augeri potest: intantum mala dicitur: inquantum bonum eius minuitur. Malum enim nihil aliud est nisi boni priuatio. Unde geminum constat esse creature rationalis malum: vnum quo voluntarie ipsa deficit a summo bono creatore suo: alterum quo inuita punietur ignis eterni supplicio illud passura iuste: qꝛ hoc admisit iniuste: ⁊ que ordinem in se non seruauit diuine institutionis: ordinem diuine nō effugiet vltionis.

Capitulum. xix.

FIrmissime tene: ⁊ nullatenus dubites neqꝫ angelos neqꝫ aliam quamlibet creaturam eiusdem nature esse: cuius est ſm naturalem diuinitatem suam summa trinitas que est vnus naturaliter deus pater ⁊ filius ⁊ spiritussanctus. Neqꝫ enim vnius nature esse poterūt ille qui fecit ⁊ ea que fecit.

Capitulum. xx.

FIrmissime tene ⁊ nullaten⁹ dubites omnem creaturam naturaliter mutabilem a deo incommutabili factam: nec tamē posse quemlibet sanctorum angelorum in deterius mutari: qꝛ sic acceperunt eternam beatitudinem: qua deo stabiliter perfruuntur. vt ea carere nō possint. Sed hoc ipsum quod ab illo statu beatitudinis in quo sunt mutari in deterius nullatenus possunt: nō est eis naturaliter insitum: sed postquam creati sunt gratie diuine largitate collatum. Si enim angeli naturaliter incommutabiles fierent: nunqꝫ de eorum cōsortio diabolus ⁊ eius angeli cecidissent.

Capitulum. xxj.

FIrmissime tene ⁊ nullatenus dubites in omni creatura: quam spiritualem atqꝫ corpoream summa trinitas fecit: solos spiritus angelicos: ⁊ humanos intelligendi facultatez diuinitus accepisse. Ceteros vero spiritus brutorum animalium rationalem intelligentiam non accepisse. Propter quod dicitur hominibus. Nolite fieri sicut equus ⁊ mulus: quibus non est intellectus. Et ideo animas hominum ⁊ animas pecorum vnius nature non eē: nec animas pecorum in homines: nec animas hominum in pecora posse transire.

Capitulum. xxij.

FIrmissime tene ⁊ nullaten⁹ dubites primos homines: idest adam ⁊ mulierem eius: bonos ⁊ rectos: ⁊ sine peccato creatos cum libero arbitrio quo possent humili ⁊ bona voluntate seruire: atqꝫ obedire: quo arbitrio etiam possent si vellent propria voluntate peccare: eosqꝫ nō necessitate sed propria voluntate peccasse illoqꝫ peccato sic in deterius mu-

tatam humanam naturam: vt non solum in ipsis primis hominibus per peccatum mors obtineret regnum: sed etiam in omnes homines transiret peccati mortisq3 dominium.

¶ Capitulum. ¶ xxiij.

FIrmissime tene ⁊ nullaten⁹ dubites omnem hominem qui per concubitum viri ⁊ mulieris cōcipitur cum peccato originali nasci: impietati subditum: mortiq3 subiectum: ⁊ ob hoc natura ire filium nasci: de qua dicit apostolus. Eramus ⁊ nos natura filij ire: sicut ⁊ ceteri. A qua ira nullus liberabitur nisi ꝑ fidem mediatoris dei ⁊ hominum hominis iesu christi: qui sine peccato conceptus: sine peccato natus: sine peccato mortuus: peccatum pro nobis factus est: idest sacrificium factus est pro peccatis nostris. In veteri quippe testamento peccata dicebantur sacrificia: que pro peccatis offerebantur: in quibus omnibus fuit significatio christi: quia ipse est agnus dei qui tollit pecca ta mundi.

¶ Capitulum. ¶ xxiiij.

FIrmissime tene ⁊ nullaten⁹ dubites nō solum homines iam ratione vtentes: verumetiam paruulos qui siue in vteris matrum viuere incipiunt ⁊ ibi moriuntur: siue cū de matribus nati sine sacramēto sancti baptismatis quod datur in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti: de hoc seculo transeunt. ignis eterni supplicio puniendos: q2 ⁊ si proprie actionis peccatum nullum habuerunt: originalis tamen peccati damnationem carnali conceptiōe: ⁊ natiuitate traxerunt.

¶ Capitulum. ¶ xxv.

FIrmissime tene ⁊ nullaten⁹ dubites: iō christum filium dei ad iudicandos viuos ⁊ mortuos venturum: vt homines quos hic dono sue gratie gratis per fidem iustificat: eisdemq3 iustificatis in fide ⁊ charitate sancte matris ecclesie vsq3 in finem perseuerantiam donat in suo aduentu resuscitet ⁊ glorificet: ⁊ ꝯm promissionem suam equales sanctis angelis faciat: ⁊ ad eum statum perducat in quo ꝑfecte quātum vnicuiq3 donat deus boni sint: ⁊ ab ipsa perfectione deinceps mutari nō possint vbi diuersa erit sanctorum gloria: sed vna erit omnium vita eterna. Diabolum vero ⁊ angelos eius in ignem eternū a christo esse mittēdos vbi nunq3 carebūt pena: quam eis preparauit diuina iusticia. Cū ipso etiam diabolo impios ⁊ iniquos hoies de quibus scriptura dicit. imitātur autē eū qui sunt ex parte illius: pro eo q2 eū in malis operibus imitati sunt: ⁊ ante finē pñtis vite cōgruā pñiam nō egerūt: resumptis corporibus supplicio eterne combustionis arsuros.

¶ Capitulum. xxvj.

FIrmissime tene ⁊ nullaten⁹ dubites oibus hominibus ⁊ bonis ⁊ malis resurrectionē carnis in aduētu dñi futurā esse cōez. retributōez vero iusticie dei esse bonis malisq3 dissimilē ꝯm q apostolus ait. q2 oēs resurgemus: s3 nō oēs imutabimur. Immutabūtur aūt iusti qui ibūt in vitā eternā. Qđ apostolus ōndit dicēs. Et mortui resurgēt icorrupti ⁊ nos imutabimur. Et ostēdēs que erit ipa imutatio adiecit. Oportet.n. corruptibile hoc induere incorruptionē: ⁊ mortale hoc induere imortalitatē. In iustoꝝ corporibus fiet qđ ipse apostolus ait. Seminat in corruptiōe: surget i incorruptione. Seminat in ignobilitate: surget in gloria. Seminat i infirmitate: surget in virtute. Seminat corpus aiale: surget corpus spirituale. Qđ ꝑpterea spirituale dixit: nō q2 ipsu3 corpus spūs erit: sed q2 viuificāte spiritu imortale atq3 incorruptibile permanebit. Sic aūt tūc dicit spirituale corpus cū nō spūs sit: sed maneat corp⁹ sicut nūc aiale dicit cū tū inueniat nō aia esse s3 corpus.

¶ Capitulum. ¶ xxvij.

FIrmissime tene: ⁊ nullatenus dubites exceptis illis qui pro noie xpi suo sanguine baptizātur: nullū hoiem acceptuꝝ vitaz eternā qui nō hic a malis suis fuerit ꝑ pñiaz fideq3 cōuersus: ⁊ per sacramētum fidei ⁊ penitentie: idest per baptismū liberatus: ⁊ maiorib⁹ quidē necessariū eē ⁊ pñiam de malis suis agere: ⁊ fidem catholicam ꝯm regulā veritatis tenere: ⁊ sacramētū baptismatis accipere: paruulis vero qui nec ꝑpria volūtate credere: nec penitētiā pro peccato qđ originaliter trahūt agere pñt: sacrm fidei qđ est sanctū baptisma q3diu rōis etas coꝝ capax eē nō pt sufficere ad salutē

¶ Capitulum. ¶ xxviij.

FIrmissime tene ⁊ nullaten⁹ dubites neminē hic posse hoium pñiam agere: nisi quē de⁹ illuminauerit ⁊ gratuita sua miseratione ꝯuerterit: Apostolus.n. dicit. Ne forte det illis deus pñiam ad cognoscēdam veritatem: ⁊ resipiscant a diaboli laqueis.

¶ Capitulum. ¶ xxix.

FIrmissime tene ⁊ nullaten⁹ dubites posse quidē hoiem quē nec ignorātia lraꝝ nec aliqua ꝓhibet imbecillitas vel aduersitas verba sancte legis ⁊ euāgelij: siue legere siue ex ore cuiusq3 ꝑdicatoris audire: s3 diuinis mādatis obedire neminē posse: nisi quē de⁹ grā sua ꝑuenerit: vt qđ audit corpe corde ēt ꝑcipiat: ⁊ accepta diuinit⁹ bona volūtate atq3 virtute mādata facere ⁊ velit ⁊ possit. Neq3 enim qui plātat est aliqđ: neq3 qui rigat: sed qui incrementū dat deus: qui etiā operat in nobis ⁊ velle ⁊ perficere pro bona voluntate.

Capitulum. xxx.

Firmissime tene ⁊ nullatenꝰ dubites deo incōmutabili non solum preterita ⁊ presentia: sed etiam futura omnia incōmutabiliter esse notissima. cui dicit. Deus qui occultoꝝ es cognitor: qui scis omnia anteq̃ fiant.

Capitulum. xxxi.

Firmissime tene ⁊ nullatenꝰ dubites trinitatem deum incōmutabilem: rerum omnium atqꝫ operꝝ tam suoꝝ q̃ humanorum certissimuz cognitorem. ante omnia secula, scire quibus esset per fidem gratiam largiturus: sine qua nemo pōt ex initio mundi vsqꝫ in finem a reatu peccati tam originalis q̃ actualis absolui. Quos enim deus presciuit: ⁊ predestinauit conformes fieri imaginis filij sui.

Capitulum. xxxij.

Firmissime tene ⁊ nullatenꝰ dubites omnes quos vasa misericordie gratuita bonitate deus fecit: ante cōstitutionem mundi in adoptionem filiorum dei predestinatos a deo: neqꝫ perire posse aliquē eorum quos deus predestinauit ad regnum celoꝝ: ne quēq̃ quos nō predestinauit ad vitam: vlla posse ratione saluari. Predestinatio enim illa gratuite donationis est preparatio: qua nos apostolus ait predestinatos in adoptionem filiorum dei per iesum christum in ipsum.

Capitulum. xxxiij.

Firmissime tene ⁊ nullatenꝰ dubites sacramētum baptismatis nō solum intra ecclesiam catholicam: sed etiam apud hereticos qui in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti baptizant esse posse: sed extra ecclesiam catholicam prodesse non posse. Immo sicut itra ecclesiam recte credentibus per sacramentum baptismi conferri salutem: sic extra ecclesiam baptizatis: si ad ecclesiam non redierint: eodez baptismo accumulari perniciem. Tantum eniz valet ecclesiastice societatis vnitas ad salutem: vt baptismo nō saluetur: cui non ibi datur. vbi oportet vt detur. Inesse tamen homini baptismum etiam extra ecclesiam baptizato: sed ad iudicium inesse ab ecclesia separato. Et q: manifestum est vbicunqꝫ datum fuerit hoc baptisma semel esse dandum: ideo ⁊ si ab hereticis i nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti fuerit datum: venerabiliter agnoscendum: ⁊ ob hoc nullatenus iterandū. Saluator eniz dicit. Qui semel lotus est nō indiget nisi vt pedes lauet.

Capitulum. xxxiiij.

Firmissime tene ⁊ nullatenꝰ dubites omnem extra ecclesiam catholicam baptizatum participem fieri non posse vite eterne: si ante finem vite huius catholice nō fuerit redditus atqꝫ incorporatus ecclesie: Quia si habeam inquit apostolus: omnem fidem: ⁊ nouerim omnia sacramenta: charitatem autez nō habeam nihil sum: Nam ⁊ in diebꝰ diluuij neminem legimus extra archaz potuisse saluari.

Capitulum. xxxv.

Firmissime tene ⁊ nullatenꝰ dubites: non solum omnes paganos: sed etiam omnes iudeos: hereticos atqꝫ scismaticos qui extra ecclesiam catholicam presentem finiunt vitam: in ignem eternum ituros qui paratus est diabolo ⁊ angelis eius.

Capitulum. xxxvj.

Firmissime tene ⁊ nullatenꝰ dubites: quēlibet hereticum siue scismaticum in nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti baptizatum: si ecclesie catholice non fuerit aggregatus: quantascunqꝫ elemosynas fecerit: ⁊ si pro christi nomine etiam sanguinem fuderit: nullatenus posse saluari. Omni enim homini qui ecclesie catholice non tenet vnitatem: neqꝫ baptismus neqꝫ elemosyna quamlibet copiosa: neqꝫ mors pro nomine christi suscepta proficere poterit ad salutem: quando in eo heretica vel scismatica prauitas pseuerat: que ducit ad mortē.

Capitulum. xxxvij.

Firmissime tene ⁊ nullatenus dubites nō omnes qui intra ecclesiam catholicaz baptizantur accepturos esse vitaz eternam: sed eos qui percepto baptismate recte viuunt: idest qui abstinuerunt se a vitijs ⁊ concupiscentijs carnis. Regnum enim celorum sicut infideles heretici atqꝫ scismatici non habebūt si catholici criminosi possidere nō poterunt.

Capitulum. xxxviij.

Firmissime tene ⁊ nullatenꝰ dubites etiam iustos atqꝫ sanctos homines exceptis his qui baptizati paruuli sunt sine peccato hic neminem viuere posse semperqꝫ omni homini esse necessarium: ⁊ peccata sua vsqꝫ ad finem vite presentis elemosynis diluere: ⁊ remissionem a deo humiliter atqꝫ veraciter postulare.

Capitulum. xxxix.

Firmissime tene ⁊ nullatenꝰ dubites omnem creaturam dei bonam esse: ⁊ nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur: ⁊ dei seruos qui carnibus aut vino abstinent: non tanquaz immunda que a deo facta sunt respuere: sed a fortiore cibo ⁊ potu ꝑ sola castigatione corporis abstinere. Nuptias quoque diuinitus institutas ⁊ benedictas. Et melius quidem si quisquam sine coniugio sit: vt liberius: atque plenius cogitet que sunt dei. Quomodo placeat deo: tamen illis

qui ꝯtinentiã nõ vouerũt nullũ eſſe peccatum:ſi vel mulier nubat:vel vir vxorẽ ducat. Nec ſolas primas nuptias a deo inſtitutas:ſed etiam ſecundas ⁊ tertias pro eorũ qui ſe cõtiere nõ põt infirmitate cõceſſas. Eis vero qui ſiue cõiugati ſiue a cõiugio liberi cõtinentiã deo vouerunt: admodum eſſe damnabile:ſi vel illi coniugale opus voluerint appetere quo ſe non acceſſuros vel illi repetere a quo ſe receſſuros:illi libera: illi cõmuni profeſſi ſunt voluntate.

Capitulum. xl.

Firmiſſime tene ⁊ nullatenus dubites aream dei eſſe eccleſiaȝ catholicã:⁊ intra eã vſqȝ in finẽ ſeculi frumẽto mixtas paleas cõtineri:hoc eſt bonis malos ſacramentoꝝ cõmunione miſceri ⁊ in omni profeſſione ſiue clericoꝝ ſiue monachoꝝ:ſiue laicoꝝ: bonos eſſe ſimul ⁊ malos:nec pro malis bonos deſerẽdos:ſed pro bonis malos inquantũ exigit fidei ⁊ charitatis ratio tolerãdos.i.ſi vel in eccleſia nullius perfidie ſemina ſpargũt:vel fratres ad aliquod malũ opus mortifera imitatione nõ ducunt:nec poſſe aliquẽ intra eccleſiã catholicam recte credentẽ beneqȝ viuentẽ alieno vnqȝ maculari peccato:ſi cuiqȝ peccanti nec cõſenſionem prebeat nec fauorẽ:vtiliterqȝ malos a bonis intra eccleſiã tolerari:ſi hoc cũ eis bene viuendo ⁊ bene monẽdo agatur:vt ⁊ videntes ⁊ audiẽtes que bona ſunt:mala ſua reſpuãt: iudicãdos ſe a deo pro ſuiſ malis operibus ꝯtremiſcãt:atqȝ ita preueniente dono gratie de ſuis iniquitatibus cõfundantur:⁊ ad bonã vitã per dei miſericordiã cõuertantur. Bonos vero a malis intra eccleſiã duntaxat catholicaȝ cõſtitutis nũc debere operum diſſimilitudine ſeparari:vt cum quibus diuina cõmunicãt ſacramẽta:nõ habeant mala opera quibus illi ſunt criminoſi:communia. In fine vero ſeculi bonos a malis etiam corpore ſeparandos:quãdo veniet chriſtus habens vẽtilabrum in manu ſua:⁊ permũdabit aream ſuam: ⁊ ꝯgregabit triticũ in horreũ ſuũ:paleas autem ꝯburet igni inextinguibili:quãdo per iudicium iuſtũ ſegregabit iuſtos ab iniuſtis:bonos a malis:rectos a peruerſis:bonos ꝯſtituet a dextris malos a ſiniſtris:⁊ ex eius ore iuſti eternqȝ iudicij ſempiterna atqȝ incõmutabili prolata ſententia:iniqui omnes ibunt in cõbuſtionem eternam:iuſti autem in vitam eternam: iniqui ſemper arſuri cum diabolo.iuſti autem regnaturi ſine fine cum chriſto.

Hec interim quadraginta capitula ad regulã vere fidei firmiſſime ꝑtinẽtia fideliter crede:fortiter tene:veraciter patienterqȝ defende. Et ſi quẽ cõtraria his dogmatizare cognoueris tanqȝ peſtẽ fuge:⁊ tanqȝ hereticum abijce. Ita enim iſta que poſuimus fidei catholice cõgruũt:vt ſi quis nõ ſolũ omnibus:ſed etiaȝ ſingulis voluerit cõtraire:in eo ꝙ ſingulis horum cõtumaciter repugnat:⁊ his cõtraria docere nõ dubitat:hereticus ⁊ chriſtiane fidei inimicus:atqȝ ex hoc omnibus catholicis anathematizandus appareat. Quãuis igitur ⁊ anguſtia temporis ⁊ feſtinatio portioris ꝯpulerit nos aliqua que pro diuerſis hereſibus agnoſcendis atque vitãdis fuerunt inſerenda:preterite ſilentio:tamen ſi omnia que in hoc opuſculo cõtinentur recenſere ⁊ notiſſima prorſus habere nõ negligas ex his poteris cauta diſcretione:etiam de ceteris ſpiritualiter iudicare. Apoſtolus enim dicit qꝛ ſpiritualis iudicat omnia:quo donec vnuſquiſqȝ noſtrum perueniat in eo quod certuȝ recipit fideliter ꝑſeueret:⁊ ſi quid aliter ſapit: hoc quoqȝ illi deus reuelabit.

tñ: ⁊ vbi sit veꝝ qd̄ nō venit ⁊ trāsit: sed semper
eodē mō manet: qui sit modus interpretāde al
legorie que ꝑ sapiaz dicta credit in spūsctō: vtꝝ
a visibilibꝰ antiquioribꝰ ad visibilia recētiora
eā ꝑducere sufficiat: an vsq; ad aie affectiones
atq; naturā: an vsq; ad incōmutabilē eternitatē
an alie visibilia gesta significēt: alie motꝰ aīoꝝ.
alie legē eternitatis: an alique inueniant in q-
bus hec oia inuestigāda sint: ⁊ q̄ sit stabilis fides
siue historica ⁊ tꝑalis: siue spūalis ⁊ eterna: ad
quā oīs interpretatio auctoritatis dirigēda sit:
⁊ qd ꝓsit ad intelligēda ⁊ obtinēda eterna: vbi
finis est oīum bonoꝝ actionū: fides reꝝ tꝑaliuz
⁊ qd intersit inter allegoriā historie: ⁊ allegoriā
facti: ⁊ allegoriā sermonis: ⁊ allegoriā sacramē
ti: ⁊ quō ipsa locutio diuinaꝝ scripturaꝝ sm̄ cu-
iusq; lingue ꝓprietatē accipiēda sit. hz. n. oīs li-
gua sua q̄daz ꝓpria genera locutionū: que cū in
aliā linguā trāsferunt: vident absurda: qd ꝓsit
tāta loquēdi hūilitas: vt ñ solū ira dei ⁊ tristicia
⁊ a somno exꝑgefactio: ⁊ memoria: ⁊ obliuio: ⁊
alia nōnulla que in bonos hoīes cadere nō pñt
sed ēt pnie: zeli: crapule noīa: ⁊ alia hmōi in sa-
cris libris inueniant: ⁊ vtꝝ oculi dei ⁊ manus ⁊
pedes ⁊ alia huius generis mēbra: que in scri-
pturis noiant ad visibilē formā humani corpo
ris referēda sint: an ad significatōes intelligibi
liū ⁊ spūaliū potētiaꝝ: sicut galea ⁊ scutū ⁊ gla-
dius ⁊ cingulū ⁊ cetera talia ⁊ qd̄ maxime que-
rendū est: qd ꝓsit generi humano: ꝙ sic nobis ꝑ
rōnalez ⁊ genitalē ⁊ corporalē creaturā sibi ser
uientē diuina ꝓuidētia locuta est quo vno cogni
to: oīs ab aīo ꝓteruitas puerilis excludit: ⁊ itro
ducit sacrosancta religio. Omissis igit ⁊ repudi
atis nugis theatricis ⁊ poeticis: diuinaꝝ scri-
pturaꝝ ꝯsideratōe ⁊ tractatōe pascamꝰ aīuz atq;
potemꝰ vane curiositatis fame ac siti fessum ⁊
estuātē: ⁊ inanibꝰ fantasmatibꝰ tāq; pictis epu-
lis: frustra refici satiariq; cupiētez. Hoc vere li
berali ⁊ ingenuo ludo salubrit erudiamur. Si
nos miracula spectaculoꝝ ⁊ pulchritudo dele-

ctāt:illā desideramꝰ videre sapiētiā:q̄ ptēdit a
fine vsqꝫ ad finē fortiter:⁊ disponit oīa suauiter
Quid.n.mirabiliꝰ: vi incorporea mūdū corpo
reū fabricāte ⁊ administrāte. Aut qd pulchrius
ordināte ⁊ ornāte. Si aūt oēs fatenť ꝑ corpus
ista sentiri:⁊ aīaȝ meliorē eē q̄ȝ corpꝰ:nihil ne ꝑ
se aīus ipse ꝯspiciet:aut qd̄ cōspiciet pōt eē:nisi
multo excellētius lōgeqꝫ p̄stātius. Immo vero
cōmemorati ab his q̄ iudicamꝰ intueri qd sit se
cūdū qd̄ iudicamꝰ:⁊ ab opibꝰ artiū ꝯuersi ad le
gē artiū eā spēm mēte ꝯtuebimur cuiꝰ ꝯparatio
ne feda sunt q̄ ipsiꝰ benignitate sunt pulchra. In
uisibilia.n.dei a creatura mūdi ꝑ ea q̄ fcā sunt i
tellecta ꝯspiciunť ⁊ sempiterna eiꝰ virtꝰ ⁊ diui
nitaȝ. Hec est a tpalibꝰ ad eterna regressio:⁊ ex
vita veteris hoīs in nouū hoīem reformatio.
Quid est āt vn̄ hō cōmemorari nō possit ad vir
tutes capescēdas:qn̄ de ipsis vicijs pōt:' Quid
n.appetit curiositas nisi cognitōeȝ q̄ certa esse
nō pōt nisi reꝝ eternaꝝ ⁊ eodē modo se sp̄ habē
tiū. Quid appetit supbia nisi potentiā:q̄ refert
ad agendi facilitateȝ:quā nō inuenit nisi aīa ꝑ
fecta ⁊ deo subdita ⁊ ad eiꝰ regnū sūma charita
te ꝯuersa:' Quid appetit voluptas corpis nisi q̄e
teȝ.q̄ nō est nisi vbi nulla est idigentia ⁊ nulla cor
ruptio:' Cauendi sūt ḡ iferiores iferi.i.post hāc
vitā pene grauiores: vbi nulla pōt esse cōme
moratio veritatis:q² nulla rōcinatio. Jō nulla
rōcinatio:q² nō eā ꝑfundit lumen veꝝ:qd̄ illumi
nat oēȝ hoīeȝ veniente in hūc mūdū. Quare fe
stinemꝰ ⁊ ābulemꝰ cū dies presto est:ne nos tene
bre cōp̄hendāt. Festinemꝰ a scd̄a morte liberari
vbi nemo est q memor dei sit:⁊ ab iferno vbi
nemo ꝯfitebiť deo. Sȝ miseri hoīes:qbꝰ cognita
vilescūt:⁊ nouitatibꝰ gaudent:libentiꝰ discūt q̄ȝ
norūt: cū cognitio sit finis discendi:⁊ qbus vi
lis est facilitas actiōis libentiꝰ certāt q̄ȝ vincūt:
cū victoria sit finis certādi. Et qbꝰ vilis est cor
poris salus:malūt vesci q̄ȝ satiari:⁊ malūt frui
genitalibꝰ mēbris q̄ȝ nullā talem cōmotionem
pati:inueniūť ēt q malūt dormire q̄ȝ nō dormi
tare:cū ois illiꝰ voluptatis sit finis:nō esurire ac
sitiř:⁊ nō desiderař ꝯcubitū:⁊ nō eē corpe fatiga
to. Quare q fines ipsos desiderāt priꝰ curiosita
te carent:cognoscētes eā esse certā cognitōeȝ q̄
intꝰ est:⁊ ea ꝑfruentes q̄ȝtū i hac vita queāt. De
inde accipiūt actōis facilitatē pucatia posita:
scientes maioreȝ esse faciliore mqꝫ victoriā non
resistere aīositati cuiusqꝫ:⁊ h̄ q̄ȝtū i hac vita que
unt sentiūt. Postremo etiā qeteȝ corpis:absti
nendo ab his rebꝰ:sine qbꝰ agi hec vita pōt. Ita
gustāt q̄ȝ suauis est dn̄s:nec erit eis dubiū qd pꝰ
hāc vitā futuꝝ sit:⁊ ꝑfectōis sue fide spe ⁊ chari
tate nutriunť. Post hāc aūt vitā ⁊ cognitio ꝑfi
cieť;q² ex pte nūc scimꝰ. cū aūt venerit qd̄ ꝑfe

ctū est:no erit ex pte:⁊ pax ois aderit. Nunc aūt
alia lex in membris meis repugnat legi mētis
mee:sȝ liberabit nos de corpe mortis huiꝰ grā
dei ꝑ iesuȝ xp̄ȝ dn̄ȝ nr̄m: q² ex magna pte ꝯcor
damꝰ cū aduersario:dū cū illo sumꝰ in via ⁊ tota
sanitas:⁊ nulla idigentia:⁊ nulla fatigatio ade
rit corpori:quia corruptibile hoc tpe atqꝫ ordie
suo:quo resurrectio carnis futura est: induet in
corruptōe. Nō miꝝ āt si h̄ dabiť his q i cognitio
ne solā vitatē amāt:⁊ i actōe solā paceȝ:⁊ i corpe
solā sanitateȝ. Hoc.n.i eis ꝑficieť post hāc vitā
qd̄ i hac vita plus diligūt. Qui ḡ male vtunť tā
to mentis bono: vt ex̄ eā visibilia magis appe
tāt qbꝰ ad ꝯcupiscenda ⁊ diligenda itelligibilia
cōmemorari debuerāt:dabūť eis exteriores te
nebre. Haꝝ qppe initiū est;⁊ carnis prudentia
⁊ sensuū corpeoꝝ ibecillitas. Et q certaminibꝰ
delectanť:alienabunť a pace:⁊ sūmis difficulta
tibus iplicabunť. Initiū.n.sūme difficultatis ē
bellū atqꝫ ꝯtentio. Et h̄ signari arbitror q ligāť
ei manꝰ ⁊ pedes.i.facultas ois auferť opandi,
Et q sitire ⁊ esurire volūt:⁊ in libidinē ardesce
re ⁊ defatigari vt libenter edāt ⁊ bibāt ⁊ concū
bāt:⁊ dormiāt:amāt idigentiā:qd̄ est initiū sum
moꝝ doloꝝ. Perficieť ergo i eis qd̄ amāt: vt
ibi sint vbi eis sit ploratꝰ ⁊ stridor dentiū. Plu
res.n.sunt q hec oīa simul initia diligūt ⁊ quoꝝ
vita est spectare:ꝯtēdere:mādūcare:bibere:cō
cūbere:dormire:⁊ in cogitatōe sua nihil aliud q̄ȝ
fantasmata q̄ de tali vita colligūt amplexari:⁊
ex eoꝝ fallacia supstitōis vel ipietatis regulas
fingere:qbꝰ decipiunť:⁊ qbꝰ inherēt ēt si ab illece
bris carnis se abstinere conenť. q² nō bene vtū
tur talēto sibi cōmisso.i.mētis acie quaꝰ videnť
oēs q docti aut vrbani aut faceti noiant excel
lere:sȝ hn̄t eā in sudario ligatā:aut in terra ob
rutā.i.delicatis ⁊ supfluis rebꝰ:aut terrenis cu
piditatibus iuolutā ⁊ oppressaȝ. Ligabunť er
go his manus ⁊ pedes:⁊ mittenť i tenebras ex
teriores:ibi erit ploratus ⁊ stridor dentiū:nō q²
ipsa dilexerūt:quis eniȝ hec diligat: sed q² illa
que dilexerūt initia sunt istoꝝ:⁊ necessario dile
ctores suos ad ista perducunt. Qui eniȝ magis
amant ire q̄ȝ redire:aut peruenire in longinqui
ora mittēdi sunt:qm̄ caro sunt ⁊ sp̄us ambulans
⁊ nō reuertēs. Qui vero bene vtunť vel ipsis
quinqꝫ sensibꝰ corporis ad credenda ⁊ p̄dicāda
opa dei:⁊ nutriēdaȝ charitateȝ ipsius vel actōe
⁊ cognitione ad pacificādaȝ naturaȝ suam ⁊ co
gnoscendū deū intrant in gaudium domini sui.
Propterea talentuȝ quod male vtenti auferť:
illi datur qui talentis quinqꝫ bene vsus est:non
q² trāferri pōt acumen itelligentie:sed ita signi
ficatū est posse hoc amittere negligentes ⁊ impi
os ingeniosos:⁊ ad eam peruenire diligentes ⁊

pios ꝗuis ingenio tardiores. nõ. n. datũ est illõ
talẽtũ ei qui acceperat duo: hꝫ. n. ⁊ hoc qui iam in
actione ⁊ cognitione bene viuit: sed ei qui acce-
perat quinqꝫ. nõdũ. n. hꝫ ad eterna cõtẽplan
da: idoneã mentis aciẽ: qui visibilibus tñ. i. tẽ
poralibus credit: sꝫ hr̃e põt: qui hoꝝ oium sen-
sibiliũ deũ artificẽ laudat: ⁊ eũ persuadet fide: ⁊
expectat spe: ⁊ querit charitate. Que cũ ita sint
hortor vos homines charissimi ⁊ primi mei: ⁊
meqꝫ ipm hortor vobiscũ: vt ad id qđ nos per
sapientiã suã deus hortatur: ꝗꝫta possumus celeri
tate curramus: nõ diligamꝰ mũdũ: qm̃ oia que i
mundo sunt ꝯcupiscẽtia carnis: ⁊ ꝯcupiscentia
oculoꝝ est: ⁊ ambitio seculi. nõ diligamus ꝑ car
nis voluptatẽ corrũpere atqꝫ corrũpi ne ad mi-
serabiliorẽ corruptionẽ dolorũ tormentorũqꝫ
veniamus. nõ diligamus certamina ne ange-
lis qui talibus gaudẽt in ptãtem demur: humi
liandi: vinciẽdi: verberãdi. nõ diligamus visibi
lia spectacula: ne ab ipsa veritate aberrando ⁊
amãdo vmbras in tenebras proiiciamur. nõ sit
nobis religio in fantasmatibꝰ nr̃is: melius ẽ. n.
qualecũqꝫ veꝝ: ꝗꝫ omne quicquid pro arbitrio
fingi potest: ⁊ tñ aiam ipsam ꝗuis anima vera
sit: cũ falsa imaginatur: colere nõ debemus. Me
lior est vera stipula: ꝗꝫ lux inani cogitatione pro
suspicantis volũtate formata: ⁊ tamẽ stipulam
quã sentimus ⁊ tangimus demẽtis est credere
colendã. nõ sit nobis religio humanoꝝ operum
cultus: meliores. n. sunt ipsi artifices qui talia
fabricantur: quos tñ colere nõ debemus. non sit
nobis religio cultus bestiaꝝ: meliores. n. sũt ex
tremi hoies: quos tñ colere nõ debemus. non sit
nobis religio cultus hoium mortuoꝝ: q: si pie
vixerint nõ sic habentur vt tales querãt honores
sed illũ a nobis coli volũt: quo illuminãte letan
tur meriti sui nos eẽ cõseruos. Honorãdi ergo
sunt ꝑpter imitationẽ nõ adorãdi propter reli-
gionẽ. Si aũt male vixerint: vbicunqꝫ sint non
sunt colẽdi. nõ sit nobis religio cultus demonũ:
q: ois superstitio cũ sit magna pena hoium: ⁊ pi
culosissima turpitudo honor est ac triumphus il
loꝝ. nõ sit nobis religio terraꝝ cultus ⁊ aquaꝝ:
q: istis purior ⁊ lucidior est aer etiã caliginosus
quẽ tñ colere nõ debemꝰ. nõ sit nobis religio ẽt
purioris aeris: ⁊ serenioris cultꝰ: q: luce abñte
inumbratur: ⁊ purior illo est fulgor ignis etiã hu-
ius. quẽ tñ qm̃ pro voluntate accẽdimus ⁊ ex-
tinguimus: colere vtiqꝫ nõ debemus. nõ sit no-
bis religio cultus corpoꝝ ethereoꝝ atqꝫ celestiũ
que ꝗuis omnibus ceteris corporibꝰ recte pre
ponantur: melior tñ ipsis ẽ quecũqꝫ vita: quapro
pter si aiata sunt: melior est ꝗuis aia per seipsam
ꝗꝫ corpus qđlibꝫ aiatũ: ⁊ tñ aiam viciosaꝫ nemo
colẽdã eẽ censuerit. Nõ sit nobis religio cultꝰ
illius vite qua dicuntur arbores viuere: qm̃ nul
lus sensus in ea est: ⁊ ex eo genere est ista: q̃ no-
stri etiã corporis numerositas agitur: qua etiã ca
pilli ⁊ ossa viuunt: que sine sensu ꝑcidunt: hac aũt
melior est vita sentiẽs: ⁊ tñ vitã bestiaꝝ colere ñ
debemus. Nõ sit nobis religio vel ipsa ꝑfecta
⁊ sapiẽs aia rationalis: siue in ministerio vni-
uersitatis: siue in ministerio partiũ stabilita: siue q̃
in sũmis hoibus expectat cõmutationẽ refor-
mationẽqꝫ portõis sue. Qm̃ ois vita rationalis
si ꝑfecta est: icõmutabili veritati secũ intrinse-
cus sine strepitu loquẽti obtẽperat: nõ obtẽꝑans
aũt viciosa fit. Nõ ergo ꝑ se excellit: sed per il
laꝫ cui libẽter obtꝑat. Qđ ergo colit sũmus ange-
lus id colẽdũ est ẽt ab hoie vltimo: q: ipsa hois
natura id nõ colẽdo facta est vltima. Nõ. n. ali
unde sapiẽs angelus: aliũde homo: aliũde ille
verax: aliunde hõ: sed ab vna incõmutabili sa-
piẽtia ⁊ veritate. Nã idipm actũ est tẽporali dis
pẽsatõe ad salutẽ nr̃am vt naturã humanã ipsa
dei virtꝰ ⁊ dei sapia incõmutabilis ⁊ ꝯsubstãtia
lis patri ⁊ coeternꝰ suscipe dignaretur: ꝑ quã nos
doceret id eẽ homini colẽdũ: qđ ab omni crea
tura intellectuali ⁊ rõnali colẽduꝫ est. Hoc etiã
ipsos optimos angelos ⁊ excellẽtissima dei mini
steria velle credamꝰ: vt vnũ cũ ipsis colamus
deũ: cuiꝰ ꝯtẽplatiõe beati sũt. Neqꝫ. n. ⁊ nos vi
dẽdo angelũ beati sumus: sꝫ vidẽdo vitatẽ: q̃ ẽt
ipsos diligimꝰ angelos: ⁊ his ꝯgratulamur: nec
inuidemꝰ ꝙ ea paratiores: vel nullis molestiis
iterpediẽtibꝰ ꝑfruuntur: sꝫ magis eos diligimus
qm̃ ⁊ nos tale aliqd sꝑare a cõi dño iussi sumus
Quare honoramꝰ eos charitate: nõ ꝓuitute: nec
eis tẽpla ꝯstruimꝰ. nolũt. n. se sic honorari a no-
bis: q: nos ipsos cũ boni sumus: tẽpla sũmi di
eẽ nouerũt. Recte itaqꝫ scribitur hoiem ab ange
lo ꝓhibitũ ne se adoraret: sꝫ vnũ deũ sub quo ei
eẽt ⁊ ille ꝯseruus. Qui aũt nos iuitãt vt sibi ser-
uiamus: ⁊ tanꝗꝫ deos colamus: similes sunt su-
ꝑbis hoibꝰ: qbus si liceat simil'r coli volũt: sꝫ istos
hoies ꝑpeti minꝰ: illos vero colere magis ꝑicu
losuꝫ est. Ois. n. hoiuꝫ dñatꝰ in hoies: aut dñan
tiuꝫ: aut seruientiũ morte finitur. Seruitꝰ aũt sub
angeloꝝ maloꝝ suꝑbia: ꝑpter ipsum tꝑs qđ est
post mortẽ magis metuẽda est. Illud ẽt cuiuis
cognoscere facile est: ꝙ sub hoie dominãte libe
ras cogitationes habere concessum est. Illos
autem dominos in mẽtibus ipsis formidemꝰ
q: vnus est oculus intuẽde ac percipiende ve-
ritatis. Quare si omnibus potestatibꝰ que dan
tur hominibus ad regẽdaꝫ rempublicã: pro nr̃o
vinculo subditi sumus: reddẽtes cesari qđ ce-
saris est: ⁊ deo qđ dei est: non est metuenduꝫ ne
hoc post mortẽ nostram aliquis exigat. Et ali-
ud est seruitus anime: aliud seruitus corporis.

Justi,aũt hoĩes:⁊ in vno deo hñtes oĩa gaudia
sua qñ ꝑ eoꝝ facta deꝰ bñdicit ꝯgratulãt laudã
tibus. Cũ vero ipsi tanꝙ ipsi laudant:corrigũt
errãtes:quos pñt quos aũt nõ pñt nõ eis ꝯgra-
tulant:⁊ ab eo vicio corrigi volũt. Quibus si si
miles vel etiã mũdiores atqȝ sanctiores sũt bo
ni angeli:⁊ oĩa sancta dei misteria:qd metuimꝰ
ne aliquẽ illoꝝ offendamꝰ si nõ supstitiosi fueri-
mus:cũ ipsis adiuuãtibꝰ:ad vnũ deũ tendẽtes
⁊ ei vni religãtes aĩas nr̃as:vnde religio dicta
credit:omni supstitiõe careamꝰ. Ecce vnũ deũ
colo vnũ oĩum principiũ ⁊ vnã sapiẽtiã qua sa-
piens est quecũqȝ aĩa sapiẽs est:⁊ ip̃m munus :
quo beata sũt quecũqȝ beata sunt. Quisqȝ ange
loꝝ diligit hunc deũ: certus suz ꝙ etiã me dili-
git. Quisqȝ in illo manet ⁊ põt humanas p̃ces
sentire in illo me exaudit. Quisqȝ ip̃m hȝ bonũ
suũ:in ipso me adiuuat:nec mihi eius partici-
pationẽ põt inuidere. Dicãt ergo mihi adora-
tores:aut adulatores partiũ mũdi:quid nõ opti
mũ sibi cõciliet:qui hoc vnũ colit qd oĩs optimꝰ
diligit:⁊ cuiꝰ cognitione gaudet:⁊ ad qd princi
piũ recurrẽdo sit optimꝰ. Quisqȝ vero angelus
excessus suos diligit:⁊ veritati esse subditꝰ non
vult.⁊ priuato suo letari cupiẽs:a cõmuni om-
niuz bono ⁊ vera beatitudine lapsus est:cui om
nes mali subiugãdi ⁊ premẽdi:nullus autẽ bo-
nus nisi exercẽdus in ptãtẽ dat:nullo dubitãte
nõ est colẽdus:cuiꝰ letitia est nr̃a miseria:⁊ cuiꝰ
dãnum est nr̃a reuersio. Religet ḡ vos religio
vni omnipotẽti deo:qꝛ inter mẽtẽ nr̃am qua il
luz intelligimꝰ patrẽ:⁊ veritatẽ.idest lucẽ inte-
riorẽ per quaz illũ intelligimꝰ nulla interposita
creatura est. Quare ipsaz quoqȝ veritatẽ nulla
ex parte dissimilẽ in ipso:⁊ cũ ipso veneremur:
que forma est oĩum que ab vno facta sunt ⁊ ad
vnũ nitunt. Vñ apparet spũalibus aĩs per hãc
formã esse fcã oĩa q̄ sola iplet qd appetunt oĩa.
Que tñ oĩa neqȝ fierẽt a patre ꝑ filiũ:neqȝ suis fi
nibꝰ salua eẽnt:nisi deus sũme bonus essȝ. Qui
⁊ nulli nature que ab ipso bona eẽ posset inui
dit:⁊ in bono ipso alia ꝙtũ vellẽt:alia ꝙtũ pos
sent vt manerẽt dedit. Quare ip̃m donũ dei cũ
patre ⁊ filio eque incõmutabile colere ⁊ tenere
nos ꝯuenit: vnius substãtie trinitatẽ: vnũ deuz
a quo sumus:ꝑ quez sumꝰ:in quo sumus:a quo
discessimus:cui dissimiles facti sumus:a quo pi
re nõ permissi sumus:principiũ ad qd recurri-
mus:formã quã seqmur:⁊ gratiã qua recõcilia
mur:vnũ quo auctore cõditi sumus:⁊ similitudi
nẽ eius ꝑ quã ad vnitatẽ reformamur:⁊ pacem
qua vnitati adheremꝰ:deũ qui dixit fiat ⁊ ver-
bũ per qd factũ est omne qd substãtialiter ⁊ na
turaliter factũ est:⁊ donuz benignitatis eiꝰ quo
placuit:⁊ recõciliatũ est auctori suo: vt nõ interi
ret:quicqd ab eo per verbũ factũ est: vnũ deum
quo creatore viuimꝰ:per quẽ reformati sapien
ter viuimus:quez diligẽtes ⁊ quo fruẽtes bea
te viuimus: vnũ deũ ex quo omnia:ꝑ quẽ oĩa:i
quo oĩa:ipsi gloria in secula seculoꝝ. Amen.

Explicit liber Augustini de vera religione.

Incipit liber de spiritu ⁊ anima:qui sm̃ quos
dam inscribitur Augustino:sm̃ vero alios non
sibi inscribitur:⁊ hoc sm̃ doctiores.

Incipit prologus.

QUoniam dictum
est mihi: vt cognoscã me ipsuz
sustinere nõ possuz: vt me ha-
beaz incognitũ. Magna nãqȝ
est negligẽtia nescire quid illd
sit quo celestia tã profunde co-
gitamus:quo naturalia taz subtili indagatione
inuestigamus:⁊ de ipso quoqȝ creatore nr̃o taz
sublimia scire desideramus. Nõ est res peregri
na nec longe querẽda a nobis:animus quo ista
sapimus. Sed semꝑ nobiscũ adest:tractat:loqui
tur ⁊ intus nescit. Datũ est illi tã ingentiũ rerũ
secreta scire:⁊ seipsuz cognoscere nõ posse. Pau
cis siquidẽ licet ipso animo aĩum cernere: idest
vt ipse animus se videat. Fieri aũt nõ põt qua-
daz diuina prouidẽtia vt inueniẽdi facultas de
sit religiosis animis seipsos ⁊ deũ suũ pie ac ca-
ste ac diligẽter querẽtibus. Idcirco reddã me mi
hi imo deo meo:cui maxime me debeo:⁊ vide
bo quid sit animus:⁊ que sit patria eius.

Quid est animus. Capitulũ. i.

ANimus est substãtia quedã rationis ꝑ-
ticeps regẽdo corpori accõmodata.ani
mus sapiẽtia illustratus ⁊ suũ principiũ
respicit ⁊ seipsũ cognoscit:⁊ ꝙ sit indecoꝝ vt ex
tra se querat qd in seipso possit inuenire: intelli
git. Corporeis vero passionibus cõsopitus ⁊ ꝑ
sensibiles formas extra seipsuz adductus: obli-
tus est quid sit:⁊ quid fuit. Et qꝛ nihil aliud se
fuisse meminit:nihil preter qd videt se esse cre
dit. Solo sensu circa corpora ⁊ imaginatiõe cir
ca corpoꝝ similitudines ⁊ locoꝝ versat:⁊ in eis
siue vigilando siue dormiẽdo distrahit. Cũ ve
ro ab hac distractione per purã intelligentiam
ascendens in vnuz se colligit rationalis dicit.
Ratio siquidez est animi aspectus quo ꝑ seip̃m
verũ intuet. Ratiocinatio est rationis inquisi
tio. Quare illa opus est ad videndũ: ista ad in
quirendum.

Qualiter animus est inuisibilis. Ca. ij.

Animꝰ inuisibilis est. neq̃ʒ .n. aliter inuisibilia cernere valeret. Uisibilia ꝑ corpꝰ videt: inuisibilia ꝑ se: ⁊ in eo se videt ꝙ inuisibilē se esse videt. Uidet̃ tn̄ in corpore per corpus: sicut sensus i lr̄a manet: ⁊ ꝑ lr̄am videt̃ Animꝰ corpis dn̄ator rector ⁊ habitator videt seipsuʒ per semetip̄m. nō querit auxiliū corporaliū oculoꝝ: imo vero ab oībus corporeis sensibus tāq̃ʒ impedientibus ⁊ ꝑstrepētibꝰ abstrahit se ad se vt videat se in se vt nouit se apud se. Et cū vult deū cognoscere eleuat se super se mētis acie. nō .n. aliqd tale est deꝰ qualis est animus. non tn̄ videri nisi animo pōt: nec ita videri vt animus pōt. Incōmutabilis siquidē est veritas sine defectu sube. nō talis est animꝰ. Sʒ deficit ⁊ proficit: nouit ⁊ ignorat: meminit ⁊ obliuiscit̃ Modo vult ⁊ modo nō vult. Diffusis cogitationibus atq̃ʒ cōsilijs huc atq̃ʒ illuc vagat̃. Cōsiderādo spectat oīa. Uidet abn̄tia: trāsmarina visu ambit ⁊ percurrit aspectu: abdita scrutat̃. Et vno momēto sensus suos per totius orbis fines ⁊ mūdi secreta circūfert. Descēdit ad iferna: ascēdit inde: versat̃ in celo: adheret xp̄o coniungit̃ deo. Ipse siquidē est eius pr̄ia ⁊ habitatio: ad cuius similitudinē factus est. Quisqs ergo se talē reddi desiderat qualis a deo factꝰ est idest sileʒ deo redeat ad se: ⁊ stet in se: ⁊ sic intra semetipsuʒ ⁊ apud semetipsum querat ⁊ videat vnde constet homo: ⁊ ex qua sua parte factus sit ad imaginē dei.

¶ De hominis cōpositione. ¶ Cap̄. iij.

Ex duabꝰ substātijs cōstat homo: anima ⁊ carne. Anima cuʒ ratione: carne cum sensibus suis: quos tn̄ sensus nō mouet caro absq̃ʒ anime societate. Anima vero rationale suum tenetꝰ sine carne.

¶ De potentijs anime. ¶ Cap̄. iiij.

Est siquidē rationalis cōcupiscibilis ⁊ irascibilis. Per rationalitatē abilis est illuminari ad aliqd cognoscēdū: infra se ⁊ supra se: i se ⁊ iuxta se. Cognoscit siquidē deuʒ supra se: ⁊ se in se: ⁊ angelū iuxta se: ⁊ quicqd celi ambitu ꝯtinet̃ infra se. Per cōcupiscibilitatē ⁊ irascibilitatē abilis est affici ad aliquid appetēdum vel fugiēduʒ: amandū: vel odiēdū: ⁊ ideo de rationalitate oīs sensus orit̃ anime: ⁊ de alijs oīs affectus. Affectꝰ vero quadripartitus eē cognoscit̃: dū de eo qd̄ amamꝰ iaʒ gaudemus: vel gaudēdū speramus: ⁊ de eo qd̄ odimꝰ iam dolemus vel dolēdū metuimus: ⁊ ob hoc de cōcupiscibilitate gaudiū ⁊ spes: ⁊ de irascibilitate dolor ⁊ metus oriunt̃. Qui quidē quatuor affectus aīe oīum sunt vicioꝝ ⁊ virtutū quasi quedā principia ⁊ cōmunis materia. Affectus siquidē omni operi tuo nomē imponit. Et qn̄ virtus est habitus mētis bene cōposite: cōponēdi ⁊ instituendi atq̃ʒ ordinādi sunt dicti affectus ad id qd̄ debēt: ⁊ qūo debēt vt in virtutes ꝑficere possit: alioquin in vicia facile decidēt. Cū igit̃ prudenter: modeste: fortiter ⁊ iuste amor ⁊ odiū instituunt̃: in virtutes exurgēt: prudētiā. s. ⁊ tēperantiā: fortitudinē atq̃ʒ iusticiā: que quasi origines ⁊ cardines sunt oīum virtutū. Et hec omia cū affectuose ⁊ virtuose in aīa cōstituunt̃: ꝑ odiū mūdi ⁊ sui proficiscit̃ in amorē dei ⁊ proximi: per ꝯtēptū tp̄aliū ⁊ inferioꝝ: crescit i desideriuʒ eternoꝝ ⁊ sup̄noꝝ. Sensus vero vnꝰ est in anima ⁊ qd̄ ipsa. Et cū corpus nō sit: corporeus dicitur q: corpus transcēdit vel q: a corporis exercetur instrumētis: vnde ob numerū instrumētoꝝ quinq̃ʒ partibus dicitur: cū intus nō sit nisi vnꝰ Uerūtn̄ ꝓpter varia exteriora variatur ⁊ varie nuncupatur. Dicitur nanq̃ʒ sensus: imaginatio ratio: intellectꝰ: intelligentia. Et hec oīa in anima nō aliud sunt q̃ʒ ipsa. Alie ⁊ alie proprietates inter se ꝓpter varia exercitia: sed vna essentia rationalis ⁊ vna anima: ꝓprietates quidē diuerse: sed essentia vna: secundum exercitium multa sunt: secunduʒ essentiam vero vnum sunt in anima ⁊ qd̄ ipsa. Et sicut mundus iste visibilis quinq̃ʒ partita quadā distinctione est ordinatus: terra scilicet ⁊ aqua aere ethere cū firmamento: ipso quoq̃ʒ supremo celo qd̄ empireū vocāt. Sic anime in mundo sui corporis peregrinati quinq̃ʒ ꝓgressus sunt ad sapientiā: sensus scilicet imaginatio: ratio: intellectus: ⁊ intelligentia. Quinq̃ʒ .n. progressionibus rationalitas exercetur ad sapientiā: ⁊ quatuor affectibꝰ ad charitatē: quatinus nouē istis progressiōibus in semetipsa ꝑficiens anima sensu ⁊ affectu: quasi interius quibusdā pedibus que spiritu viuit spiritu ābulet vsq̃ʒ ad cherubin ⁊ seraphin. i. vsq̃ʒ ad plenitudinem scientie ⁊ regnum charitatis habeatq̃ʒ anima per exercitiuʒ virtutes quaꝝ facultates habet per naturam.

¶ De noueʒ progressionibus anime. Ca. v.

Et hos progressus nominibus ⁊ ordinibus angeloꝝ cōparare prudenti lectori relinquo. Facile siquideʒ erat ei si sciat aptare sensuʒ qui primus anime nuncius est angelis qui nuncij vocantur: imaginationem archangelis: odiuʒ mundi virtutibus: odium sui potestatibus: rationē principatibus: amorē ꝓximi dn̄ationibus: intellectū thronis: intelligētiam cherubin: amorem dei seraphin. Timor nanq̃ʒ de supplicijs ⁊ dolor de peccatis faciunt contemptum mundi ⁊ sui: vt cum virtutibꝰ faciat miracula: ⁊ cum potestatibus expellat demonia. Spes de promissis ⁊ gaudiuʒ de premijs faciūt amorem proximi ⁊ dei.

Anima facta est ad imaginē dei. Ca. vj.

Anima ad similitudinē totius sapientie facta omniū rex in se gerit similitudinē. Unde a philosopho diffinita est omniū rex similitudo. Habet siquidē in se vires quibus omnia apprehendit siue inuestigat: ⁊ omnibus similis existit: cū sit vna. Similis est terre per sensuz: aque per imaginationē: aeri per rationē: firmamēto per intellectū: celox celo per intelligentiā. Similis est lapidibus per essentiaz: arboribus per vitā: animalibus per sensū ⁊ imaginationē: hominibus per rationē: angelis per intellectū. deo per intelligentiā. Et sicut deus est omnibus capabilis ⁊ participabilis: sic anima oīum est capax. Capab.lis ⁊ participabilis omnibus est deus: qꝛ naturali suo munere ⁊ vsu: ex munere participat ab omnibus ad essentiā qua sunt: ⁊ ꝫm illā ad idoneā speciem qua ab alijs differunt: ⁊ ꝫm vtrūqꝫ ad ꝯgruū vsū quo proficiunt. Tria hec omni existēti insunt q̄si quedā vestigia sūme essentie imaginis ⁊ muneris. i. trinitatis patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti. Eternitas quippe est in p̄re: species in imagie vsus in munere: nobis autē omnis vsus diuinitatis est ex munere. Quodāmodo nanqꝫ quasi propior videt nobis esse spiritussanctus: vtpote patris ⁊ filij munus. Ex ipso nimirum est omnis vsus gratie cū patre ⁊ filio. Ipse. n. regit ⁊ erudit: ꝯsolat ⁊ perducit ecclesiā ad christuz quā ipse simul sine macula ⁊ ruga tradet regnū deo ⁊ patri. Sic a patre per filiū ⁊ spūm vel potius in spiritu diuina ad nos descēder ūt. Pater siquidē tradidit filiū suū quo redimeret seruos: misit spūm sanctū quo seruos adoptaret ī filios: filiū dedit in preciū redēptionis: spūm sanctū in priuilegiū adoptionis. Se deniqꝫ totum seruat in hereditatē adoptatis. Nemo ergo de dei pietate diffidat: qm̄ maior est eius misericordia q̄ꝫ nostra miseria: ⁊ quisqꝫ ad eū toto corde clamauerit exaudiet illū: qm̄ misericors est. Tardius siquidē ei videt peccatori veniā dare quā ipsi peccatori accipere. Sic. n. festinat absoluere reū a tormento ꝯscientie sue: quasi plus eum cruciet compassio miseri: q̄ꝫ ipsum miserū compassio sui.

Anime capacitas. Cap. vij.

Capax est oīum anima: qꝛ per rationalitatem ad cognitionē: ⁊ per cōcupiscibilitatem ad dilectionem vniuersitatis capax inuenitur. Sunt enim in anima ⁊ sunt id qđ anima naturalis sensus cognoscens omnia: ⁊ diiudicans inter omnia: naturalis affectus quo suo ordine ⁊ gradu diligat omnia. Uerumtamē facultates ⁊ quasi instrumenta cognoscendi ⁊ diligendi habet ex natura. cognitionem tamen veritatis ⁊ ordinem dilectionis nequaq̄ꝫ habet nisi ex gratia. Facta siquidem a deo mens rationalis sicut eius imaginem suscepit: ita cognitionem ⁊ amorem. Uasa siquidem que creatrix sapientia format vt sint: adiutrix gratia replet ne vacua sint: si strenuū opariū inuenerit.

Quid sit anima. Cap. viij.

Anima est substantia rationalis intellectualis a deo facta spiritualis: nō ex dei natura: sed potius creatura ex nihilo facta in bonum malumqꝫ conuertibilis. Et ideo aliquatinus est mortalis inquantum in deterius mutari: ⁊ a voluntate dei cuius participatione bona fit alienari potest. Et aliquatinus immortalis: quoniam sensum quo ei post hanc vitam vel bene vel male sit amittere non potest non quod pro actis ante carnem gestis meruerit: vt in carne includeretur: vt quidam voluerunt. Sed nec ideo potest esse in homine sine sorde peccati: nisi a christo fuerit liberata. Dei enim nutu ad corpus anima venit: vt si secundum eius preceptum agere vellet: mercedem acciperet vite eterne atqꝫ societatem angelorum. Si autem cōtemneret penas iustissimas ⁊ amarissimas lueret: siue doloris continui siue ignis eterni.

De interiori sensu ⁊ exteriori.
Capitulum. ix.

Anima ex eo dicta est ꝙ animet corpus ad viuendum: hoc est viuificet. Spiritus est ipsa anima pro spiritualin atura vel pro eo quod spiret in corpore appellatus est spiritus. Anima ⁊ spiritus idem sunt in homine: quamuis aliud notet spiritus ⁊ aliud anima Spiritus nanqꝫ ad substantiam dicitur. ⁊ anima ad viuificationem. Eadem est essentia sed proprietas diuersa. Nam vnus ⁊ idem spirit⁹ ad seipsum dicitur spiritus: ⁊ ad corpus anima Spiritus est inquantuz est ratione predita substantia rationalis. anima inquantū est vita corporis: de qua dictuz est. Qui perdiderit animā suaz saluam faciet eam. i. quisquis propter deū vitam hanc que nūc corporis viuificatione ex anima temporaliter mortalis constat libenter despexerit: in futuro eādem corporis nō solū anime vitam eternam ⁊ immortalē recipiet. Humana quidem anima qꝛ in corpore habet esse ⁊ extra corpus: pariter anima ⁊ spiritus vocari potest: non due anime sensualis ⁊ rationalis: altera qua homo viuat: ⁊ altera qua vt quidam putant sapiat. Sed vna atqꝫ eadem anima in semetipsa viuit ⁊ per inte lectum: ⁊ corpori vitam prebet per sensum. Humanum nanque corpus: nec viuere: nec nasci potest sine anima rationali: Uegetatur tamen ⁊ mouetur ⁊ cre-

scit ⁊ humanā formā in vtero recipit: prius ꝙ̄
aiam rōnalem recipiat. Sicut etiā virgulta: ⁊
herbas sine aia moueri ⁊ incrementū hr̄e vide
mus. Duplex est quidē vita aie alia qua viuit i
carne: ⁊ alia qua viuit in deo. Duo siquidez in
hoie sensus sunt. vnus interior: ⁊ alius exterior
⁊ vterqꝫ bonū suū hꝫ in quo reficitur. Sensus
interior reficitur in ꝯtemplatōe diuinitatis: sen
sus exterior in contemplatione humanitatis.
Propterea deus homo factꝰ est vt totū hoiem
in se beatificaret ⁊ tota ꝯuersio hois esset ad ip
sum: ⁊ tota dilectio hois essꝫ in ipso: cum a sen-
su carnis videretur per carnē: ⁊ a sensu mentis
videretur per diuinitatis cōtemplationē. Hoc
aūt erat totū bonū hominis: vt siue ingredere
tur siue egrederetur: pascua in factore suo inue
niret: pascua foris in carne saluatoris: pascua in
tus in diuinitate creatoris. Hoc bonū magnū
secutū est malū: qm̄ perdito bono qđ intus erat
egressa est anima ad bona aliena que foris erāt
⁊ pactū fecit cuꝫ delectationibus seculi: requie-
scens super illas: nō attendens absentiam boni
sui interioris: eo ꝙ ꝯsolationes suas cerneret in
bonis alienis. Naꝫ cū exterior sensus carnalis
bono suo vtitur: interior sensus mētis quasi ob
dormit. Nō.n.cognoscit bona interioris sensus
qui iocunditate bonoꝝ exterioꝝ capitur. Nam
qui in carne viuit in carne sentit: ⁊ dolores car
nis fugit inquantū potest. vulnera aūt anie ꝑ-
sus ignorat. nec medicinā querit in eis. Cuꝫ aūt
mortuus fuerit sensus anime quo viuit in carne
tunc viuificari incipiet sensus ille quo sentiet se-
metipsuꝫ: ⁊ tūc sciet dolores suos: ⁊ incipiet sen
tire vulnera sua tanto grauius quāto propius.
magis eniꝫ obest malū qđ est magis vicinuꝫ: ⁊
magis prodest bonum.

Quot modis dicatur spiritus. Cap. x.

Spiritus dicitur multis modis. Dicit
nanqꝫ spūs deus: ⁊ aer iste: ⁊ flatus ae-
ris qui a corde receptus: ⁊ inde per totū
corpus emissus mortaliū vitā flatu necessario cō
tinet. Iste tamē spūs iure anima dici nō potest
q: aeris varietate dissoluit. Dicit spūs aia si-
ue hominis siue pecoris. Dicit spiritus mens
rationalis. vbi est quedā scintilla tanqꝫ oculus
anime ad quē pertinet imaginatio ⁊ cognitio di
Oculus anime est mens ab omni corporis labe
pura: mētis aspectus est ratio: intellectus visio
Tertia hec omni anime necessaria sunt: vt sa
nos oculos habeat: vt aspiciat: vt videat. Sa
nos oculos hꝫ: cū a mortaliū cupiditatibus est
purgata atqꝫ remota: aspicit cū in dei lumie cō
templationis oculos figit. videt cū in illa cōtē-
platione cōspicit quāta sunt gaudia: quāta leti-
cia: quanta securitas: serenitas: ⁊ quāta iocūdi-
tas. Sanitas facit illā securā: aspectus rectaꝫ:
visio beatā. Cū.n.fuerit ab omni fece liberata
maculisqꝫ diluta: tūc se deniqꝫ in seipsa liberalis
sime tenet: ⁊ nihil sibi metuit: aut nulla sua cul-
pa quicqđ angit: ⁊ tūc ingēti quadā ⁊ incredibi
li fiducia pergit in deū.i.in ipsaꝫ cōtemplatio-
neꝫ veritatis: aspectū siquidē rectū sequit ipsa
visio dei que est finis aspectus. Sic anima pri
us sanat: sanata introducit: introducta reficit.
Spiritus etiā est quedā vis anime: mente infe
rior: vbi corporaliū reꝝ similitudines exprimū-
tur. Nec ipse spiritus corpus est: sed corpori si-
milis. Que.n.spiritu vident nō sunt corporalia
sed corporibus similia. Facies siquidē hominis
⁊ nobis forinsecus nota est: ⁊ in memoria nr̄a
hꝫ imaginē suā: incorporalē quidē sed corpori si
milē. Mundi quoqꝫ istius mirabilis pulchritu
do: ⁊ nobis foris presto est: ⁊ in memoria nostra
habet imaginē suā: incorporalē quidē: sed corpo
ri similē. ad quā recurrimꝰ cū clausis oculis eā
cogitamus. Quod.n.ad corporis sensum aliqđ
corpus in loco est: hoc est ad animi aciē similitu
do corporis in memoria: ⁊ qđ est intētio volun
tatis ad corpus visuꝫ: visionēqꝫ copulādā. hoc
est eadē intētio voluntatis ad copulādā imagi-
nē corporis: que est in memoria ⁊ visione cogi
tantis. Ipse spūs dicit factus ad imaginē ⁊ simi
litudinē dei: in quo ē cognitio veritatis ⁊ amor
virtutis. Imago siquidē est in cognitione: ⁊ simi
litudo in dilectione. Imago q: rationalis: ⁊
similitudo q: spiritualis. Heret siquidē verita
ti nulla interposita substātia rationale nr̄m: quo
ratiocinamur intelligimus ⁊ sapimus spiritum
dicimus. Nunc aūt spūm apostolus mēteꝫ vo-
cat cuꝫ dicit. Renouamini spiritu mētis vestre
i.mente. Nihil.n.aliud est spūs mētis ꝙ̄ mens
sicut corpus carnis nihil aliud est ꝙ̄ caro.

Qđ in mente eminet intelligentia. Ca.xi.

Mens aūt dicit a mene. Mene aūt gre-
ce latine dicit luna. Et sicut luna crescit
⁊ deficit ⁊ varia vicissitudine cōmutat.
in id tn̄ qđ fuit quadaꝫ perfecta nouitate se resti
tuit: sic mens nunc caput summis viserit: nunc
decidit in infimis: nunc sese inferens sibi veris
falsa redarguit: modo ad corporalia regēda de-
flectit: modo eternis rationibus inspiciendis
vel cōsulēdis adherescit. Ratio siquidē est mē
tis aspectus quo bonū ⁊ malū discernit. vtutes
eligit: deūqꝫ diligit. Mēs vniuersoꝝ capax: ⁊
oium reꝝ similitudine insignita: oia esse dicitur
naturali quadā potentia ⁊ naturali dignitate.
Idcirco inuisibiles reꝝ causas per intelligentiā
cōprehendit: ⁊ visibiles actualiū formas ꝑ sen-
suꝫ passiones colligit Et siue per sensus ad sen
sibilia exeat: siue per itelligentiā ad inuisibilia

ascendat. rerũ similitudines ad seipam trahit
pñtia cognoscit. abscentia intelligit. ignota inq̇-
rit ⁊ in inuentis versatur. Rõnale ⁊ intellectua
le lumẽ quo rõcinamur intelligim⁹ ⁊ sapimus
mentẽ dicimus. q̃ ita facta est ad imaginẽ dei:
vt nulla interposita natura ab ip̃a vitate forme
tur. Mens eni ex eo dicta est ꝙ emineat ĩ aĩa
Prestantior siqdem vis aĩe est: a qua ꝑcedit
intelligentia. per intelligentiã vtcũqȝ ip̃aȝ vita
tem ĩtelligit. ꝑ sapiẽtiã diligit. Sapiẽtia nãqȝ ẽ
amor boni seu sapor boni. a sapore siqdem dr̃
Mẽtis visio est ĩtelligẽtia gustus sapiẽtia. Ista
cõtẽplatr̃. illa delectatr̃. Cum ab inferiorib⁹ ad
supiora volum⁹ ascẽdere: pri⁹ occurrit nobis sẽ
sus. deinde imaginatio. postea ratio. intellect⁹
⁊ ĩtelligẽtia. ⁊ in sũmo est sapia. Sũma nãqȝ sa
piẽtia ip̃e de⁹ est. Sapientia hoĩs est pietas. i.
cult⁹ dei. Sensus ea vis aĩe est q̃ rerũ corpeaꝝ
corporeas recipit formas pñtes. Imaginatio
ẽ ea vis aĩe q̃ reꝝ corporeaꝝ corpeas recipit for
mas: sed absentes. Sensus nãqȝ formas ĩ ma-
teria ꝑcipit. imaginatio extra materiã: ⁊ ea vis
q̃ exterius formata sensus dicit̃: eadẽ traducta
vsqȝ ad ĩtimũ imaginatio vocat̃. Imaginatio
nãqȝ de sensu orit̃: ⁊ ẽm ei⁹ diuersitates ipsius
quoqȝ variatiões. Multa videt aĩa carnalib⁹
oculis. Multa etiã fantastica imaginatõe cõci
pit. ⁊ vbiqȝ q̃si diffũdit̃ mouet̃ erigit̃ ⁊ fluctua-
re videt̃: nõ a se egrediẽs: sed in semetip̃a tãq̃
in magno percurrens spacio ꝑuagatur: nõ exit
ad illa: sed tractatibus suis sibi illa representat
Habet siquidem in se quasi quandaȝ latitudi-
nem lõgitudinẽ ⁊ altitudinẽ. Nã ꝑ charitatem
deũ ⁊ oẽs fideles sibi cõplectit̃. ꝑ meditationeȝ
reꝝ vniuersa q̃ a pĩcipio mũdi vsqȝ ad finẽ de⁹
ꝑpter salutẽ nostrã opatus est meditat̃ ꝑ cõtẽ-
plationẽ q̃ sursũ sunt. celestia contemplat̃. Rõ
est ea vis aĩe q̃ reꝝ corporeaꝝ naturas: formas
differentias: ꝑpria: accidẽtia ꝑcipit: oĩa incor-
porea: ſȝ nõ extra corpa: nisi rõne subsistẽtia. Ab
strahit eni a corpib⁹ q̃ fundãtur in corpib⁹: non
actiõe ſȝ ɔsideratiõe. Natura nãqȝ ip̃ius corpis
ẽm ꝙ oẽ corpus corp⁹ est. nullũ vtiqȝ corpus est
Intellect⁹ ea vis aĩe q̃ inuisibilia ꝑcipit: sicut an
gelos: demones: aĩas ⁊ oẽm spũm creatũ. Intel
ligentia ea vis aĩe est q̃ ĩmediate supponit̃ deo.
Cernit siqdem ip̃m sũmũ veꝝ ⁊ vere incõmu
tabilem. Sic aĩa sensu ꝑcipit corpa: imagina
tiõe corporũ silitudines: rõne corpoꝝ naturas.
intellectu spũm creatũ: ĩtelligẽtia spũȝ ĩcreatuȝ
Et qcq̇d sensus ꝑcipit: imaginatio repñtat: cogi
tatio format: ingeniũ inuestigat: ratio indicat:
memoria seruat. intellect⁹ sepat: intelligẽtia cõ-
ꝑhendit: ⁊ ad meditatiõeȝ siue ɔtẽplationẽ ad
ducit. Ingeniũ ea vis est aĩe siue intentio q̃ aĩa
se extendit ⁊ exercet ad ĩcognitoꝝ cognitionẽ. In
geniũ siqdem exq̇rit incognita: ratio discernit
inuenta memoria recõdit iudicata ⁊ offert ad-
huc iudicãda. Sic fit ascẽsus ab inferiorib⁹ ad
superiora: ⁊ ima a sũmis dependẽt. Intellectus
nãqȝ q̇dã imago ⁊ siłitudo intelligentie est ratio
intellect⁹: rõnis fantasticus spũs: cui etiã supmũ
corporis corpus. i. ignis quadã siłitudine iun-
gitur: igni aer: ⁊ aeri aqua: ⁊ aq̃ terra. Sẽsus
informat imaginationẽ: imaginatio rationeȝ ⁊
facit scientiã siue prudentiã rursum rõni occur
rens diuina prudẽtia informat eã ⁊ facit intelli
gentiã siue sapientiã. Est itaqȝ in rõne q̇ddã ad
superna ⁊ celestia intendẽs. ⁊ id dr̃ sapientia: ⁊
est quiddã ad trãsitoria ⁊ caduca respiciẽs: ⁊ id
vocat̃ prudẽtia. Hec duo ex rõne sũt. ⁊ in rõne
cõsistunt. Et diuidit se rõ in duo. s. in sursum ⁊
deorsum. sursũ in sapiam. deorsũ in prudẽtiã
quasi in virũ ⁊ mulierẽ: vt vir sit supior ⁊ regat
mulier inferior ⁊ regatur. Unde dictũ est. Me
lior est iniqtas viri q̃ȝ mulier benefaciẽs. Me-
lior siqdem est qui ꝑ celeste desideriũ accensus:
carneȝ necessaria etiã ei subtrahẽdo affligit. q̃ȝ
qui ꝑ carnaleȝ affectũ resolutus ꝑ oĩa q̃ comoda
sunt ei satisfacere cõtendit.

Sensus ⁊ eius opus. Ca. xij

Sensus iuuat̃ exterius. q: oculus carnis
q̃uis ex natura facultatẽ videndi ha-
beat. nunq̃ tñ ꝑ se consequtur visionem
nec auris auditũ nisi ex bñficio exterioris lucis
⁊ soni. Imaginatio iuuat̃ exterius: q: ex sensibi
libus cõcipitur. Ratio iuuat̃ iterius: q: spirit⁹
rõnalis ex dono creatoris abilis ad cognoscen
dum verũ ⁊ diligendũ bonũ: nisi interioris lu-
cis radio fuerit ꝑfusus: ⁊ calore succensus: nũ
q̃ȝ cõseqtur sapie cognitiõem vel charitatis af-
fectum. Intellectus ⁊ intelligentia iuuãtur su-
perius: q: de⁹ ignis ⁊ lux est. Lux ergo splendo-
rem emittens ex se queȝ retinet in se illuminat
intelligentiã ad cognitionẽ veritatis. Ignis ve
ro caloreȝ de se emittens: sed nõ amittens inflã
mat affectũ ad amoreȝ virtutis. Et sicut soleȝ
nõ videt oculus nisi in lumine solis. sic verũ ac
diuinũ lumẽ nõ poterit intelligentia videre ni
si in ip̃ius lumine. Domine inq̇t ꝑpheta. in lu
mine tuo videbimus lumen. Cum eni morta-
le hoc induerit imortalitatem. ⁊ corruptibile
hoc induerit incorruptibilitatẽ: tunc mente pa
riter ⁊ corpore spirituales effecti secundũ modu
lum nostrum per mentis illuminatiõeȝ omnia
sciemus ⁊ per corporis incorruptibilis leuita-
tem vbiqȝ esse poterimus. Uolabimus mente
per cõtemplationem. volabimus corpore per
incorruptionem. Discernemus mente. discer
nemus corpore. cũ sensus nostri corporei vertẽ

tur in rationez: ratio in itellectũ: intellectus in
intelligentiam: itelligentia in deuz mutabitur.
Sensu visibilia percipiunt. in imaginatiõe cõ
tinentur visibilium imagines ⁊ similitudines
ad ratonẽ pertinent visibiliũ rationes ⁊ diffi-
nitiones: ⁊ inuisibilium inuestigationes: ad in-
tellectum ⁊ intelligentiã spectant spiritualium
⁊ diuinorũ cõprehensiones ⁊ cõtemplationes.
Sensus vero ⁊ imaginatio ad rationem non
ascendunt: sed infra remanẽtes eã aliquatinus
deducere potest: ⁊ quasi a longe quedã ostende
re ad que nõ potest peruenire. Simili quadam
ꝓportione intellectũ ⁊ intelligentiã ratio inua
re potest: sed ad statum eoꝝ nõ valent ascendere
quoniã metas suas ⁊ fines suos ꝓprios habet
quos transcendere nõ potest: Sensuz ⁊ imagi-
nationem cũ certis aĩalibus cõmunia habem⁹
Vident siquidẽ visibilia ⁊ visoꝝ recordãtur. In
quibusdã etiã sensib⁹ nos superãt: quoniã iustũ
fuit vt brutis aĩalibus quib⁹ nil dandũ erat in
intellectu: aliqui amplius daretur in sensu. Et
ecõtrario tanto maior necessitas inducitur ho-
mini exercende rõnis: quãto maiorẽ deffectũ
patitur sensualitatis. Ratio aũt inde icipit vñ
aliquid occurrit qd nobis cũ aĩalibus nõ sit cõ-
mune. Quedã ergo sunt infra rationẽ: quedaz
iuxta rationem: quedã supra rationẽ. Infra ra-
tionẽ sunt q̃ sensu percipimus. sicut dura ⁊ mol
lia: calida ⁊ frigida: cãdida ⁊ nigra. Juxta ratio
nem sunt ⁊ peruia rationi: q̃ ratione ꝑcipimus
sicut cõmoda ⁊ incõmoda: vera ⁊ falsa: iusta ⁊ i
iusta. Ratio siquidẽ est quidã animi motus vi
sum mẽtis acuens: veraqz a falsis distinguẽs.
Supra rationẽ sũt que nec sensus docet nec rõ
persuadet: sed aut diuina reuelatione cõprehẽ-
duntur. aut diuinarũ scripturaꝝ auctoritate cre
duntur: sicut deũ in vna substantia trinũ. ⁊ in
tribus personis substãtialiter vnũ. Deus siq-
dẽ est rerũ vniuersitas: ita ꝙ nulla singularũ: ⁊
ideo motibus rationis nõ subiacet. quia ratio
nõ est nisi de re aliqua.

¶ Diffinitio anime ⁊ explanatio eius.
Capitulum. xiii.

Anima est spiritus intellectualis ratio-
nalis. semper viuens: semper in motu
bone maleqz voluntatis capax: secundũ
benignitatẽ creatoris: atqz secũdũ sui operis
officium varijs nũciatur nominib⁹. Dicit nã
qz anima dũ vegetat: spiritus dũ cõtemplatur
sensus dũ sentit: animus dũ sapit: dũ intelligit
mẽs: dũ discernit ratio: dũ recordat memoria:
dũ vult volũtas. Ista tamẽ nõ differũt in substã
tia: quẽadmodũ in noibus. quoniã omnia ista
vna aĩa est: ꝓprietates quidẽ diuerse: sed essen
tia vna. In spiritu tamẽ ⁊ anima potest esse dif
ferentia: quia oĩs anima est spiritus: sed nõ oĩs
spiritus est anima. Anime duplices sunt actio-
nes. Alio nãqz cõsilio erigitur ad deũ. alio incli
natur ad carnẽ. Inclinat aũt sic. Cũ sit subtilis
⁊ inuisibilis: videri nõ potest: sed per potentias
suas se extendit ⁊ ostendit. Per cõcupiscibilita
tem nãqz appetit: per irascibilitatẽ cõtẽnit. per
rationalitatẽ inter vtrũqz discernit. Tota essen
tia anime in his potẽtijs suis existit: nec ꝑ par
tes diuiditur cũ simplex sit ⁊ indiuidua. Et si ali
quãdo ꝑtes habere dicitur: ratione potius simi
litudinis q̃ veritate ꝯpositiõis intelligẽdũ est
Simplex substantia est aĩa: nec aliud nec min⁹
est ratio in substãtia q̃ aĩa: nec aliud nec minus
irascibilitas vel cõcupiscibilitas q̃ anima: sed
vna eadẽqz substantia secũdum diuersas potẽ-
tias diuersa sortitur vocabula. Has potẽtias
habet anteq̃ corpori misceat. Naturales siqui
dem sunt ei: nec aliud sunt q̃ ipa. Tota nanqz
anime substantia in his trib⁹ plena ⁊ ꝑfecta cõ
sistit id est in rationalitate: cõcupiscibilitate: ⁊
irascibilitate. q̃si quadã sua trinitate: ⁊ tota hec
trinitas est q̃dã anime vnitas: ⁊ ipa anima. De
us est omnia sua: ⁊ anima quedã sua. Habet si
quidem naturalia ⁊ ipa omnia est. Potentie
nãqz ⁊ vires eius idem sunt qd ipa. Habet ac
cidentalia ⁊ ipa nõ est. Sue vires est. sue virtu
tes nõ est. Non eni est sua prudentia: sua tem-
pantia: sua fortitudo: sua iustitia. Potẽtie aĩe
sunt rationalitas: concupiscibilitas: ⁊ irasci-
bilitas. Vires sunt: sensus: imaginatio: ratio
memoria: intellectus: intelligentia. Potentie
autem possunt dici vires: ⁊ vires dici possunt
potentie.

¶ De amicicia anime ⁊ corporis.
Capitulum. xiiij.

Quibusdã effectibus ⁊ quadam amici-
cia anima corpori cõiũgitur. secundum
quã amiciciã nemo carnẽ suam odio ha
bet. Sociata nãqz illi licet eius societate pre-
grauetur: ineffabili tamẽ cõditione diligit illd
amat carcerem suum: ⁊ ideo libera esse nõ põt.
Doloribus eius vehementer afficitur. Formi-
dat interitum que mori non potest. Timet de
fectum que per naturam non potest deficere.
Oculorum pascitur speculatione. sonoris de-
lectatur auditibus: suauissimis iocundat odo
ribus: larga epulatiõe reficit. Et licet his reb⁹
nullatenus ipa vtat. graui tñ merore affligitur
si subtrahãtur. Huic etiã nõnunq̃ subrepũt vi-
cia ꝯtraria rationi. dũ aĩa dilecto corpori indul
gentius remittendo. locum noscit prebere pec
cato. per sensus quoqz ꝓgredit anima ad corp⁹
mouendum ⁊ viuificandũ. Nouem quoqz sunt
foramina in humano corpore: q̃bus ꝯm natura

lem contemperantiam influit ꝛ effluit oē quo
idem corpus vegetatur ꝛ regitur. Sunt etiam
vtriusqꝫ quedā similia:corporis.s.supremum
ꝛ spiritus infimū:in qbus sine naturaꝝ confusi-
one:psonali tñ vnione facile cōiungi possunt:
Similia enim similibus gaudēt. Itaqꝫ anima
que vere spiritus est:ꝛ caro que vere corpus ē:
in suis extremitatibus facile ꝛ conueniēter vni
untur:idest in fantastico anime qđ corp⁹ non ē
sed simile corpori ꝛ sensualitate carnis que fe-
re spiritus est:quia sine anima fieri non potest
Sicut eniꝫ supremū anime:idest intelligentia
siue mens imaginem siue silitudinem gerit sui
superioris:idest dei: vnde ꝛ eius susceptiua esse
potuit ad vnionem personalem etiam quādo
ipse voluit absqꝫ vlla diminutione nature sue:
sic supremuꝫ carnis:idest sensualitas:anime ge-
rens similitudinem ad personalem vnionem
eius essentia suscipere potest. Nec istud mirum
est:cum etiam in sensu ꝛ memoria pecudis q̄
dam est imitatio rationalitatis:ꝛ i appetitu vo
lūtatis:ꝛ in his que refugit reprobatiōis. Spi
ritus nanqꝫ corporeus qui vtiqꝫ vere est corp⁹:
ꝛ sensu naturali inter multa discernit ꝛ vi con-
cupiscibilitatis eligit:ꝛ natura irascibilitatis re
probat. Habet siquidem corporea vita quos-
dam gradus incrementorum quibus ad ima-
ginem sūme vite proficit. Primus enim gra-
dus corporee vite est sensificatio. Secundus p
sensum ingrediens imaginatio ¶ Tertius per
imaginationem conceptorū memoria. Quar-
tus fm sensuum passiones quedam sine discre
tione intelligentie prouidentia:in qua quidem
quasi rationis imago est:ꝛ nulla ratio ē. In his
omnibus corporea vita spiritualem vitā imi-
tatur. primo in eo ꝙ sentit. secundo in eo ꝙ sen-
sum cōcipit. tertio in eo ꝙ ɔcepta retinet. quar
to in eo ꝙ siue in imaginaris siue in sensib⁹ fm
quandam rationis similitudineꝫ siue ad appe
tendum siue ad fugiendum se in se flectit. Con-
uenientissima auteꝫ media sunt ꝛ carnis ꝛ aie
sensualitas carnis que maxime ignis est:ꝛ fan
tasticus spiritus qui igneus vigor dicitur. Un-
de ꝛ quidam loquēs de animabus ait. Igneus
est illis vigor ꝛ celestis origo. Mira societas
carnis ꝛ anime:spiritus vite ꝛ limi terre. Sic
enim scriptum est. Fecit deus hominem de li-
mo terre ꝛ inspirauit in faciem eius spiraculū
vite: dans ei sensuꝫ ꝛ intellectū: vt per sensum
lutū sibi sociatum viuificaret:ꝛ p intellectuꝫ re
geret. ꝛ vt per intellectum intus ingrederetur
ꝛ contemplaretur dei sapientiam ꝛ p sensuꝫ fo-
ras egrederetur ꝛ contēplaretur opa sapientie
intellectu intus illustrauit:sensu foris decora-
uit: vt in vtroqꝫ refectionem inueniret:int⁹ ad
felicitatem:foris ad iocūditatem. Sed quia bo
na exteriora diu stare non possunt. iussus ē ho-
mo ab exterioribus ad interiora redire:ꝛ ab in
terioribus ad superiora ascendere. Tāte siqui
dem dignitatis est humana ɔditio vt nulluꝫ bo
num preter summuꝫ bonum ei sufficere possit.
Plenuꝫ fuit miraculo ꝙ tam diuersa ꝛ taꝫ diui
sa ab inuicem ad inuicem potuerūt coniungi.
Nec minus mirabile fuit ꝙ limo nostro deus
seipsum ɔiunxit: vt sibiinuicem venirētur deus
ꝛ limus:tāta sublimitas ꝛ tanta vilitas. Nihil
eniꝫ est deo sublimius:ꝛ nihil limo vilius. Mi
rabilis fuit ɔiūctio prima:mirabilis fuit secun-
da:nec minus mirabilis erit tertia:cum homo
angelus ꝛ deus vnus erit spiritus. Eodē nāqꝫ
bono bon⁹ est homo:quo bon⁹ est angelus:eo-
dēqꝫ bono vterqꝫ beatus. Si tñ ambo idipsū
eadeꝫ volūtate eodēqꝫ spiritu cupiūt. Si enim
tam disspareꝫ natura carnis ꝛ aie:ad vnā fede-
rationē atqꝫ amicitiam deus ɔiungere potuit:
nequaqꝫ erit ei ipossibile rationalē spūm q vsqꝫ
ad ɔsortiū terreni corporis humiliat⁹ est: cū eo
dem corpore glorificato: vt sit ei glorie qđ fuit
ei sarcine ad ɔsortiuꝫ beatoꝝ spirituū q in sua
paritate persiterūt: exaltare:atqꝫ ad sue glorie
pticipationē sublimare. Ad hoc siqdē illū sola
charitate:nulla necessitate creauit altissimus:
vt sue beatitudinis participeꝫ faceret. Si er-
go tātū gaudiū ꝛ tāta leticia ē in vita ista tpali. q̄
ɔstat ex pñtia spū s in corpe corruptibili:quāta
leticia ꝛ quantū gaudiuꝫ erit in vita eterna que
ɔstat ex presentia diuinitatis in spiritu ratiōali
Subiiciatur ergo corpus animo:animus deo:
ꝛ vnus spiritus erit cū eo:ita tñ si in humilita-
te pmanserit:ꝛ gratiam sui creatoris per quam
exaltādus ꝛ glorificādus est agnouerit. Ex car
ne ꝛ aia ɔstat homo:ꝛ vtrūqꝫ bonū suū habꝫ in
quo gaudet ꝛ exultat. Bonū aie est deus:cū af-
fluentia dulcedinis sue. Bonū carnis est mun
dus cū abūdantia iocūditatis sue. Sed mūdus
iste est exterior:deus autem interior. Nihil est
eo interius:nihil eo pñsentius. Interior ē omni
re:quia in ipō sunt omnia. Exterior ē omni re:
quia ipse est sup omnia. Ab hoc ergo mūdo ad
deum reuertentes:ꝛ quasi ab imo sursum ascē
dentes per nosmetipsos transire debemus.
Ascendere enim ad deum:hoc est intrare seip
sum ꝛ non solum ad se intrare:ſꝫ ineffabili quo
daꝫ modo in intimis seipsuꝫ transire. Qui eni
interius intrans ꝛ intrinsecus penetrans seip-
sum transcendit:ille veraciter ad deum ascen-
dit. Ab huiuꝫ ergo mundi distractionibus cor
nostrum colligamus: ꝛ ad interiora gaudia re
uocemus. Et si cor nostrum semper tenere nō
possumus: Saltem ab illicitis ꝛ vanis cogi-

rationibus restringamus: vt aliquãdo in diui-
ne cõtemplatiõis lumine figere valeamꝰ. Nec
est enim requies cordis nostri: cum in dei amo
re per desiderium figitur. Necẽ vita cordis
nostri: cũ deum suuz contẽplatur: ⁊ ipsa sua con
tẽplatiõe suauiter reficitur. Et dulce est illi sẽ-
ꝑ ad ꝯsiderãdũ: qd̃ ad amãdũ ⁊ laudãdũ semꝑ
ẽ suaue. Nihil.n.ad beatã vitã ꝓstãtiꝰ videt̃: q̃
velut clausis carnalibꝰ sensibꝰ extra carnẽ mũ
dũq; affectũ quẽpiã intra semetipm̃ ꝯuerti: alie
numq; effectum a mortalium cupiditatibus si
bi soli ⁊ deo loqui.

De ꝯparatiõe aie ad ea de qbus corpus constat. Cap. xv.

Cum aĩa sit incorporea: ꝑ subtiliorẽ nãz
corporis sui.i.ꝑ ignem ⁊ aerẽ: q̃ in isto
quoq; mũdo ꝑcellẽtia sunt corꝑa: ⁊ ideo
magis subtiliora corpꝰ admiñstrat. Ista siqdem
priora excipiũt intꝰ aie viuificãtis: eo ꝙ icorpo
ree nature sunt ꝓpinquora q̃ humor ⁊ terra: vt
ad eoꝝ primũ ministeriũ tota moles admistre
tur. Nullus sine his duobꝰ vel in corpore sen-
sus est: vel ab aĩa spõtaneꝰ corꝑis motꝰ. Ignis
⁊ aer que leuia sũt: mouent aquã ⁊ terrã q̃ gra-
uia sũt. Quaꝓpter etiã corpora post aie absces-
sũ moueri nõ videmꝰ: q2 ignis ⁊ aer: q̃ duo per
aie ꝑsentiã tenẽt in corꝑe terreno ⁊ humido vt
oĩuz q̃ttuor fiat tẽperatio: post eiusdẽ aie abscessũ
ad supna euadũt ac sese expediũt. Corꝑis autẽ
ꝯpositio sic fit. Corpꝰ ꝯstat ex officialibꝰ mẽbris
officialia ex consimilibꝰ: consimilia ex humo-
ribus: humores ex cibis: cibi ex elementis ⁊ ni
hil hoꝝ ẽ aĩa: sed in istis tanquã in orgãis agit
aĩa: ⁊ ꝑ h̃ corpori ꝯsulit ⁊ huic vite in q̃ factꝰ est
hõ in aĩaz viuẽtez. Que cũ tẽperata ⁊ ordinata
fuerint ꝯgruũt viuificatiõi: ⁊ nunq̃ recedit aĩa.
Si v̾o distẽperata ⁊ ꝯfusa fuerit inuita recedit aĩa
secũ trahẽs oĩa: sensuz: imaginatiõnẽ: rationez:
intellectũ: intelligẽtiã: ꝯcupiscibilitatẽ ⁊ irascibi
litatẽ: ⁊ ex his ꝑm merita afficit̃ ad delectatiõz
siue ad dolorẽ. Corpꝰ aũt qd̃ prius integꝝ tan
q̃ organũ ꝯtẽperatũ ⁊ dispositũ erat vt melos
musicũ in se ꝯtineret ⁊ tactũ resonaret. nũc con
fractũ ⁊ inutile e regiõe iacet. Aĩa v̾o recurrenti
bꝰ ad regiões suas elemẽtoꝝ partibꝰ: nõ habẽs
vbi vires suas exerceat: regescit ab his tantuz
motibꝰ qbus corpus ꝑ tẽpus ⁊ locũ mouebat:
tem in oībꝰ bonis opibꝰ tuis labora. non ꝓpter
amorē seculi huiꝰ:sed ꝓpter requiē sempiternā
quā ꝓmittit deꝰ vide quomodo vtrūq̄ȝ simul
facis ⁊ chordas tangis ⁊ bestias occidiꝛ. id est
⁊ cytharista es ⁊ venator. nō nos delectāt talia
spectacula vbi nō ꝓmeremur oculos editoris
sed oculos redemptoris: Honora patrem tuū
⁊ matrem tuā:tangis quartā chordā vt honorē
parentibꝰ deferas:cecidit bestia ipietatis. Nō
mechaberis:tāgis quintā chordā cecidit bestia

libidinis. Non occides: tangis sextaȝ chordāȝ
cecidit bestia crudelitatis. Non furtum facies
tangis septimam chordam: cecidit bestia rapa
citatis. Nō falsum testimonium dices: tangis
octauam chordam cecidit bestia falsitatis. non
cōcupisces vxorē ꝓximi tui: tangis nonā chor-
dā: cecidit bestia adulterine cogitatiōis. Aliud
enim est nō facere aliquid tale preter vxoreȝ
aliud nō appetere alienā vxoreȝ. Ideo duo pre
cepta sunt. nō mechaberis: ⁊ nō cōcupisces vxo
rem ꝓximi tui. Nō cōcupisces rem ꝓximi tui:
tangis decimā chordam: cecidit bestia cupidi-
tatis. Ita cadētibus omnibꝰ bestijs securus ⁊ in
nocēs in dei dilectiōe ⁊ humana societate ver-
saris: tangēs chordas decē quot bestias occi-
dis. Nā multa capita sūt sub istis capitibꝰ. In
singulis chordis nō singulas bestias: sȝ greges
interficis bestiaꝝ. Sic ergo canticū nouū cum
amore nō cū timore cantabis. Noli dicere tibi
quādo forte aliqd luxurianter vis agere. Uxo-
rem nō habeo. facere possum qđ volo. nō enim
post vxorē meā pecco: Jam nosti preciū tuū: iā
nosti quo accedis: qd maduces: qd bibas: imo
quē māduces: quē bibas. Abstine te a fornica-
tionibus. Ne forte mihi dicas: ad fornicem va
do: ad meretriceȝ ꝑgo: ad ꝓstitutam eo: nec il-
lud p̃ceptum violo qđ dictū est. non mechabe-
ris: quia vxorem nōdum habeo: nec post illaȝ
aliquid facio. nec illud preceptū violo qđ dictū
est non cōcupisces vxorem proximi tui. Qui ad
publicam vado: in qđ preceptū incurro? nō in-
uenimus chordā quā tangamus. nō inuenimꝰ
chordam quo neruo ligemus fugitiuū istum. nō
fugiet habet vnde ligetur: sed amet te. nō eniȝ
ligamentū sed ornamentū in ipsis decē chordis
inuenimus. Decē enī p̃cepta ad duo illa referū
tur: sicuti audiuimꝰ vt diligamꝰ deum ⁊ ꝓximū
⁊ duo illa ad vnū illud. Unū est aūt qđ tibi fieri
nō vis alij ne feceris. ibi ꝯtinentur decem: ibi
cōtinentur duo. Sed dicis: furtum si faciam
id facio quod pati nolo. Si occidam id facio
quod ab altero pati nolo. Si parentibus meis
honorem non deferam quādo volo vt deferat
mihi a filijs: id facio qđ pati nolo. Si sim me-
chus ⁊ aliquid tale moliar: id facio qđ pati no-
lo. Nā si qui interroget dicit nolo vt vxor mea
aliqd tale faciat. Si cōcupisco vxorē ꝓximi mei
nolo qsq̄ꝫ ꝯcupiscat meā: id facio qđ pati nolo.
Cum vero ad meretricē eo: cui facio qđ pati
nolo? qđ grauius est ipsi deo. Intelligat sancti-
tas vestra. etenim qđ fieri tibi nō vis alij ne fe-
ris: ad duo precepta ꝑtinet. Quomodo ꝑtinet
ad duo precepta. si homini nō feceris qđ pati
non vis ab homine? Ad proximi preceptum
pertinet: ad dilectionē proximi: ad septem chor
das. Si autē quod nō vis pati ab homine: ipsi
deo vis facere: quid est hoc non facis alteri qđ
pati nō vis? Carior factus est tibi homo q̄ȝ deꝰ
Ergo quomodo facio inquis ipsi deo. Corrum
pis teipsum. Et vnde iniuriam facio deo: q̄r
corrumpo meipsum? Unde tibi facit iniuriam
qui voluerit forte lapidare tuā tabulam pictā
in qua tabula imago tua est in domo tua inani-
ter posita ab vanum honorem tuū: nec sentiēs
nec loquens nec videns. Si quis illam lapi-
det nōne in te facit contumeliam? Cum vero
imaginem dei quod es tu corrumpis in te per
fornicationes ⁊ per diffluentias libidinis: at-
tendis quia ad nullius vxorem accessisti: attē-
dis quia post vxorem tuam nihil fecisti: quia
vxoreȝ nō habes: ⁊ nō attēdis per libidines il
licitas fornicationis cuius imaginem violasti.
Postremo deus qui scit quid tibi vtile sit: qui
p̃e nō sic seruuos suos gubernat ad vtilitatē il
lorū nō ad suam. Nō eniȝ indiget seruis quasi
ad adiutorium: sed tu indiges domini auxilio.
Ipse ergo dominus qui scit quid tibi sit vtile:
vxorē concessit nihil amplius: hoc iussit: hoc p̃-
cepit: ne per illicitas voluptates corruat tēpluȝ
eius qđ esse cepisti. Nūqd hoc ego dico? Apo-
stolum audire. nescitis quia tēplum dei estis: ⁊
spiritus dei habitat in vobis? Si quis tēplum
dei corruperit: corrumpet illuȝ deus. Uidetis
quomodo minatur? non vis corrumpi domuȝ
tuam: quare corrumpis domū dei. Certe nō fa
cis alicui qđ pati nō vis? Nō est ergo qua eua-
datur. Tenetur ille qui se teneri non putabat.
Omnia eniȝ peccata hominū: aut ad corrupte
lam ꝑtinent flagitiorum: aut ad facinora nocē-
di. Quia deo noceri nō potest in facinoribus: in
flagitijs eum offēdis: in corruptelis illuȝ offen
dis: in te illi facis iniuriam. Facis enim iniuriā
gratie ipsius: domo ipsius. Seruuȝ si haberes
velles vt seruiret tibi seruꝰ tuus. Serui tu me
liori domino deo. Seruuȝ tuū nō tu fecisti: ⁊ te
⁊ seruum tuum ille fecit. Uis vt tibi seruiat cū
quo factus es: ⁊ nō vis seruire ei a quo factus
es. Ergo cū vis vt seruiat tibi seruus tuus hō
⁊ tu non vis seruire domino deo: facis deo qđ
tu pati nō vis. Ergo illud vnū p̃ceptum ꝯtinet
duo. illa duo ꝯtinent decem: illa decem ꝯtinēt
omnia. Cantate ergo in psalterio decē chorda
rum canticū nouū. Ut autem cantetis canticuȝ
nouū: estote homīes noui. Diligite iusticiaȝ hȝ
pulcritudinē suam. Ideo nō vultis illā videre
quia aliud amatis. Nam si aliud nō amaretis
eam vtiq̄ȝ videretis. Quare illam videtis q̄n
illam exigitis: illam exigis q̄re laudas fidē q̄n
illam exigis de seruo tuo? Quā pulcra res est fi-
des: sed tunc pulcra est q̄n de seruo exigit: tunc

videtur quando ab altero expetitur: quando de
te exigitur non videtur. Aurum vides: fidem
non vides? Sicut lucet aurum ad oculos cor-
poris: sic lucet fides ad oculos cordis. Aperis
ad illam oculos cordis: quãdo vis vt exhibeat
illam tibi seruus tuus. Si tibi illam exhibue-
rit laudas seruum tuum: ꝛ predicas eum: ꝛ di
cis. Preclarũ seruum habeo: magnum seruuz
habeo: fidelem seruum habeo. Quod laudas
in seruo non exhibes domino: ꝛ eo sceleratius
quia vis vt meliorem tu habeas seruum ꝙ̃ te
deus. Jubet deus seruo tuo vt bonus sit erga
te: quomodo iubet vxori tue: vt ꝛ si tu mecha-
beris nõ mechetur. Sic iubet seruo tuo vt ꝛ si
tu non seruis deo: seruiat tibi Sed hoc totuz vi
de: vt ad monitionem tuaz valeat: non ad per
nicem tuam. Eteniz seruus ille qͥ tibi seruit in
digno digne id est ꝙ indigno tibi bene seruit:
ꝛ fideliter seruit: ꝛ pure te diligit: deo debet: nõ
tibi. Justum est ergo ꝛ tu attendas: quia sub do
mino es ad quem ꝛ ille attendit vt seruiat tibi
Jmple ergo quod dictum est. quod tibi fieri nõ
vis: alij ne feceris. Sed ipsum alij cum dicis
vtrunqꝫ attende ꝛ proximum ꝛ deum. Canta
in psalterio decem chordarum: canta canticum
nouum: concorda cum sermone dei: cum est te-
cum in via: Concorda cum aduersario tuo cito
ne cum discordia venias ante iudicem. Si fa
cis quod audis cõcordasti cum eo. si autem nõ
facis rixaris cum eo ꝛ nondum cõposuisti quo-
usqꝫ facias. Ut autem concordetis abstinente
vos a detestabilibus corruptelis: ꝛ a detesta-
bilibus inquisitionibus a mathematicis: ab aru
spicibus: a sortilegis: ab auguribꝰ: a sacrilegijs
abstinete vos ꝙ̃tũ potestis a nugatorijs specta
culis. Si que delectationes seculi subrepũt in
anima: exercete vos in misericordia: exercete
vos in elemosynis: in ieiunijs in orationibus.
His eni purgantur quotidiana peccata: que nõ
possunt nisi subripere in animam propter fra-
gilitatem humanam. Noli illa cõtemnere quia
minora sunt: sed time quia plura sunt. Attendi
te fratres mei minuta sunt: non sunt magna.
Non est bestia quasi leo: vt vno morsu guttur
frangat: sed bestie plerunqꝫ minute multe ne-
cant. Si proijciatur quisqꝫ in locum pulicibus
plenum: nũquid nõ moritur ibi? Non sunt qui
dem maiores: sed infirma est natura humana:
que etiam minutissimis bestijs interimi potest
Sic ꝛ modica peccata attenditis quia modica
sunt: cauete quia plura sunt. Quã minutissima
sunt grana arene. Si arene ampliꝰ in naui mit-
tatur: mergit illam vt pereat. Quã minute sũt
gutte pluuie. Nõne flumina implent ꝛ domos
deijciunt. Ergo ista nolite cõtemnere. Sed di
cturi estis. Et quis potest sine istis? Ne hoc di
ceres que habere nemo potest. deꝰ misericors
videns nostram fragilitatem posuit contra re
media. Que sunt remedia? elemosynaruz: ieiu
niorum ꝛ orationum. ipsa sunt tria. Ut autem
verum dicas in oratione perfecte implende
sunt elemosyne. Que sunt perfecte elemosyne?
Ut ex quo tibi abundat des ei qui non habet:
ꝛ quo te ledit aliquis ignoscas illi. Sed ne pu-
tetis fratres quia facienda sunt quotidie adul-
teria: ꝛ elemosynis quotidianis mũdanda sũt
Ad illa celera maiora nõ sufficiunt quotidiane
elemosyne vt ea mundẽt. Aliud est vbi mutes
vitam: aliud est vbi toleres vitam. Jlla mutan
da est. Si mechus eras: noli esse mechus. Si
fornicator eras: noli fornicari. Si homicida:
noli homicida esse. Si ibas ad mathematicuz
ꝛ ad ceteras pestes sacrilegas: iam desine. Ar-
bitraris hec nisi fieri desinant quotidianis ele
mosynis posse mundari? Jlla dico quotidiana
peccata: que aut per linguam facile cõmittunt
vt est verbum durum: aut cum labitur aliquis
in risum immoderatum: aut in huiusmodi nu-
gas quotidianas. Jn ipsis concessis peccata
sunt. Cum ipsa vxore si exceditur cõcumbendi
modus procreandis liberis debitus: iam pecca
tuz est. Ad hoc enim ducitur: vxor id etiam ta
bule indicant vbi scribitur liberorum procreã
dorum causa. Quando tu vti vxore amplius ꝙ̃
necessitas procreandorum liberorum cogit vo
lueris: iam peccatum est. Et ipsa talia peccata
quotidiane elemosyne mundant. Jn ipsis ali-
mentis que vtiqꝫ concessa sunt. si forte excedis
modum ꝛ amplius accipis ꝙ̃ necesse est pec-
cas. Quotidiana sunt ista que dico: sed tamen
peccata sunt ꝛ nõ leuia quia plura. Quia vero
quotidiana ꝛ plurima: timenda est ruina multi
tudinis: ꝛ si non magnitudinis. Talia peccata
dimittimus fratres quotidianis elemosynis
posse mũdari. Sed facite elemosynas ꝛ noli
te cessare. Attendite vitam vestram quotidi-
anam ipsis peccatis scaturiẽtem minutis ipis
dico. Et cum facis elemosynaz non superbe fa
cias: nec sic ores quẽadmodum ille phariseus.
Sed tamẽ quid ibi dixit. Jeiuno bis in sabba
to: decimas do omnium quecunqꝫ possideo: ꝛ
nõdum fusus erat sanguis domini. Tantum ꝓ
nobis precium accepimus ꝛ saltim nec tantuz
erogamus ꝙ̃tum phariseus. Et habes alio lo
co aperte dicentẽ dominũ. Nisi abũdauerit iu-
sticia vestra plus ꝙ̃ scribaꝝ ꝛ phariseoꝝ: nõ in
trabitis in regnũ celoꝝ. Ergo illi dãt decimas
tu si centesimã dederis aliquid magnũ te fecisse

gloriaris. Attendis enim quid alius non faci-
at: non quid te iubeat facere deus. Metiris
te de comparatione peioris: nō de iussione me-
lioris. Non quia ille nihil facit: ideo tu magnū
aliquid facis: sed quia gaudetur ad quedā mi-
nima opera vestra: quia tanta est sterilitas ve
stra ut ad modica gaudeatur. Quasi securi vo-
bis blandimini de minimis elemosynarū gra
nis: ⁊ aceruos obliniscimini peccatorum. Pro
tulisti forte nescio quid paruum: quod alius aut
non habuit: aut non protulit cum haberet. No
li attendere post te quis non faciat: sed quid te
iubeat deus facere. Postremo quare in istis
affectionibus secularibus non vobis sufficiūt
quos precessistis: sed vultis esse diuites: equa-
les ditioribus vobis? Non attenditis quantos
pauperiores transcenditis? Uincere vultis di-
tiores. Sed in elemosynis habetur modus.
Hic dicitur: iam quousq̧ facio? ⁊ illic non dici-
tur: quantis diuitibus ditior sum? Non atten-
duntur egestates innumerabilium mendico-
rum. Non respiciuntur posteriores multitudi-
nes pauperum. Sed paucitas precedentium di
uitum ante oculos ponitur. Cur in opere bono
non attenditur ille zacheus: qui dimidium re-
rum suarum dedit pauperibus? Sed optare co
gimur vt attendatur saltim ille phariseus qui
omnium que possidebat decimas dabat. Noli
parcere thesauris caducis: thesauris vanis. No
li sub imagine pietatis augere pecuniam. Filijs
meis seruo. Magna excusatio: filijs meis ser-
uo. Uideamus. Seruat tibi pater tuus. seruas
tu filijs tuis. filij tui filijs suis: ⁊ sic per omnes
⁊ nullus facturus est precepta dei. Quare non
illi potiꝰ impēdis oīa qui te fecit ex nihilo? Qui
te fecit: ipse te pascit. Ex his q̄ fecit ipse: pascit ⁊
filios tuos. Neq̧ enī meliꝰ cōmittis filio tuo pa
trimoniū tuū q̄ȝ creatori tuo. Et mentiunt̄ qui
dicūt hoīes: mala est auaritia. Palliare se volūt
noīe pietatis ⁊ dealbare: vt q̄si ꝓpter filios vi-
deātur seruare hoīes: qd̄ ꝓpter auaritiā seruāt.
Nā vt noueritis q̄ sic plerunq̧ ꝯtingit. Dicit̄
de quodā. Quare nō facit elemosynā? q̄ seruat
filijs suis. Cōtingit vt amittat vnū. Si ꝓpter fi
lios seruabat: mittat post illū partē suā. Quare il
lā tenet in saculo: ⁊ illuȝ relinqt ab aīo. Redde
illi qd̄ suū est: redde qd̄ illi seruabas. Mortuꝰ ē
inqt: sȝ p̄cessit ad deū: ps ipsiꝰ debet̄ pauperibꝰ
Illi debet̄ ad quē p̄rexit. xp̄o debet̄: ad ip̄m enī
p̄rexit: ⁊ ille dixit. Qui vni ex minimis istis fecit
mihi fecit. Et q vni ex minimis istis nō fecit:
mihi nō fecit. Sed qd dicis? Seruo fratribus
ipsius. Si viueret ille: non erat cum suis fratri
bus diuisurus? O fides mortua: mortuꝰ ē enī fi-

lius tuꝰ. Quicq̄d dicas mortuo debes qd̄ viuo
seruabas. Mortuus ē filius meꝰ: sed tn̄ partē
filij mei seruo fratribꝰ ipsius. Si credis quia
mortuꝰ est: si ꝓ illo christus mortuꝰ non est: mor
tuꝰ est ipse. Si autē in te fides est: viuit filiꝰ tuꝰ.
Uiuit prorsus nō decessit sed p̄cessit. Qua frōte
vēturus es ad filiū tuum q precessit: cui p̄cedēti
non mittis partē suā in celū? An nō pōt mitti in
celum? Potest prorsus. Audi ip̄m dn̄m dicētem.
Thesaurisate vobis thesauros in celo. Si ergo
ille thesaurus melius ē custoditꝰ in celo: nūqd
tunc mittēdus ē filio qui si missus fuerit non pe
ribit? Tenebit̄ hic vbi pōt perire: nō mittit̄ il-
luc vbi christus est custos. Certe ea que hic te
nes ⁊ non vis mittere post filium tuum: qui-
bus commendas actoribus tuis commendas
illius partem qui precessit: ⁊ christo non com-
mendas ad quem precessit? An idoneus est
tibi procurator tuus: minus idoneus chri-
stus? Uidetis fratres quia mendacium ē quod
dicunt homines. Filijs meis seruo. Menda-
cium est fratres mei: mendacium est: Auari
sunt homines: vel si certe cogantur confiteri
quod nolunt: cum erubescunt tacere quod sunt:
fundāt vomāt in cōfessiōe quod portant. Pe-
ctus premitur crapula iniquitatis: euomat eā
confessio: sed non canino more redeatur ad vo
mitum. Estote christiani. Ualde parum est vo
cari christianus. Quanta donatis venatori-
bus: quanta turpibus personis: donatis eis
qui vos occidunt. Per ipsas enim exhibitio-
nes voluptatum interficiunt animas vestras
⁊ insanitis quis plus donet. Si insaniretis qui
plus seruet nō essetis ferendi: quis plus seruet
insanire auaricie est: qd plus donet insanire ꝓ-
fusionis est. Nec auarum te deus nec ꝓfusum
vult: collocare te vult que habes: non ꝓijcere:
Certatis quis vincat in peius: non datis ope-
ram quis sit melior: atq̧ vtinam non daretis:
quis sit peior. Et dicitis christiani sumus ad
fauorem populi proijcitis res vestras. Ecce nō
iubet christus. Rogat christus: eget christus.
Esuriui dicit christus: ⁊ non dedistis mihi mā
ducare. egere voluit propter te: vt haberes
vbi seminares que dedit vt meteres vitam
eternam. Nolite pigri esse: ⁊ male securi: mores
emendate: peccata redimite: ⁊ cum hec feceri
tis: deo gratias agite a quo accepistis bene vi
uere. Et sic ei gratias agite vt non insultetis
his qui nondum bene viuunt. Sed eos ipsos
moribus vestris hortemini. Hec faciēdo ha-
betis perfectam q̄ȝtum in hac vita potest insti
ciam. Conuersantes in bonis operibus: in ora
tionibus: in ieiunijs: ⁊ in elemosynis propter

minuta peccata: et abstinendo vos ab illis magnis peccatis concordatis cum aduersario: et securi dicitis in oratione. Dimitte nobis debita nostra: sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Habetis enim quod quotidie vobis dimittatur: qui habetis quod quotidie dimittatis. Sic ambulando secure in via non timebis latrocinia diaboli: quia christus viam et stratam magnam seipsum fecit: perducit ad patriam. Omnis ibi securitas: omnis quies: vbi et ipsa misericordie opera cessabunt: quia nulla ibi erit indigentia miserorum. Erit ergo illud sabbatum sabbatorum: vt quod hic desideramus ibi inueniamus. Amen.

Explicit liber beati augustini de decem chordis.

Sermo sancti Augustini de ebrietate.

Frequenter charitatem vestram fratres charissimi paterna pietate admonui: vt ebrietatis malum tanquam inferni foueam vitare deberetis. Sed ipsi infelices ebriosi: quando se nimio vino ingurgitant irrident et vituperant eos qui rationabiliter tantum quod sufficit bibere volunt: dicentes eis. Erubescite et verecundum sit vobis: quia non potestis bibere quantum nos. Dicunt enim eos non esse viros. Et videte miseriam ebriosorum. Se dicunt viros qui inhonesti in ebrietatis cloaca iacent: et illos dicunt non esse viros: qui honesti et sobrij stant. Nemo dicat fratres charissimi quod in istis temporibus martyres non sint. Quotidie martyres sunt. Martyr enim testis interpretatur. Quicunque ergo pro veritate testimonium dederit: et omnes causas cum iusticia iudicauerit: quicquid pro testimonio veritatis vel iusticie protulerit totum ei dominus pro martyrio computabit. Et si ille qui ebrietati resistit: si cum dei adiutorio perseuerare voluerit: et pro ipsa re aliquas pertulerit tribulationes: omnia ei dominus ad martyrij gloriam computabit. Velim nunc scire fratres charissimi: quicunque dominus plures seruos habet si vel vnum ex illis velit fieri ebriosum: et deus habeat ebriosum? Ideo enim fratres tanta infelicitate se inebriant homines: quia putant ebrietatem aut paruum aut nullum esse peccatum. Sed pro ista ignorantia maxime sacerdotes in die iudicij reddituri sunt rationem: si commissis sibi populis quam vel quanta mala de ebrietate nascuntur assidue noluerint predicare. Qui autem credit paruum esse peccatum: si se non emendauerit: et pro ipsa ebrietate penitentiam non egerit cum adulteris et homicidis eterna illum pena sine remedio cru-

ciabit secundum illud quod ipsi bene nostis beatum apostolum predicasse. Neque inquit fornicarij: neque idolis seruientes: neque molles: neque masculorum concubitores: neque auari: neque adulteri: neque ebriosi regnum dei possidebunt. Videte ebriosos cum predictis vicijs iungi. Et ideo diffiniat et deliberet: vnusquisque apud se ebrietatem graue esse peccatum: et tunc aut nunquam: aut difficile eum ebrietas poterit superare: cum enim non solum in futuro seculo propter ebrietatem torquendi sint homines: sed in presenti per ipsam ebrietatem multis frequenter infirmitatibus fatigantur: et hoc quidem non solum laicis sed etiam clericis: quod peius est. Multi sunt et maioris ordinis clerici: qui cum alijs sobrietatis bonum deberent iugiter predicare: non solum hoc non faciunt: sed etiam se et alios inebriare non erubescunt nec metuunt. Sed agnoscant et doleant quicunque tales sunt. Et qui nolunt se emendare et pro se et pro alijs necesse est eterna supplicia sustinere. Illud vero quale est: quod iam transacto conuiuio et completa siti: cum amplius bibere non possunt nec debeant: tunc quasi nouelli et quasi ipsa hora superueniat diuersis nominibus incipiunt bibere: non solum viuorum hominum: sed et angelorum et reliquorum antiquorum sanctorum: estimantes quod maximum illis honorem impendant: si se in illorum nominibus nimia ebrietate sepeliant: ignorantes quod nullus tam grauem iniuriam sanctis angelis et sanctis hominibus agnoscitur irrogare quam illi qui in eorum nominibus bibendo per ebrietatem suas animas probantur occidere. Sunt enim aliqui qui sola hac de causa aliqua salsa cibaria sibi ordinant fieri: vt per ipsam salsitudinem nimia se possint ebrietate obruere. Hoc enim quidem si pagani ignoranter faciunt: nec mirandum est: nec nimis dolendum: quia et in deo spem non habent: et antiquam parentum suorum consuetudinem seruant. Christiani vero quos deus de tenebris eduxit ad lucem: de morte vocauit ad vitam: quibus omnes scripture clamant ebrietatem fugere: sobrietatem diligere: quare turpissimas illorum ebrietates imitantur: de quorum perfidia liberari per dei gratiam meruerunt? Et ideo rogo et per tremendum diem iudicij vos adiuro: vt quantum potestis: ebrietatis malum auxiliante domino fugiatis: et iam vobis incipiat verecundum esse: quod hucusque gentibus et paganis in ebrietatis turpitudine vos voluistis similes exhibere. Et ideo quia deo propicio illis dissimiles estis in fide: similes esse in ebrietate non debetis. Que etiam si reliqua peccata christiani non admittant: sola ea si frequens fuerit ebrietas: et emendatio ac penitentia non subueniat: in inferno precipitat: secundum id quod iam dictum est: neque ebriosi regnum dei possidebunt Sed dicet aliquis. Ego regnum dei nolo: eternam tamen requiem desidero. Nemo se decipiat fra-

tres. Duo. n. loca sunt: ⁊ tertius nō est visus. Qui cū xp̄o regnare n̄ meruit: cū diabolo absq; vlla dubitatione peribit. Ego fratres charissimi: dum hec humiliter ⁊ cū grandi charitate ꝑ sollicitudine paterna cōmoneo: apud deū absoluo ꝯscientiam meam. Qui vero me libenter audire: ⁊ fideliter qđ ei predictum est implere voluerit: habebit premium eternum: qui autē contempserit: timeat ne eternum necesse sit sine vllo fine sustinere supplicium.

¶ Explicit sermo scti Augustini de ebrietate.

¶ Incipit tractatus sancti Augustini de vnitate huius seculi

IN hac vita positi fratres ita agite: vt cū hinc migraueritis: ⁊ caro vestra a vermibus ceperit deuorari in sepulchro: aīa ornata bonis operibus cū sanctis omnibus letet̄ in celis. Retrahat vos a malis operibus vel peccatis: interitꝰ eorū quos ꝑmisistis. Attēdite calamitates: considerate diuitū sepulchra: quid eorū qui añ pauca tēpora vobiscū erant: quid sunt: vel quid fuerunt: vel quid eis diuitie ⁊ cupiditas seculi profuerint. Ecce nihil ex eis nisi soli cineres remanserunt: qui si modo loqui possent hec vobis dicerēt. Ut quid infelices tm̄ pro seculi vanitate discurritis? Ut quid vos criminibus ⁊ vitijs repletis? Cōsiderate ossa nostra: ⁊ vel sic vobis horreat cupiditas ⁊ miseria vr̄a. Qđ vos estis nos fuimus. ⁊ qđ nos sumus vos eritis. Itaq; sāia fratres charissimi solicita ꝯsideratione pēsate: ⁊ hec ꝯsiderātes expauescite: diē mortis ante oculos sp̄ ponite: ad emēdationē quātū potestis festinate. Nolite negligere q̄ vos pius deꝰ peccantes sustineat: q2 q̄to diutius expectat vt emēdetis: tāto grauius iudicabit si neglexeritis. Si forte putatis q2 finis mundi tardius veniat vel suū vnusquisq; ꝯsideret finē. Ecce dū libēter ac iocundissime morat̄ homo in mundo: multaq; in lōga tēpora disponit agēda: repente rapit̄ in morte: ⁊ ex improuiso aufert̄ a corpore. Sz ille est beatus: qui semꝑ illā habuerit añ oculos: ⁊ festinauerit in illa hora mortis paratꝰ inueniri. Qđ si vultis scire charissimi q̄ magmetu magnisq; doloribus aīa separat̄ a corꝑe diligenter aduertite. Ueniūt. n. angeli assumere eā vt perducāt illā ante tribunal iudicis metuēdi: ⁊ tūc illa memorās opera sua mala ⁊ peruersa que die noctuq; gessit: cōtremescit: ⁊ q̄rit ea fugere: induciasq; petere dicēs: Date mihi vel vnius hore spaciū. Tūc quasi loq̄ntia simꝉ opa eius dicēt. Tu nos egisti: opa tua sumus: nō te deseremus: sz tecū sp̄ erimus tecūq; ꝑgemus ad iudiciū. Hec quidē peccatoris aīa agit: q̄ cū horrendo timore separat̄ a corpore ⁊ ꝑgit plena peccatis ⁊ ingēti cōfusione. Justi vero anima cū separat̄ a corpore: nō timet: nec expauescit: sz magis cū magno gaudio egredit̄: ⁊ cū exultatione ꝑgit ad deū deducētibus se sanctis angelis. Illā horā fratres modo timete: vt nō tūc timeatis. Illā nūc ꝑcauete: vt tunc securi eē possitis. Memētote iugiter q̄ in medio laqueorū diaboli ambulatis: ⁊ ideo semꝑ parati estote: vt quando domini preceptum fuerit missum: liberi ab omni labe peccati ad requiem transire possitis. Non arbitremini vos in hoc mundo diu māsuros: q2 nimirū prouenit: vt post dominicū missum p̄ceptū: nec vnius hore momentū cōcedatur in hac vita cōsistere. Cauete igitur ne in exitu vestro tristiciā faciatis angelis: ⁊ gaudium inimicis. Scitote vero q̄ cū aīa a corpore euellit̄: statī aut in paradiso pro meritis bonis collocat̄: aut certe pro peccatis in inferni tartara precipitat̄. Eligite modo qđ vultis: ⁊ hoc iam in vita vestra disponite: aut perpetualiter gaudere cum sanctis: aut sine fine cruciari cum impijs. Itaq; fratres saltem pene vos terreant: si premia non inuitant: ⁊ presens seculum si despicere non valetis: saltem cū iusticia possidete. Qui in adolescentia errauit: saltē iam in senectute resipiscat: ⁊ mala que peccando cōmisit: penitēdo iam expurget. Ecce paulatim deficit mundus: ⁊ cuncta que vidētur velociter tanq̄ nebula: aut tanq̄ vespertina vmbra transcurrunt. Ecce qđ olim ꝑ zenunciabatur: presenti iam tēpore perspicue cernit̄. Subtrahuntur vt ipsi videtis omnia bona: ⁊ crescunt quotidie mala. Nolite ergo fratres iā mundum diligere: quē tanta cernitis cū velocitate transire. Nolite in eius amore anchorā cordis iam figere: quem sic ad finem cōspicitis declinare: presertim cum apostolus clamet: q̄ amicitia huius mundi inimica sit deo. Si enī ipse mundus nos diligeret: diligēdus vtiq; nō esset: quanto magis nunc dum ipse nos odire probatur: quos tātis malis insequitur a nobis omnino spernendus atq; fugiendus est? Uitā ergo eternam ex omnibus precordijs vestris amate: quam nunq̄ in secula veniatis. Illuc festinate vbi semper viuatis: ⁊ vbi iam mori nū q̄ timeatis. Si enim sic amatis istam vitam miseram fluidamq;: vbi cum tanto labore viuitis: ⁊ vbi vix currendo: satagendo: sudando: suspirando necessarijs corporis satisfacitis: q̄to magis amare debetis eternam vitam: vbi

nullum laborem sustinebitis: vbi semper sum-
ma securitas: summa felicitas: summa liber-
tas: felix beatitudo: vbi etiam implebitur il-
lud quod dominus in euangelio dicit. Erũt ho
mines similes angelis. Et illud. Fulgebunt iu-
sti sicut sol in regno patris mei. Qualis puta-
tis tunc erit splendor animarum: quando solis
claritatem habebit lux corporum. Ibi iaz non
erit vlla tristicia: nullus ibi labor: nullus dolor
nullus timor: nulla mors: sed perpetua semper
sanitas perseuerat: nulla ibi consurgit malicia:
nulla carnis miseria: nulla egritudo: nulla om-
nino necessitas. Non erit ibi fames: non sitis:
non frigus: non estus: non lassitudo ieiunij: nec
vlla tentatio inimici: non peccandi voluntas:
nec delinquendi possibilitas: sed totum leticia:
totum exultatio possidebit: homines qꝫ sociati
angelis: sine vlla carnis infirmitate vernabũt
Erit ibi iocunditas infinita: beatitudo sempi-
terna: quaz qui semel adipiscitur semper tenet
Nihil hoc loco magnificentius: nihil gloriosiꝰ:
nihil clarius: nihil pulchrius: nihil verius: ni-
hil illa bonitate sincerius: nihil illa abundantia
copiosius. Ibi iam non formidabitur fortissi-
mus hostis: qui cupit iugiter animas iugulare:
nec facies omnino turbulenta tortoris. Non
incutiet timorem barbaroruz immanitas: nec
vlla vlterius timebitur aduersitas. Nemo in
illo loco glorioso indiget vestimento: non est il
lic frigus: non estꝰ nec vlla aeris inequalitas.
Nullus ibi esurit: nullus tristatur: nullus est ibi
peregrinus: sed omnes qui illuc venire merue
runt securi in propria patria viuent. Non vl-
tra aduersabitur caro spiritui: sed cum angelis
inenarrabilia sempiterna a christo premia tri
buentur: ⁊ ꝙ oculus non vidit: sicut dicit apo-
stolus: nec auris audiuit: nec in cor hominis
ascendit: que preparauit deus diligentibus se.
Ecce qualem beatitudinez perditurus erit: qui
modo se: dum licet: emendare noluerit. Iccirco
nos frates domino auxiliante dedignemur vl
tra seruire peccato: quibus tanta beatitudo pre
paratur in celo. Dum ergo tempus est: festine-
mus propitium nobis habere dominum: de-
spiciamus que terrena sunt: vt adipiscamur ce
lestia: cogitemus peregrinos nos esse in hoc se
culo vt liberius festinemus ad celos. Veloci
ter enim transeunt: ⁊ cito tanquam vmbra pe-
reunt cuncta que hic videntur. Perpendamꝰ
charissimi fratres: quales erimus in die iudi-
cij: dei ⁊ angelorum eius conspectui presentan-
di: quando opera nostra erunt nobis ante ocu-
los nostros nobis ponenda. Qualis erit tunc
ista confusio: cui contigerit pro peccatis suis in
conspectu dei omniumqꝫ hominum ⁊ angelo-
rum erubescere: qui hic nec vnum quidem ho
minem se peccantez vult nunc inspicere. Quis
pauor erit deum iratum videre: quem placa-
tum non valet vniuersitas comprehendere.
Illum ergo diem semper timeamus: quez mo
do preuidere nullatenus possumus. Illum di-
em iugiter pauescamus: vel sic actus nostros re
nocemus. Consideremus quis terror in die il
lo erit: cum dominus de celis ad iudicandum
seculum venerit. Qui metus erit deum vide-
re: ad cuius aduentum vniuersa elementa qua
tiuntur: ⁊ celum cum terra contremiscet: virtu-
tesqꝫ celorum commouebuntur. Tunc nimiruz
precinentibus angelorum tubis: omnes gen-
tes quecunqꝫ sub celo fuerint: ⁊ omnis homo
tam viri ꝙꝫ femine: in eo sexu vnusquisqꝫ quo
natus fuerit in mundo: boni ⁊ mali: sancti ⁊ pec
catores: vel quicunqꝫ ab initio nati ⁊ mortui fue
rint: siue a bestijs deuorati: siue ab igne cõsum-
pti: siue etiam ab aquis absorpti: omnes simul
in momento temporis: in ictu oculi resurgent
in ipsis sine dubio corporibus: atqꝫ in ipsa car
ne: quam hic habuerunt. s. in virum perfectum
in mensuraz etatis plenitudinis christi: in qua
⁊ ipse dominus resurrexit a mortis. Et omnes
ante iudicium christi venient: pariterqꝫ euz ele-
cti ⁊ reprobi oculis suis videbunt: sicut ⁊ ipse
dominus in euangelio dicit. Tunc videbunt fi
lium hominis venientem in nubibus celi: cum
virtute magna ⁊ maiestate: constipatum agmi
nibus angelorum: ⁊ congregabuntur ante eum
omnes tribus terre: ⁊ separabit eos ab inuicez
sicut pastor segregat oues ab hedis: ⁊ statuet qui
dem iustos a dextris: impios autem a sinistris
tunc dicet ad eos qui a dextris erunt. Venite be
nedicti patris mei: possidete paratum vobis re
gnum a constitutione mundi. Esuriui enim ⁊
dedistis mihi manducare: sitiui ⁊ dedistis mi-
hi potum: ⁊ cetera que audistis in euangelio.
Tunc omnibus aspicientibus ostendet liuores
fixurasqꝫ clauorum: in ipso sine dubio corpore:
quod pro nostris peccatis vulneratum est: ⁊
ita peccatores compellans dicet. Ego te ho-
mo de terre limo manibus meis formaui: ⁊ in
paradisum meum quem non merebaris collo
caui. Sed tu me meaqꝫ iussa contemnens de-
ceptorem sequi maluisti: vnde ⁊ iusta pena dam
natus: inferni supplicijs deputatus eras. Po-
stea misertus tui carnem assumpsi in terris: in-
ter peccatores habitaui: contumelias ⁊ verbe
ra pro te sustinui. Ut te eriperem: colaphos et
sputa suscepi. Ut tibi dulcedinem paradisi red
derem: acetum cum felle bibi. Propter te ve
pribus coronatus: cruci affixus: lancea vulne-
ratus sum: propter te mortuus: in sepulchro po

situs sum: ad inferna descendi: vt te ad paradi-
sum reducerem. Tartara adij: vt in celo regna
res. Agnosce ergo impietas humana: que pro
te pertuli. Ecce liuores quos pro te suscepi.
Ecce clauorū foramina: quibus affixus in cru
ce pependi. Suscepi dolores tuos: vt te sanarē
Suscepi penam vt tibi gloriam darem. Susce
pi mortem: vt tu haberes vitam immortalem.
Conditus iacui in sepulchro: vt tu regnares in
celo. Hec omnia pro vobis sustinui: ampliora
horum quid vobis debui facere ⁊ non feci? Di
cite mihi nunc: vel ostendite quid passi estis ꝓ
pter me dominatorem vestrum? vel quid boni
egistis pro vobis? Ego cum essem inuisibilis
⁊ impassibilis: propter vos dignatus sum spō
te pati: propter vos incarnatus sum: cum es-
sem diues: propter vos egenus factus sum.
Sed vos humilitatem meam: ⁊ precepta mea
semper renuentes: seductorem magis q̃ me se
cuti estis. Ecce modo nō potest iusticia mea ali
ud iudicare: nisi quod mererentur opera vestra
Ergo quod ipsi elegistis: tenete. Contempsistis
lucem possidete tenebras. Amastis mortem:
ite in perditionem. Secuti estis diabolum. ite
cum illo in ignem eternū. Quis putas tunc erit
meror? qui luctus? que tristicia? que angustia?
cum hec fuerit aduersus impios prolata sentē
tia. Tunc erit malis dura separatio a dulcedi-
ne consortij sanctorum. Et tunc impij traditi ī
potestatem demonum: ibunt in ipsis corporib⁹
suis cum diabolo in supplicium eternum: ⁊ per
manebunt semper sine fine in luctu ⁊ gemitu.
Procul quippe exulati a beata paradisi patria
cruciabuntur in gehenna perpetua: nunquam
lucem visuri: nunquam refrigerium adepturi:
sed per milia milium annorum in inferno cru-
ciandi: nec inde in secula liberandi: vbi nec qui
torquet aliquando fatigatur: nec qui torquetur
aliquando morietur. Sic enim ibi ignis consu
mit: vt semper reseruet: sic tormenta aguntur:
vt semper renouentur. Juxta qualitatem vero
culpe: penam vnusquisq̧ sustinebit gehenne: ⁊
similis culpe rei: suis similibus iunguntur cruci-
andi. Non ibi audietur aliud nisi fletus ⁊ plan-
ctus: atq̧ stridores dentium: non ibi erit aliud
consolamentum nisi flamme ⁊ terrores pena-
rum. Ardebuntq̧ miseri in igne eterno: sem-
per in secula seculorum. Justi autem ibunt in vi
tam eternam: in ipsa sine dubio carne: quā hic
habuerunt: ⁊ sociabuntur angelis sctis in gloria
sempiterna: nunquam iam vlterius morituri:
nunquam corruptionem visuri: sed semper le
ti ac dulcedine christi iugiter saciati. Fulgebunt
sicut sol ī gloria ⁊ claritate quam preparauit de
us diligentibus se. Et erit tunc q̃nto quis am
plius alio hic obediens deo fuit: tanto ampli-
orem illic mercedem accipiet. Quantoq̧ hic
amplius quis deum amauit: tanto propitius
eum videbit. Benedicamus igitur dominum
deum nostrum fratres: qui ad leticiam spiritu
alem congregauit nos: simus in humilitate cor
dis semper: ⁊ gaudium nostrum penes ipsum
sit. Non igitur de prosperitate aliqua huius se
culi inflemur: sed nouerimus felicitatem no-
stram non esse: nisi cum ista transierint. Modo
gaudium nostrum fratres in spe futura sit: totū
desideriū vita eterna sit. omnia suspiria no-
stra christo anhelent: ille vnus pulcherrimus
qui fedos dilexit vt pulchros faceret: deside-
retur: ad illum vnum curratur: illi ingemiscatur: ⁊
dicant semper magnificetur dominus qui vo-
lunt pacem serui eius. Amen.

Explicit tractatus sancti Augustini de vni-
tate huius seculi.

Incipit liber sancti Augustini de obediētia
⁊ humilitate.

N

Jhil sic deo pla
cet quemadmodum obe-
dientia. Cham maledict⁹
fuit: ⁊ post multa secula ma
net q̧ dicitur. Semē cha-
naan ⁊ non iuda: quia patri
non est obsecutus: Ceterū
sem qui obsecutus est pa-
tri: benedictionem habuit in omnia secula.
Hoc itaq̧ dico non est filiorum iudicare de pa
tribus. Nemo vadit ad magistrum: ⁊ docet
magistrum suum. Venisti ad me vt docerem
te litteras: si tibi scripsero: ⁊ dixero tibi: scribe
quomodo ego scribo: vtiq̧ imitari debes quē
magistrum elegisti. Ab aliquo doctus es: ⁊ va
dis ad peritiorem magistrum. Hoc totum qua
re dico? Ut obedientiam exhibeamus patri-
bus nostris. Qui patribus non obsequitur: deo
non obsequitur. Dicit enī dominus. Qui vos
contemnit: me contemnit. Qui ergo contem-
nit apostolos: contemnit christum. Qui con-
temnit patres contemnit christum qui in patri
bus est. Hoc dico: quia hec in nobis summa ⁊
sola est virtus obedientie. Si ieiunaueris die-
bus ac noctibus: orationemque feceris. Si
in sacco fueris vel cinere: si nihil aliud feceris
nisi quodcunque preceptum est in lege: ⁊ tibi

visus fueris q̄ſi ſapiens: ⁊ obediens patri non
fueris: omnes virtutes perdidiſti. Una obedi
entia plus valet q̄ȝ omnes virtutes. Jeiunium
vel continentia niſi te diligenter attenderis:
ſuberbiam tibi facit. Superbia autem inimi-
ca eſt deo. Nihil ſic odio habet deus ſicut ſuper
biam. Quicunq̨ȝ non obedit non facit de ſancti
tate: ſed de ſuperbia. Jdeo enim non obedit: q̄ꝛ
ſe meliorem putat illo cui non obedit. Simpli-
citer dico vobis: omnia peccata odio habet de
us: mendacium: periurium: furtum ⁊c̄. in qui-
bus ſi quis deprehenſus fuerit: non poteſt ocu-
los leuare: ſed ſic eum habemus quaſi execrabi
lem. Si quis ſuperbus eſt: multo peius facit q̄ȝ
adulteriuȝ: ⁊ tamen loquimur cum eo. Qui for
nicator eſt poteſt aliquid dicere. Uicit me caro
mea: ſuperauit me adoleſcentia mea. Non di-
co ꝙ ſibi hoc facere liceat: aut ꝙ ſe excuſare de-
beat: ſiquidem ⁊ hec odio habet deus: ſed i com
patione mali dico. Quicunq̨ȝ aliud peccatuȝ fe
cerit. verbigratia: ſi furtum fecerit ſe excuſare
poteſt. Quid enim dicit? Propterea furtum fe
ci: quia algebā: quia fame moriebar: quia egro-
tabam. Superbus quid dicere poteſt. Jdeo ſu
perbia maius maluȝ eſt: quia excuſationem nō
habet. Cetera vitia eis nocent qui ea commit-
tunt. ceterum ſuperbia plus omnibus nocet.
Hec ergo dico: ne cogitetis peccatum non eſſe
ſuperbiam. Quid enim dicit apoſtolus? Ne q̄s
incidat in iudiciuȝ diaboli. Uides ergo quomo
do quicunq̨ȝ inflatur: in iudicium diaboli inci-
dit. Hoc ergo dico ſm̄ quod ſcriptuȝ eſt. Deus
ſuperbis reſiſtit: humilibus autem dat gratiā:
vt omnia inquit pc̄ta fugiamus maxime ſuper-
biā. Dico vobis: q̄d agat q̄ ꝑ ſuperbiā ſibi ſapi-
ens videt̄. Si q̄s ei de fratribꝰ dederit ꝯſiliū: ⁊
dixerit ei frater: nō debes ſic agere: nō eum di-
gnatur audire: q̄ꝛ ſe magis ſapientem putat q̄ȝ
illum qui dat cōſilium. Et quid dicit in corde
ſuo qui ſibi videt̄ eſſe ſapientior. Ego igit̄ non
habeo cōſiliū? Num tu es ſapientior me? Licet
nō dicat: tn̄ ex eo ꝙ ꝯtemnit ꝯſiliū fratris: in cor
de hoc loquitur. Ergo hoc dico. Qui ſuperbi-
am habet: ſine cauſa habet alias virtutes: imo
eas nō habet: ſed videt̄ habere. Qr̄ eni hoc ha
bet q̄ꝺ deo ꝯ̄riū eſt: q̄m̄o pōt hr̄e aliq̄d quod deo
amicum ſit? Superbia in monaſterio ſit. Si ie
iunamus erigimur. ſi orationem facimus pro
peccatis in ſuperbiā erigimur. Aliquis ieiunat
pro pc̄tis ſuis: ⁊ ꝑ peccatis ſuis pn̄iam agēs in
ſuperbiam extollit̄. Jdeo ieiunas: iō oras: ideo
precepta facis: vt ꝯtra deū facias? Monachus
ſi ſupbus eſt: multū ei meliꝰ fuerat ſi vxorem du
xiſſet. Ego ſimpliciter dico: ⁊ libera fronte hoc
dico: quia quicūq̨ȝ ſuperbus ē: meliꝰ eſſnet ei ⁊
h̄ ad compationeȝ mali dico: ut omnia alia vi-
cia haberet: ⁊ ex malis ſuis inclinaret̄ ad peni
tentiā: ⁊ nō oēs deſpiceret. Si aūt poſt peccata
ageret penitentiā: vtiq̨ȝ dei miſericordiā mere
ret̄. Qui aūt ſuperbꝰ ē: oiuȝ maloꝝ habet prin-
cipium ⁊ non agit pn̄iam q̄ſi iuſtus ſit. Propte
rea ſuperbia ꝯ̄ria eſt deo: q̄ꝛ deo non ſubijcitur.
Sic eni ſe habet quaſi iuſtus. Supbus nō agit
pn̄iam ꝑ malis: ⁊ gl̄atur q̄ſi ꝑ bonis. Hec qua-
re dixerim: ⁊ vos ipſi intelligitis. ⁊ alioꝝ ruine
vr̄a debent eē exempla. Propterea venimus
in monaſterium: libertatem ſeculi ꝑdidimꝰ: vt
ſeruitutē chriſti accipiamꝰ. Deinde iſta de fra-
tribus loquor q̄ ſolēt longiꝰ ſedere a monaſte-
rio: non eis debet naſci ſupbia de exemplo. Jn
cenobio vixiſti: placuit tibi vt maneres in de-
cimo miliario: non propterea debes ſynaxim
ſanctoꝝ fratrum ꝯtēnere: nec te ideo viliorem
putes: ſi ad fratres veneris ad ciuitatem. Si
neceſſitatem haberes ires ⁊ videres mulie-
res: ⁊ ſi neceſſe habuiſſes: ires in plateas: re-
cteq̨ȝ nō ires: ad ſynaxim ſanctoꝝ fratrū nō va-
dis. O tu q̄ manes in ſecreto: aut melior es a
fratribꝰ q̄ ſunt i cenobijs: aut peior es. Si me-
lior es: veni vt eis exēplū vite tue tribuas. Si
autem deterior es: veni vt diſcas que nō ſcis.
Superbia naſcitur quando aliquis dicit ſe ſe-
cretū ſedere: fr̄es nō dignatur videre ⁊ viſitare
⁊ in ſuperbiam erigit̄. Hoc ꝑpterea loquor pre
ſente ſancto fratre q̄ facit opꝰ: vt hoc quod ego
loquor hūc ſciatis opus facere. Deniq̨ȝ multi
ſancti patres q̄ vē pr̄es ſunt: qui regūt aīas ſan
ctoꝝ: q̄ñ aliquos viderint iuuenes ire ad ſecre-
ta: ⁊ ad cenobium non venire: ⁊ in ſuperbia eē
vadunt ⁊ vim eis faciunt: ⁊ adducent eos non
vt noceant: ſed vt tollat̄ eis ſuperbia. Nec h̄ ꝑ
pterea dico vt illi qui manent in ſecretis: ⁊ ve
niunt ad cenobiū ⁊ fratres viſitant: ab his qui
ſunt in cenobijs arguantur: quaſi ſint impatiē-
tes: nec q̄ſi humiles. Nemo dicat de vobis.
Ecce ille q̄ in heremo ſedet: quia nō patit̄ venit
Propterea venit vt ſuperbiam deponat: pro-
pterea venit vt te edificet ⁊ non deſtruat. Uide
te qualis vite: ſic viuit in deſerto: ⁊ tamen glo-
riam non habet eorū qui in deſerto ſunt. Deꝰ
itaq̨ȝ oipotens: oīa que locuti ſumus: orationibꝰ
ſanctoruȝ nos quoq̨ȝ implere faciat. Nihil eni
grande eſt dicere: ſed facere: ⁊ ſi quid facere non
poſſum ⁊ loquor: ideo loquor: ut q̄ pōt facere fa
ciat. Qui habet aures audiendi audiat in chri
ſto ieſu domino noſtro: cui eſt honor virtus et
poteſtas in ſecula ſeculorum Amen.

¶ Explicit liber Auguſtini de obedientia ⁊ hu-
militate.

¶ Ex libro retractationum sancti Augustini in
librum de agone christiano.

Liber de agone chri
stiano fratribus in eloquio lati-
no eruditis humili sermone cõ
scriptus est: fidei regulam con-
tinens ⁊ precepta viuendi. In
quo illud quod positum est. Nec eos audiamus
qui carnis resurrectionẽ futuraz negãt: ⁊ cõme
morant quod ait apostolus paulus: caro ⁊ san-
guis regnũ dei nõ possidebunt: nõ intelligẽtes
quod ipse dicit apostolus: oportet corruptibile
hoc induere incorruptionem: ⁊ mortale hoc in
duere imortalitatẽ. Cum. n. hoc factum fuerit
iã nõ erit caro ⁊ sanguis: sed celeste corpus. Nõ
sic accipiẽdũ est quasi carnis nõ sit futura substã-
tia: sed carnis ⁊ sanguinis noĩe ipsam corruptio
nem carnis ⁊ sanguinis intelligendus est apo-
stolus nuncupasse: que vtiqz in regno nõ erit il
lo: vbi caro incorruptibilis erit. Quamuis ⁊ ali-
ter possit intelligi: vt carnez ⁊ sanguinem opera
carnis ⁊ sanguinis dixisse accipiamus aposto-
lum: ⁊ eos regnum dei non possessuros qui per-
seueranter ista dilexerint.

¶ Incipit liber sancti Augustini episcopi d̃ ago
ne christiano.

Corona victorie nõ
promittitur nisi certantib⁹. In
diuinis aũt scripturis assidue in
uenimus promitti nobis coro-
nam si vicerimus. Sed ne lon-
gum sit multa cõmemorare: apud apostolũ pau
lum manifestissime legitur. Opus perfeci: cur
sum consũmaui: fidẽ seruaui: iam superest mihi
corona iusticie. Debemus ergo cognoscere qui
sit ille aduersarius quẽ si vicerimus coronabi-
mur. Ipse est. n. quem dñs noster prior vicit: vt
etiã nos in illo permanẽtes vincamus per ipsũ
Et dei quidẽ virtus ⁊ sapiẽtia ⁊ verbũ per qd̃
facta sunt oĩa: qui filius dei vnicus est: sup om-
nem creaturã semper incõmutabilis manet.
Et qñ sub illo est creatura etiã que nõ peccauit
q̃to magis sub illo est oĩs creatura peccatrix?
Ergo qñ sub illo sunt oẽs sancti angeli: multo
magis sub illo sunt oẽs preuaricatores angeli:
quoꝝ diabolus princeps est. Sz qꝛ nãm nostrã
decepat: dignatus est vnigenitus dei fili⁹ ipãz
nãm nostrã suscipere vt de ipsa diabolus vin-
ceret: ⁊ quẽ semper ipse sub se habz: etiã sub no-
bis eum esse faceret. ipsum significat dicens.
Princeps huius mũdi missus est foras. Nõ qꝛ
extra mũdũ missus est: quo quidã heretici putãt
sed foras ab animis eoꝝ: qui coherẽt verbo dei
⁊ nõ diligũt mũdũ: cuius ille princeps est: qꝛ do
minatur eis qui diligũt tẽporalia bona: que hoc
visibili mũdo ꝯtinentur. nõ qꝛ ipse dñs est hu-
ius mundi: sed princeps cupiditatũ earuz quib⁹
ꝯcupiscit̃ omne qd̃ trãsit vt ei subiaceãt: qui ne-
gligunt eternũ deũ: ⁊ diligũt instabilia ⁊ muta-
bilia. Radix. n. est oĩum maloꝝ cupiditas. Quã
quidã appetẽtes a fide errauerũt: ⁊ inseruerunt
se dolorib⁹ multis. Per hãc cupiditatẽ regnat
in homine diabolus ⁊ cor eius tenet. Tales sũt
oẽs qui diligunt istũ mũduz. Mittitur aũt dia
bolus foras: qñ ex toto corde huic mũdo renun
ciatur. Sic. n. renunciat̃ diabolo: qui princeps
est huius mũdi: cũ renunciatur corruptelis ⁊ põ
pis ⁊ angelis eius. Ideoqz ipse dñs triumphã-
tem naturã hominis portãs: scitote iquit qꝛ ego
vici mũduz. Multi aũt dicũt qũo possum⁹ vin
cere diabolũ quẽ nõ videmus. Sed habemus
magistrũ qui nobis demõstrare dignatus ẽ qũo
a nobis inuisibiles hostes vincant̃. De illo. n.
dixit apostolus. Exuens se carnẽ principatus ⁊
potestates expoliauit fiducialiter eos triũphãs
in semetipso. Ibi ergo vincunt̃ inimice nobis
inuisibiles potestates: vbi vincunt̃ inuisibiles
cupiditates. Et ideo qꝛ in nobis ipsis vincim⁹
temporaliũ reꝝ cupiditates: necesse est vt ĩ no
bis ipsis vincamus ⁊ illũ: qui per ipsas cupidi-
tates regnat in homine. Qñ. n. dictum est dia-
bolo: terrã mãducabis: dictũ est peccatori ter-
ra es ⁊ in terrã ibis. Datus est ergo in cibũ dia-
bolo peccator. Nõ simus terra: si nolumus mã
ducari a serpẽte. Sicut. n. quod mãducamus ĩ
nostrũ corpus ꝯuertimus: vt cibus ipse ſm cor-
pus hoc efficiat̃ qd̃ nos sumus: sic malis mori-
bus per nequiciã ⁊ superbiã ⁊ impietatẽ hoc ef-
ficit̃ quisqz qd̃ diabolus. i. similis eius: ⁊ subiici
tur ei sicut subiectũ est nobis corpus nr̃m. Et hͦ
est qd̃ dicit̃ mãducari a serpẽte. Quisquis itaqz
timet illũ ignẽ qui parat⁹ est diabolo ⁊ angelis
eius: det operã triũphare de illo in semetipso.
eos. n. qui foris nos oppugnãt: intus vincim⁹
vincẽdo cõcupiscẽtias: per quas nobis dñant̃.
Et quos inuenerint sui similes secuz ad penas
trahunt. Sic ⁊ apostolus dicit ꝙ in semetipso
pugnet aduersus potestates exteriores. Ait. n.
Nõ ẽ nobis colluctatio aduersus carnẽ ⁊ sangui
nẽ: sed aduersus principes ⁊ potestates huius
mũdi: rectores haꝝ tenebraꝝ aduersus spiritu
alia nequicie in celestibus. Celuz. n. dicit̃ ⁊ iste
aer vbi vẽti ⁊ nubes ⁊ procelle ⁊ turbines fiũt
sicut etiã scriptura dicit in multis locis. Et in-
tonuit de celo dñs: ⁊ aues celi ⁊ volatilia celi:

cū manifestū sit aues in aere volare. Et nos in
cōsuetudine hūc aerem celū appellamus. Naꝫ
cū de sereno vel nubilo querimus: aliqñ dicimꝰ
qualis est aer: aliquādo: quale est celū. Hoc di
xi ne quis existimet ibi habitare mala demōia
vbi solē ⁊ lunā ⁊ stellas deus ordinauit: que ma
la demonia: ideo apostolus appellat spiritualia
qꝛ etiā mali angeli in scripturis spiritus appel-
lant. Ideo aūt rectores harum tenebraꝝ eos di-
cit: quoniā peccatores homines tenebras ap-
pellat quibus isti dominant. Ideo ⁊ alio loco
dicit: Fuistis. n. aliquādo tenebre: nūc aūt lux in
domino: qꝛ ex peccatoribus iustificati erāt. Nō
ergo arbitremur in sūmo celo habitare diabolū
cū angelis suis: vnde lapsū esse credimus. Sic
enim errauerunt manichei: qui dicunt ante mū
di ꝯstitutionem fuisse gentē tenebraꝝ: que con-
tra deū rebellauit: in quo bello credūt miseri oī
potentē deum nō sibi aliter potuisse succurrere
nisi partē suam cōtra eam gentē mitteret. Cuiꝰ
gentis principes: sicut illi dicūt: deuorauerūt
partē dei: ⁊ tēperati sunt vt posset mundus de
illis fabricari. Sic dicunt deū peruenisse ad vi
ctoriaꝫ cū magnis calamitatibus ⁊ cruciatibus
⁊ miserijs membroꝝ suoꝝ: que mēbra dicūt eē
cōmixta tenebrosis visceribus principū illoꝝ:
vt eos temperarēt: ⁊ a furore cōpescerēt. Et ñ
intelligūt tam sacrilegam esse suā sectaꝫ: vt cre
dant omnipotentē deum nō per creaturaꝫ quā
fecerit: sed per ipsam naturam suā bellasse cum
tenebris: quod nefas est credere. Neqꝫ hoc so
lū sed etiā illos qui victi sunt: factos esse melio
res: qꝛ furor eoꝝ cōpressus est: dei aūtē naturā
que vicit: factā esse miserrimā. Dicūt. n. eam
ꝑ ipāꝫ cōmixtionē: perdidisse intellectū ⁊ btitu
dinē suā: ⁊ magnis erroribus ⁊ cladibus esse Ī
plicatā. Quā si aliqñ vel totā purgari dicerēt
magnam tñ impietatē cōtra omnipotentē deū
affirmarēt: cuius partē crederēt tāto tempore
in erroribus ⁊ penis esse iactatam sine aliquo
peccati crimine. Nūc vero infelices audēt ad
huc dicere: nec totā posse purgari: ⁊ ipsam par
tem que purgari nō potuerit ꝑficere ad vincu
lum: vt inde inuoluat: ⁊ illigetur malicie sepul
chroꝫ: ⁊ sic ibi semꝑ sit pars ipsa dei misera: q̄
nihil peccauit ⁊ affligit in eternū carcere tene
braꝝ. Hoc illi dicūt vt simplices animas fallāt
Sed quis tam simplex est vt ista nō sentiat eē
sacrilega: quibus affirmāt omnipotētem deuꝫ
necessitate oppressuꝫ esse: vt partē suaꝫ bonā ⁊
innocentē tātis cladibus obruendā: ⁊ tanta im
mundicia inquinandā daret: ⁊ nō eam liberare
posset: ⁊ qd liberare nō poterat eternis vincu-
lis colligaret? Quis ergo ista nō execret? Quis
nō intelligat impia esse ⁊ nefanda? Sed illi qñ

capiunt homines: nō ista prius dicūt: que si di-
cerent: riderent aut fugerent ab hominibus.
Sed eligūt capitula de scripturis: que simpli-
ces homines non intelligunt: ⁊ per illa decipi-
unt animas imperitas: querēdo vnde sit ma-
lum: sicut in isto capitulo faciūt: quo ab aposto-
lo dictū est: rectores haruꝫ tenebraꝝ: ⁊ spiritua
lia nequicie i celestibus. Querūt. n. deceptores
illi: ⁊ interrogant hoiem scripturas diuinas nō
intelligentē: vnde sint in celo rectores tenebra
rum: vt cū respōdere nō potuerit: traducat ab
eis per curiositatē: qꝛ omnis anima indocta cu
riosa est. Qui aūt fidē catholicā bene didicit: ⁊
bonis moribus ⁊ vera pietate munitus est: quā
uis eoꝝ heresim nesciat: respōdet illis tamen.
Nec. n. decipi potest: qꝛ iaꝫ nouit quid ꝑtineat
ad christianā fidē: que catholica dicit: per orbeꝫ
terraꝝ sparsaꝫ: ⁊ cōtra omnes impios ⁊ pecca-
tores negligētes aūt suos domino gubernāte
securā. Quoniā ergo dicebamus apostoluꝫ pau
lum dixisse: habere nos colluctationē aduersus
rectores haꝝ tenebraꝝ: ⁊ spiritualia nequicie i
celestibus: ⁊ probauimus etiaꝫ istuꝫ aereꝫ terre
proximuꝫ celū vocari: oportet credere aduersuꝫ
diabolū ⁊ angelos eius nos dimicare: qui gau-
dent perturbationibus nostris. Nam ipse apo
stolus alio loco diabolū principē potestatis ae-
ris huiꝰ appellat. Quāuis ille locos: vbi ait: spi
ritalia nequicie in celestibus possit ⁊ aliter intel
ligi. vt nō ipsos preuaricatores angelos in cele
stibus diceret esse: sed nos potius de quibꝰ alio
loco dicit: ꝯuersatio nostra in celis est: vt nos in
celestibus cōstituti. i. in spiritualibus p̄ceptis
dei ambulantes: dimicemus aduersus spiritu
alia nequicie: que nos inde conant abstrahere
Magis ergo illud querendū est: quomodo ad
uersus eos quos nō videmus pugnare possimꝰ
⁊ vincere ne putent stulti aduersus aerem debe
re nos certare. Docet itaqꝫ apostolꝰ ip̄e dicēs.
Nō sic pugno quasi aerem cedens: sed castigo
corpus meum ⁊ in seruitutem redigo: ne forte
alijs predicās ipse reprobus inueniar. Iteꝫ di
cit. Imitatores mei estote: sicut ⁊ ego christi.
Quare intelligendū est etiā ipsuꝫ apostolū in se
metipso triūphasse de potestatibꝰ huius mūdi
sicut de dño dixerat cuius se imitatorē profitet
esse. Imitemur ergo ⁊ nos illū sicut hortatur: ⁊
castigemus corpus nostrū ⁊ in seruitutē rediga
mus: si mundū volumus vincere: qꝛ per illici-
tas delectationes suas ⁊ pōpas: ⁊ perniciosam
curiositatē nobis dñari pōt: hic mundus. i. ea q̄
in hoc mundo perniciosa delectatione colligant
amatores reꝝ temporaliū: ⁊ diabolo atqꝫ ange
lis eius seruire cogunt. Quibus oībus si renun-
ciamus redigimus in seruitutē corpus nostrū.

Sed ne quis forte hocipsum querat: quomodo
fiat vt corpus nostrum seruituti subijciamus:
facile intelligi ⁊ fieri potest si prius nosipsos sb
ijciamus deo bona voluntate ⁊ charitate since
ra. Nam omnis creatura velit nolit vni deo ⁊
dño suo subiecta est. Sz h admonemur vt tota
volũtate seruiam⁹ dño deo nr̃o: qm̃ iustus libe-
raliter seruit: iniustus aut ẽ compeditus seruit.
Omnes tamen diuine prouidentie seruiunt: sz
alij obediunt tanq̃ filij: ⁊ faciunt cum ea quod
bonum est: alij vero ligantur tanq̃ serui: ⁊ fit de
illis quod iustum est. Ita deus omnipotens do
minus vniuerse creature: qui fecit omnia sicut
scriptuz est bona valde: sic ea ordinauit vt ⁊ de
bonis ⁊ de malis bene faciat. Quod enim iu-
ste fit: bene fit. Iuste autem sunt beati boni: ⁊ iu
ste mali penas patiuntur. Ergo ⁊ de bonis ⁊ de
malis bene facit deus: quoniam iuste omnia fa
cit. Boni autem sunt qui tota voluntate deo ser
uiunt. Mali autem necessitate seruiunt. Ne-
mo enim leges omnipotentis euadit. Sed ali
ud est facere quod lex iubet: aliud pati quod lex
iubet. Quapropter boni sz leges faciũt: mali sz
leges patiuntur. Nec. n. nos moueat q̧ in hac
vita sm carnem quam portant iusti: multa gra
uia ⁊ aspera tolerant. Nihil enim mali patiun
tur: quia iam possunt dicere quod ille vir spiri-
tualis exultat ⁊ predicat apostolus Paulus di
cens. Gloriamur in tribulationibus: scientes
quoniam tribulatio patientiam operatur: pa-
tientia probationem: probatio vero spem: spes
autem non confundit: quia charitas dei diffu-
sa est in cordibus nostris per spiritumsanctum
qui datus est nobis. Si ergo in hac vita vbi tã
ta tormenta sunt: possunt boni ⁊ iusti viri cum
talia patiuntur: non solum equo animo tolera-
re: sed etiam in dei charitate gloriari: quid co-
gitandum est de illa vita que nobis promittit:
vbi nullam de corpore molestiam sentiemus:
qm̃ nõ ad hoc resurget corpus iustorum ad qđ re-
surget corpus impiorum: sicut scriptũ est. Oẽs re
surgemus: sz nõ oẽs imutabimur. Et ne quisq̃
puter: ñ iustis imutationẽ istã pmitti: sed poti⁹
iniustis: ⁊ eam estimet esse penalem: sequitur:
⁊ dicit. Et mortui resurgent incorrupti: ⁊ nos i-
mutabimur. Quicunq̧ ergo mali sunt: sic ordi-
nati sunt: quia ⁊ vnusquisq̧ sibi: ⁊ omnes inui-
cem sibi nocent. Hoc enim appetunt quod per
niciose diligitur: ⁊ quod eis facile auferri po-
test: ⁊ hoc sibi auferunt inuicem: quando se per
sequuntur. Et ideo cruciantur quibus auferun
tur temporalia: q: diligunt ea. Illi autez qui au-
ferunt gaudent. Sed talis leticia cecitas est: ⁊
summa miseria. Ipsa eniz magis implicat ani
maz ⁊ ad maiora tormenta perducit. Naz gau
det ⁊ piscis: quando hamum non videns escaz
deuorat. Sed cum piscator eum adducere ce-
perit: viscera eius torquentur primo: deinde
ab omni leticia sua per ipsam escam de qua le-
tatus est: ad consumptionem trahitur. Sic sũt
omnes qui de bonis temporalibus beatos se
esse putant: hamum enim acceperunt: ⁊ cum il
lo sibi vagantur. Veniet tempus vt sentiant
quanta tormenta cum auiditate deuorauerint
Et ideo bonis nihil nocent: quia hoc eis aufe-
runt quod non diligunt. Nam quod diligunt ⁊
vnde beati sunt: auferre illis nemo potest. Cru
ciatus autem corporis malas animas misera-
biliter affligit: bonas autem fortiter purgat.
Sic fit vt ⁊ malus homo ⁊ malus angelus di-
uine prouidentie militent: sed nesciunt quid bo
ni de illis operetur deus. Non itaq̧ pro meri-
tis offitij: sed pro meritis malicie stipendian-
tur. Sed ⁊ he anime que habent voluntatem
nocendi ⁊ rationem cogitandi: sub diuinis le-
gibus ordinate sunt: ne aliquid iniustum quis-
que patiatur. Ita ⁊ omnia animalia ⁊ corpora-
lia in genere suo ⁊ ordine suo diuine prouiden-
tie legibus subdita administrantur. Ideo domi
nus dicit. Nonne duo passeres asse veneunt: ⁊
vnus eorum non cadit super terram sine vo-
luntate patris vestri: Hoc enim dixit: volens
ostendere quicquid vilissimum homines pu-
tant: omnipotentia domini gubernari. Sic eni
⁊ volatilia celi ab eo pasci: ⁊ lilia agri ab eo ve-
stiri: veritas loquitur: que capillos etiam no-
stros numeratos esse dicit. Sed quoniam mun
das animas rationales per seipsum deus cu-
rat: siue in optimis ⁊ magnis angelis: siue in ho
minibus tota sibi voluntate seruientibus: ce-
tera vero per ipsos gubernat: verissime dici po
tuit etiam illud ab apostolo. Non enim de bo-
bus cura est deo. In scripturis eniz sanctis deus
homines docet quomodo cuz hominibus agãt
⁊ ipsi deo seruiant: quomodo autem agant cuz
pecoribus suis: ipsi sciunt. idest quomodo salu-
tem pecorum suorum gubernent vsu ⁊ peritia
⁊ ratione naturali. Que quidem omnia de ma-
gnis sui creatoris opibus acceperunt. Qui er-
go potest intelligere: quomodo vniuerse crea-
ture conditor deus gubernet eam per animas
sanctas que ministeria eius sũt in celis ⁊ in ter
ris: q: ⁊ ipse sancte anime ab ipso facte sunt: ⁊ in
eius creatura primatum tenent: qui ergo po-
test intelligere intelligat: ⁊ intret in gaudiuz do
mini sui. Si autem hoc non possumus: q̃diu su
mus in corpore ⁊ peregrinamur a domino: guste
mus saltem q̃ suauis est dominus: q: dedit no
bis pignus spirituz: in quo sentiamus eius dul
cedinem: ⁊ desideremus ipsum vite fontẽ: vbi

sobria ebrietate inundemur ⁊ irrigemur: sicut
lignū quod plantatum est secus decursus aqua
rum: ⁊ dat fructum in tempore suo: ⁊ folia eius
non decident. Dicit enim spiritussanctus. Filij
autem hominum in tegmine alarum tuarū spe-
rabunt: inebriabuntur ab vbertate domus tue
⁊ torrente voluptatis tue potabis eos: quoniā
apud te est fons vite. Talis ebrietas non euer
tit mentem: sed tamen rapit sursum: ⁊ obliuio
nem prestat omnium terrenorum: sed si possu-
mus toto affectu iam dicere: quēadmodū desi-
derat ceruus ad fontes aquarū: ita desiderat aīa
mea ad te deus. Quod si forte adhuc propter
egritudines anime: quas de seculi amore cōce
pit: nec gustare sumus idonei q̄ dulcis est dn̄s
vel credamus diuine auctoritati: quam voluit
esse in scripturis sanctis de filio suo: qui factus
ē ei ex semine dauid ſm carnē: sicut apostolus
loquitur. Omnia enim per ipsum facta sunt: si
cut in euāgelio scriptum est: ⁊ sine ipso factum
est nihil. Qui nostre imbecillitatis misertus est
Quam imbecillitatē nō eius opere: sed nostra
volūtate meruim⁹. Nā deus hoīē inextermi
nabilē fecit: ⁊ ei liberū volūtatis arbitriū de-
dit. Nō. n. esset optimus: si dei preceptis neces
sitate: nō voluntate seruiret. Facile est omnino
quātū existimo qd̄ intelligere nolūt qui catholi
cā deserūt fidē: ⁊ christiani vocari volūt. Nā si
nobiscū fatētur naturā nr̄am nō sanari nisi recte
faciēdo: fatenē eā nō infirmari nisi peccādo: Et
ideo nō est credēdū aīam nostrā hoc esse qd̄ de⁹
est. Quia si hoc eēt nec sua volūtate: nec aliqua
necessitate in deterius mutaret: quī omnimō
incōmutabilis intelligit deus: sed ab eis qui nō
in ɔtētione ⁊ emulatione: ⁊ vane glorie cupidita
te amāt loqui quod nesciūt: sed humilitate xp̄i
ana sentiūt de dn̄o: ⁊ in bonitate ⁊ in simplici-
tate cordis querūt eū. Hanc ergo imbecillita-
tem nostrā suscipere dignat⁹ est filius dei: ⁊ ver
bū caro factū est: ⁊ habitauit in nobis: nō quia
eternitas illa mutata est: sed q: mutabilē crea-
turā mutabilibus hoīum oculis ostendit: quam
incōmutabili maiestate suscepit. Sunt aūt stul
ti qui dicūt. Quare nō poterat aliter sapientia
dei hoīes liberare: nisi susciperet hoīem: ⁊ nasce
retur ex femina: ⁊ a peccatoribus omnia illa pa
teret? Quibus dicim⁹: poterat oīno: sed si aliter
faceret: similiter vestre stulticie displiceret. Si
enim nō appareret oculis peccatorū lumē ei⁹ eter
num: qd̄ vtiq̄ per interiores oculos videtur:
inquinatis mētibus videre nō possent. Nūc aūt
q: visibiliter nos cōmonere dignatus est: vt ad
inuisibilia prepararet: displicet auaris, q: nō au
reum corpus habuit: displicet impudicis: q: ex
femina natus est. Multū enim oderunt impu-
dici q̄ ɔcipiunt ⁊ pariunt femine. Displicet su-
perbis q̄ contumelias patientissime pertulit.
Displicet delicatis: q: cruciatus est. Displicet
timidis q: mortuus est. Et vt nō vicia sua vi-
deant defendere: nō in homine dicunt sibi hoc
displicere: sed in filio dei. Non. n. intelligunt
quid sit eternitas dei que hominē assumpsit: ⁊
quid ipsa humana creatura: que mutationibus
suis in pristinā firmitatē reuocabat: vt disce-
remus docēte ipso domino: infirmitates quas
peccando collegimus: recte faciendo posse sa-
nari. Ostendebat enim nobis ad quā fragilita
tem homo sua culpa peruenerit: ⁊ ex qua fragi
litate diuino auxilio liberaret. Itaq̄ filius dei
hominē assumpsit: ⁊ in illo humana perpessus
est. Hec medicina hominum tanta est quanta
non potest cogitari. Nam que superbia sanari
potest: si humilitate filij dei nō sanat? Que aua
ricia sanari potest si paupertate filij dei nō sana
tur? Que impietas sanari potest: que charita-
te filij dei nō sanatur? Postremo que timiditas
sanari potest: si resurrectione corporis nō sana
tur? Erigat spē suā genus humanū ⁊ recogno
scat naturā suā ⁊ videat quātum locum habe-
at in operibus dei. Nolite vosipsos cōtēnere vi
ri: filius dei virū suscepit. Nolite vos ipsas cō
temnere femine: filius dei natus ex femina est.
Nolite tamē amare carnalia: q: in filio dei: nec
masculus nec femina sumus. Nolite amare tē
poralia: q: si bene amarentur: amaret ea homo
quem suscepit filius dei. Nolite timere cōtume
lias: ⁊ cruces ⁊ mortē: q: si nocerēt homini: nō
ea pateret homo quē suscepit filius dei. Hec
omnis hortatio que iam vbiq̄ predicat vbiq̄
veneratur: que omnem obedientē animam sa-
nat: nō esset in rebus humanis: si nō essent fa-
cta illa omnia que stultissimis displicēt. Quid
dignatur imitari viciosa iactantia vt ad virtu
tem percipiendam possit adduci: si erubescit
imitari eum: de quo dictum est anteq̄ nascere
tur: q̄ filius altissimi vocaretur: ⁊ per omnes iā
gentes quod negare nemo potest filius altissi-
mi vocatur? Si multum de nobis sentimus di
gnemur imitari eum qui filius altissimi voca-
tur. Si parum de nobis sentimus audeamus
imitari piscatores ⁊ publicanos qui eum imita
ti sunt. O medicinam omnibus consulentē: oīa
tumētia cōprimentē: oīa tabescētia reficiētē oīa
supflua resecantē: oīa necessaria custodientē: oīa
perdita reportantem: omnia deprauata corri-
gentem. Quis iam se extollet contra filiū dei?
Quis de se desperaret: pro quo tam humilis eē
voluit filius dei? Quis beatam vitam esse ar-
bitretur in his que contemnenda esse docuit fi
lius dei? Quibus aduersitatibus cedat: qui na

turam hominis a tantis persecutionibus custoditam credit in filio dei:' Quis sibi esse clausuz regnũ celorum putet: qui cognoscit publicanos ⁊ meretrices imitatores esse filij dei:' Qua peruersitate non careat qui facta ⁊ dicta intuetur ⁊ dilgit ⁊ sectatur: illius hominis: in quo se nobis ad exemplum vite prebuit filius dei.

Itaqꝫ iam ⁊ masculi ⁊ femine: ⁊ omnis etas: ⁊ omnis huius seculi dignitas: ad spem vite eterne cõmota est. ¶ Alij neglectis temporalibus bonis: cõuolant ad diuina. Alij credunt eoruz virtutibus qui hec faciunt: ⁊ laudant quod imitari nõ audent. Pauci autem adhuc murmurant: ⁊ inani liuore torquentur: aut qui sua querunt in ecclesia ꝗuis videantur catholici: aut ex ipso christi noĩe glãm ꝗrẽtes heretici: aut peccatum impietatis sue defendere cupientes iudei: aut curiositatem vane licentie perdere timentes pagani. Sed ecclesia catholica per totum orbem longe lateqꝫ diffusa impe eorum prioribus temporibus frangens: magis magisqꝫ roborata est: non resistendo sed perferendo. Nunc vero insidiosas eorum questiones: fide irridet: diligentia discutit: intelligentia dissoluit: criminatores pallearuz suarum non curat: quia tempus messis: ⁊ tempus arearum: ⁊ tempus horreoruz: caute diligẽterqꝫ distinguit Criminatores autem frumẽti sui: aut errãtes corrigit: aut inuidentes inter spinas ⁊ zizania computat. Subijciamus ergo animam deo: si volumus seruituti subijcere corpus nostrum: ⁊ de diabolo triumphare. Fides est prima que subiugat animam deo: deinde precepta viuẽdi: quibus custoditis spes nostra firmatur: ⁊ nutritur charitas: ⁊ lucere incipit quod antea tãtũmodo credebatur. Cũ enim cognitio ⁊ actio beatum hominem faciant: sicut in cognitione cauendus est error: sic in actione cauenda est nequicia. Errat autem quisqꝫ putat veritatem se posse cognoscere: cum adhuc nequiter viuat. Nequicia est autem mundum istum diligere: ⁊ ea que nascuntur ⁊ transeunt pro magno habere: ⁊ ea cõcupiscere: ⁊ pro his laborare vt acquirantur: ⁊ letari cum abũdauerint: ⁊ timere ne pereant ⁊ contristari cum pereunt. Talis vita non potest puram illam ⁊ sinceram ⁊ incõmutabilem videre veritatẽ: ⁊ inherere illi: ⁊ in eternum non moueri. ¶ Itaqꝫ priusꝗ mens nostra purgetur: debemus credere quod itelligere nõdum valemus: quoniam verissime dictum est per prophetam. Nisi credideritis non intelligetis. Fides in ecclesia breuissime traditur: in qua cõmendãtur eterna que intelligi a carnalibus nondum possunt: ⁊ temporalia preterita ⁊ futura que pro salute hominum gessit: ⁊ gestura est eternitas diuine ꝓuidentie.

Credamus ergo in partẽ ⁊ filium ⁊ spiritum sanctum. Hec eterna sunt ⁊ incõmutabilia id est vnus deus vnius substantie trinitas eterna: deus ex quo omnia: per quẽ omnia: in quo omnia. ¶ i

Nec eos audiamus qui dicũnt patrem tantũmodo esse nec habere filium. nec esse cum eo spiritumsanctum: sed ipsm patrem aliquando appellari filium: aliquando spiritumsanctum. Nesciunt enim principium ex quo sunt omnia: ⁊ imaginem eius per quam formantur omnia: ⁊ sanctitatem eius in qua ordinantur omnia. ¶ ij

Nec eos audiamus: qui indignantur et stomochantur: quia nõ tres deos colendos dicimus. Nesciunt enim ꝙ sit vna eadẽqꝫ substantia: ⁊ fantasmatibus suis illudũtur: q: solent videre corporaliter: vel aĩalia tria vel quecunqꝫ corpora tria: locis suis esse seperata. sic putant intelligendam substantiam dei: et multum errãt quoniã superbi sunt: ⁊ nõ possũt dicere quia nolunt credere. ¶ iij.

Nec eos audiamus: qui patrem solum verum deum ⁊ sempiternuz esse dicũt. filium autem nõ de ipso genitum: sꝫ ab ipso factum de nihilo: ⁊ fuisse tempus quando non erat: sed tamẽ primuz locum tenere in omni creatura: ⁊ spiritumsanctum minoris maiestatis esse ꝗ filium ⁊ ipsum factum esse post filium: ⁊ horum trium diuersas esse substantias tanꝗ aurum ⁊ argentum ⁊ eramentum. Nesciunt enim quid loquantur: de his rebus quas ꝑ oculos carneos videre consueuerũt vanas imagines ad disputationes suas transferũt. Quia reuera magnum est mente conspicere generationem: que nõ fit ex aliquo tempore: sed eterna est: ⁊ ipsaz charitatez ⁊ sanctitatem: qua generator ⁊ generatus ineffabiliter sibi copulant. Magnum ⁊ difficile est hec mente conspicere etiam si pacata ⁊ tranquilla sit:' Non potest ergo fieri: vt illi hec videant: qui terrenas generationes nimis intuentur: ⁊ ad istas tenebras addunt adhuc fumum quem sibi contentionibus ⁊ certaminibus quotidianis excitare non cessant: habentes animas carnis affectibus defluentes: tanꝗ ligna humore saginata. in quibus ignis fumum solum vomit: ⁊ habere flammas lucidas non potest. Et hoc quidẽ de omnibus hereticis rectissime dici potest. Credentes ergo incõmutabilem trinitatem: creda

mus etiam in dispensationem temporalem ꝓ
salute generis humani esse natum deum. iiij.

Nec eos audiamus: qui filium dei iesum
christum nihil esse aliud q̃ȝ hominem di
cunt: sed ita iustum: vt dignus sit appel
lari filius dei. Et hos enim catholica disciplina
misit foras: quoniam vane glorie cupiditate
decepti: contentiose disputare voluerunt: an-
teq̃ȝ intelligerent quid sit dei virtus ⁊ dei sapi
entia: ⁊ in principio verbuȝ: per quod facta sũt
omnia: ⁊ quomodo verbum caro factum est: ⁊
habitauit nobis. ¶ v.

Nec eos audiamus: qui non verum ho
minem suscepisse dicunt filium dei: ne
natum esse de femina: sed falsam car-
nem ⁊ imaginem simulataȝ corporis human⁹
ostendisse videntibus. Nesciunt enim quomo
do substantiã dei amministrans vniuersaȝ crea
turam: inquinari omnino non possit. ⁊ tamẽ pre
dicant istum visibilem solem: radios suos per
omnes feces ⁊ sordes corporũ spargere: ⁊ eos
mundos ⁊ sinceros vbiq̃ȝ seruare. Si ergo vi
sibilia munda: visibilibus imundis contigi pos
sunt ⁊ non inquinari: q̃ȝto magis inuisibilis ⁊ in
cõmutabilis veritas per spiritum ⁊ animam: ⁊
per animam corpus suscipiens: toto homine
assumpto ab omnibus eum infirmitatib⁹: nul-
la sua cõtaminatione liberauit. Itaq̃ȝ magnas
patiuntur angustias. Et cum timent quod fie-
non potest: ne humana carne veritas inquine-
tur: veritatẽ dicunt esse mentitam. Et cum ille
preceperit dicẽs/sit. in ore vestro est est: non nõ
⁊ apostolus clamet non erat in illo est ⁊ non: sȝ
est in illo erat: isti totum corpus eius falsam car
nem fuisse contendunt: vt non sibi videantur
imitari xp̃ȝ: si nõ suis auditorib⁹ mẽtiant. ¶ vi.

Nec eos audiamus: qui trinitatem qui-
dem i vna eterna substantia cõfitentur
sed hominem ipsum qui temporali di-
spensatione susceptus est: audent dicere: nõ ha
buisse hominis mentem: sed solam animam ⁊
corpus: hoc est dicere: non fuit homo: sed mẽ-
bra corporis habebat humana. Animam eniȝ
⁊ corpus habent ⁊ bestie: sed rationem nõ ha-
bent: que mẽtis est propria. Sed si execrandi
sunt illi qui eum negant humanum corpus ha-
buisse: quod est infimum in homine: miror: q̃d
isti non erubescunt: qui hoc eum negant habuis
se quod est optimum in homine. Multum eni
lugenda est mens humana si vincitur a corpo
re suo. Siquidem in illo homine non reforma-
ta est: in quo ipsum corpus humanum iam di-
gnitatem forme celestis accepit. Sed absit vt
hoc credamus: quod cõfinxit temeraria cecitas
⁊ superba loquacitas. ¶ vij.

Nec eos audiamus: qui sic dicunt ab illa
eterna sapientia susceptum esse homi-
nem: qui de virgine natus ẽ: quomodo
⁊ alij homines ab ea sapientes fiunt: qui perfe
cte sapientes sunt. Nesciunt enim proprium il-
lius hominis sacramentum: ⁊ putant hoc solũ
eum plus habuisse inter ceteros beatissimos
quod de virgine natus est. Quod ipsum si be-
considerent: fortassis credant: ideo illum hoc p̃
ter ceteros meruisse: quod aliquid propriũ pre-
ter ceteros habet etiam ipsa susceptio. Aliud
est enim sapientem tantum fieri per sapientiã
dei ⁊ aliud est ipsã personam sustinere sapien-
tie dei. Quãuis enim eadem natura sit corporis
ecclesie: multum tamẽ distare inter caput ⁊ mẽ
bra cetera: quis non intelligat? Si enim eccle
sie caput est homo ille cuius susceptione ver-
bum caro factum est: ⁊ habitauit in nobis:
membra cetera sunt omnes sancti: quibus per
ficitur ⁊ cõpletur ecclesia. Quomodo ergo ani-
ma totum corpus nostrum animat ⁊ viuificat
sed in capite ⁊ videndo sentit: ⁊ audiẽdo ⁊ odo
rando ⁊ gustando ⁊ tangendo in ceteris autem
membris tangendo tantum: ⁊ ideo capiti cun-
cta subiecta sunt ad operandum: Illud auteȝ su
pra collocatum est ad consulenduȝ: quia ipsius
anime que consulit corpori quodãmodo ꝑsonã
sustinet caput: ibi enim omnes sensus apparẽt
Sic vniuerso populo sanctoruȝ: tanq̃ȝ vni cor
pori caput est mediator dei ⁊ hominum homo
christus iesus. Et propterea sapiẽtia dei ⁊ ver
bum in principio per quod facta sũt omnia nõ
sic assumpsit illum hominẽ vt ceteros sanctos
sed multum excellentius: multoq̃ȝ sublimius:
quoniam ipsum solum assumi oportuit: in quo
sapientia dei patris hominibus appareret: si-
cut eam visibiliter decebat ostendi. Quapro-
pter aliter sunt sapientes ceteri homines: qui
cũq̃ȝ sunt vel esse potuerũt vel poterũt: ⁊ aliter
ille vnus mediator dei ⁊ hominum homo chri
stus iesus. qui sapientie ipsius. per quam sapiẽ
tes fiunt quicunq̃ȝ homines: non solum benefi
cium habet: sed etiam personam gerit. De ce-
teris enim sapientibus ⁊ spiritalibus animis
recte dici potest ꝙ habeant in se verbum dei:
per quod facta sunt omnia: sed in nullo eorum
recte dici potest ꝙ verbum caro factum est:
⁊ habitauit in nobis. quod in solo domino no-
stro iesu christo rectissime dicitur. viij.

Nec eos audiamus: qui solum corpus
humanũ susceptũ eẽ dicunt a verbo dei

⁊ sic audiunt quod dictum est: ⁊ verbum caro factum est: vt negent illum hominē vel animaz vel aliquid hominis habuisse: nisi carnem solam. Errant enim multum nec intelligūt ideo carnem solam nominatam esse in eo quod dictum est: verbuz caro factum est quia hominū oculis propter quos facta est illa susceptio. caro sola potuit apparere. Nam si absurdum est: ⁊ valde indignum: vt humanuz spiritum homo ille non habuerit: sicut superius tractauimus: quanto magis absurdum ⁊ indignuz est: vt nec spiritum nec animam habuerit: ⁊ hoc soluz habuerit: quod etiam in pecoribus vilius est: ⁊ extremi⁹ id est corpus: A nostra ergo fide etiā ista impietas excludatur: totumqꝫ hominē atqꝫ perfectum a verbo dei susceptum esse cerdamus. ¶ ix.

Nec eos audiamus: qui tale corpus dominum nostrum habuisse dicunt: quale apparuit in columba: quam vidit ioānes baptista descendentem de celo: ⁊ manentē super eum: in signo spiritusancti. Ita enim persuadere conantur filium dei natum non esse de femina. Quia si carnalibus oculis eum oportebat ostendi potuit inquiunt sic assumere corp⁹ quomodo spiritussanctus. Non eniz ⁊ columba illa de ouo nata est aiunt: ⁊ tamen humanis oculis potuit apparere. Quibu primum illud respondendum est. ꝙ ibi legimus in specie columbe apparuisse ioanni spiritū sanctum: vbi legimus etiam christum natuz esse de femina ⁊ non oportet in parte credere euāgelio ⁊ in parte non credere. Unde eniz credis in columbe specie demonstratum esse spiritumsanctum: nisi quia in euangelio legisti: Ergo ⁊ ego inde credo christum natum de virgine esse: quia in euāgelio legi. Quare autem spiritussanctus nō est natus de columba: quēadmodum christus de femina: illa causa est: quia non columbas liberare venerat spiritussanctus: sed hominibus significare innocentiam ⁊ amorem spiritualem quod in columbe specie visibiliter figuratum est. Dominus autem iesus christus qui venerat ad homines liberādos: in quibus ⁊ mares ⁊ femine pertinent ad salutem: nec mares fastidiuit quia marem suscepit. nec feminas: qꝛ de femina natus est. Huc accedit magnum sacramentum: vt quoniam per feminam nobis mors acciderat: vita nobis per feminaz nasceretur: vt de vtraqꝫ natura id est feminea ⁊ masculina victus diabolus cruciaretur: quoniam de ambarum subuersione letabatur: cui paruz fuerat ad penam si ambe nature in nobis liberarentur: nisi etiam per ambas liberaremur.

Neqꝫ hoc ita dicimus: vt dominum iesuz christum dicam solum veruz corpus habuisse: spiritumsanctum autem fallaciter apparuisse oculis hominum: sed ambo illa corpora vera corpa credimus. Sicut enim non oportebat vt homines falleret filius dei. sic nō decebat vt hoīes falleret spiritussctūs. Sꝫ oīpotenti deo qui vniuersaz creaturā de nihilo fabricauit: non erat difficile veꝝ corpus colūbe sine aliaꝝ colūbaꝝ ministerio figurare sicͭ ei nō fuit difficile veꝝ corpus i vtero marie sine virili seīe fabricare. cuz creatura corporea ⁊ in viscerib⁹ femine ad formandum hominem: ⁊ in ipso mundo ad formādam columbam imperio domini voluntatiqꝫ seruiret. Sed stulti hoīes ⁊ miseri: quod aut ipsi facere non possunt: aut in vita sua nunqꝫ viderunt etiam ab omnipotenti deo fieri potuisse nos credunt. ¶ x.

Nec eos audiamus: qui ꝓpterea volūt cogere: vt inter creaturas filium dei numeremus: quia passus est. Dicunt enī Si passus est mutabilis est: ⁊ si mutabilis est: creatura est: quia dei substantia non potest mutari. Cum quibus etiam nos dicimus ⁊ dei substantiam commutari non posse: ⁊ creaturam esse mutabilem. Sed aliud est esse creaturam: ⁊ aliud suscipere creaturam. Filius ergo vnigenitus dei: qui est virtus ⁊ sapientia dei: ⁊ verbum per quod facta sunt omnia: quia immitari non potest omnino: suscepit humanam creaturam: quam lapsam erigere: atqꝫ inueteratam renouare dignatus est. Nec in ea per passionē ipse in deterius commutatus est: sed eam potius per resurrectionem in melius commutauit. Nec propterea verbū patris idest vnicuz dei filiuz ꝑ quē facta sunt oīa: negandū est natū ⁊ passum esse pro nobis: Et martyres enim passos dicimus ⁊ mortuos propter regna celorum: nec tamen in ea passione ⁊ morte aīe eoꝝ occise sūt Dicit enim dominus. Nolite timere eos qui corpus occidūt. anime nihil aūt pnt facere. Sicut ꝰ martyres passos ⁊ mortuos dicimus i corporibus que portabāt: sine animarum interfectione vel morte: sic filiuz dei passuz ⁊ mortuuz dicimus in hoīe quē portabat: sine diuinitatis aliqua cōmutatione vel morte. ¶ xi:

Nec eos audiamus qui negant tale corpus domini resurrexisse: quale posituz est in monumento. Si enim tale non fuisset: non ipse dixisset post resurrectionem discipulis. Palpate ⁊ videte: quoniā spirit⁹ ossa ⁊ neruos non habet: sicut me videtis habere.

Sacrilegum est enim credere dominuz nostꝝ cum ipse sit veritas: in aliquo fuisse mentitum. Nec nos moueat qꝫ clausis hostijs subito eum apparuisse discipulis scriptum est. vt propterea negemus illud fuisse corpus humanum: qꝛ contra naturam huius corporis videmus esse per clausa hostia intrare. Omnia enim possibilia sunt deo. Nam ⁊ ambulare super aquas: contra naturam huius corporis esse manifestū est. Et tamen nō solum ipse dominus ante passionem ambulauit: sed etiam petrum ambulasse fecit. Ita ergo ⁊ post resurrectionem suaz de corpore suo fecit quod voluit. Si enim potuit ante passionem clarificare illud sicut splendorē solis: quare non potuit ⁊ post passionem: ad quā tam velleti subtilitatem in temporis momento redigere: vt ꝑ clausa hostia posset intrare. ¶xij.

NEc eos audiamus: qui negant ipsum corpus secuz leuasse in celum dominuz nostrum: ⁊ cōmemorant in euangelio quod scriptum est. nemo ascendit in celum: nisi qui de celo descendit: ⁊ dicunt: quia corpus nō descendit de celo: non potuisse ascendere in celum. Non enim intelligunt quoniam corpus nō ascendit in celum. Dominus eniz ascendit: corpus autem nō ascendit: sed leuatum est in celū illo leuante qui ascendit. Si enim quisqꝫ descēderat. verbigratia. de monte nudus: cum aūt descenderit vestiat se. ⁊ vestitus iterum ascendat recte vtiqꝫ dicimus. nemo ascendit nisi qui descendit: nec vestem consideramus quaz secum leuauit: sed ipsum qui vestitus est: solum dicimus ascendisse. ¶xi j.

NEc eos audiamus qui negant ad dexteram patris sedere filium. dicunt eniz Nūquid deus pater habet latus dexterum aut sinistrum sicuti corpora? Nec nos hoc de deo patre sentimus. Nulla enim forma corporis deus diffinitur atqꝫ cōcluditur. Sed dextera patris est beatitudo perpetua: que sanctis datur. sicut sinistra eius rectissime dicitur miseria perpetua que impijs datur: vt non in ipso deo: sed in creaturis hoc modo quo diximus intelligatur dextera ⁊ sinistra: quia ⁊ corpus christi quod est ecclesia: in ipsa dextera. hoc est in ipsa beatitudine futurum est. sicut apostolus dicit: quia ⁊ simul nos suscitauit. ⁊ simul nos sedere fecit in celestibus. Quāuis eniz corpus nostrū nondum ibi sit: tamen spes nostra iam ibi est. Propterea ⁊ ipse dominis post resurrectionē suam iussit discipulis quos piscantes inuenit: vt in dexteraz partem mitterent retia. Quod cum fecissent ceperunt pisces: qui omnes magni erant: ⁊ omnes iustos iustificabant quibus dextera promittitur. Hoc significabat quod etiam in iudicio dixit se agnos ad dexteraz: hedos aūt ad sinistram esse positurū .xiiij.

NEc eos audiamus qui negant diem iudicij futurum: ⁊ cōmemorant quod in euangelio scriptum est: euz qui credit in christum nō iudicari. qui autem non credit in illum iam iudicatum esse. Dicunt enim: Si ⁊ ille qui credit non veniet in iudiciuz: ⁊ ille qui nō credit iam iudicatus est: vbi sunt quos iudicaturus est in die iudicij? Non intelligunt sic loqꝫ scripturas: vt preteritum tempus pro futuro tempore insinuēt sicut supra diximus: quod apostolus dixit de nobis: quod simul nos sedere fecit in celestibus: nondum factum est: sed quia certissimum est futurum: ita dictuz est quasi iā factum sit. sicut ⁊ ipse dominus discipulis dixit. omnia que audiui a patre meo nota feci vobis. Et paulo post dicit. Multa habeo vobis dicere: sed nō potestis illa portare modo. Quomodo ergo dixerat: omnia que audiui a patre meo nota feci vobis: nisi qꝛ illud qđ per spiritū sanctum certissime facturus erat quasi iam fecisset locutus est. Sic ergo cum audimus: qui credit in christum non veniet in iudiciuz: intelligamus quia non veniet ad damnationem. Dicitur eni iudiciū pro damnatione: sicut dicit apostolus. Qui non manducat: manducantem non iudicet: id est nō de illo male existimet. Et dominꝰ dicit. Nolite iudicare: ne iudicetur de vobis. Non enim tollit nobis intelligentiam iudicandi cum ⁊ propheta dicit: Si vere iusticiam diligitis: recte iudicate filij hominum. Et ipse dicat dominus. Nolite iudicare personaliter: sed iustum iudicium iudicate. Sed illo loco vbi vetat iudicare. illud ammonet: ne damnemus aliquem: cuius vel cogitatio nobis nō est aperta: vel nescimus qualis postea sit futurus. Sic ergo cum dixit: ad iudicium non veniet: hoc dixit. quia non veniet ad damnationē. Qui autem non credit iam iudicatus est. hoc dixit: qꝛ iam damnatus est prescientia dei: qui nouit quid immineat nō credentibus. ¶xv.

NEc eos audiamus qui dicunt spiritum sanctum: quem in euangelio dominus promisit discipulis: aut in paulo apostolo venisse. aut in montano ⁊ priscilla: sicut catafriges dicunt: aut in nescio quo manite vel manicheo: sicut manichei dicunt. Tam enim ceci sunt isti vt scripturas manifestas nō intelligāt aut tam negligentes salutis sue: vt omnino non legant. Quis enim cum legerit non intelli-

git vel in euangelio quod post domini resurre
ctionem scriptum est dicente domino: ego mit
tam promissum patris mei in vos: vos autez
sedete hic in ciuitate: quousqꝫ induamini vir-
tute ab alto. Et in actibus apostolorum: postea
qꝫ dominus abscessit a discipulorum oculis in
celum. decem diebus paractis. die pētecostes
non attendunt apertissime venisse spiritum sā
ctum: ⁊ cum essent illi in ciuitate sicut eos ante
monuerat: impleuisse illos: ita vt loquerentur
varijs linguis. Nam diuerse nationes que tūc
aderant: vnusquisqꝫ audientium suam linguaz
intelligebant. Sed isti homines decipiūt eos
qui negligentes sunt in catholica fide: ⁊ ipām
fidez suam que in scripturis manifesta ē nolūt
discere: ⁊ quod est grauius ⁊ multum dolendū
cum in catholica fide negligēter versent. here
ticis diligenter aures accōmodant. ¶ xvj

Ec eos audiamus: qui sanctam ecclesi-
am que vna catholica est: negāt per or-
bem esse diffusam: sed in sola africa. h
est in parte donati pollere arbitrantur. Ita sur
di sunt aduersus prophetam dicentem: filius
meus es tu ego hodie genui te: postula a me: ⁊
dabo tibi gentes hereditatem tuā: ⁊ possessio
nem tuaz terminos terre: ⁊ alia multa siue in
veteris siue in noui testamenti libris: que scri-
pta sunt: vt apertissime dedarent ecclesiam
christi per orbem terre esse diffusam. Quod cū
cis obijcimus dicunt iam ista omnia fuisse cō-
pleta: anteqꝫ esset pars donati: sed postea totā
ecclesiam perisse: ⁊ in sola donati parte reliqui
as eius remansisse contendunt. O linguam su
perbam ⁊ nefariam. nec vere sic viuerent vt
vel inter se pacem postea custodirent. Nunc
autem non attendunt iam in ipso donato com
pletum esse quod dictum est. In qua mensura
mensi fueritis in ea remetietur vobis. Sicut
enim christū diuidere conatus est: sic ipse a suis
quotidiana concisione diuiditur. Ad hoc etiaz
pertinet illud quod dominus dicit. Qui enim
gladio percusserit: gladio morietur. Gladius
enim illo loco siquidem in malo positus est: di-
scordiosam linguam significat: qua tunc ille in
felix ecclesiam percussit. sed non occidit. Non
autem dixit dominus: qui occiderit gladio: gla-
dio morietur: sꝫ qui gladio vsus fuerit ingt gla
dio morietur. Ergo ille percussit ecclesiaz lin-
gua litigiosa: qua nunc ipse conciditur: vt om-
nino dispereat atqꝫ moriatur. Et tamen illud
tunc apostolus petrus nō superbia sua: sed qꝫ-
uis carnali tamen amore domini fecerat. Ita-
qꝫ ammonitus recondit gladium. iste autem
nec victus hoc fecit. Siquidem cum episcopo
ceciliano causam diceret: audientibus episco-
pis rome: quos ipse petiuerat nihil eorum que
intenderat potuit probare: ⁊ sic remansit in sci-
smate: vt suo gladio moreretur. Populus au
tem ipsius quando non audit prophetas ⁊ euā-
gelium: in quibus apertissime scriptum est: ec-
clesiam christi per omnes gentes esse diffusam
⁊ audit scismaticos: non dei gloriam querētes
sed suam: satis significat seruum se esse non li-
beruz: ⁊ aurem dexteram se habere precisam
Petrus enim errans in amore domini seruo
non libero aurem dexteraz precidit. Ex quo si-
gnificat eos qui gladio scismatis feriuntur ser
uos esse carnalium desideriorum nonduz edu
ctos in libertate spiritussancti vt iam non cō-
fidant in homine: ⁊ non audire quod dextrum
est. i. domini gloriam per catholicam ecclesiā
latissime peruagatam: ⁊ audire sinistrū huma
ne inflationis errorem. Sed tamen cum domi
nus dicat in euangelio: cum per omnes gētes
euangelium fuerit predicatum: tunc finem eē
venturum. quomodo isti dicunt: qꝫ iam cetere
omnes gentes ceciderunt a fide: ⁊ in sola parte
donati remansit ecclesia: cum manifestum sit ex
quo ista pars ab vnitate precisa est: nonnullas
gentes postea credidisse. ⁊ adhuc esse aliquas:
que nondum crediderunt: quibus quotidie nō
cessatur euangelium predicari. Quis non mi
retur esse aliquem qui se christianum dici velit
⁊ aduersus christi gloriam tanta impietate ra-
piatur: vt audeat dicere: omnes populos genti
um qui modo adhuc accedunt ecclesie dei: ⁊ in
dei filium festinanter credunt: inaniter facere:
quia non eos aliquis donatista baptisat. Sine
dubio ista execrarentur homines ⁊ eos sine di
latione relinquerentur: si christum querēnt: si ec
clesiam diligerent: si liberi essent: si aurem de-
xteram integram retinerēt. ¶ xvii.

Ec eos audiamus: qui qꝫuis neminez
rebaptisarent precidere se tamē ab vni
tate: ⁊ luciferiāi magis dici qꝫ caholici
maluerūt. In eo enim qꝫ intelligunt baptisma
christi nō esse repetēdum recte faciunt. sentiūt
enim sacramentum sancti lauacri nusqꝫ esse ni
si ex catholica ecclesia: sed eam formam secum
habere sacramenta precisa: quā in ipā vnitate
anteqꝫ preciderentur acceperant. Hi sunt eni
de quibus apostolus dicit. Habentes speciem
pietatis: virtutem autem eius abnegantes.
Est enim magna virtus pietatis: pax ⁊ vnitas
quia vnus est deus. Hanc illi non habēt: quia
precisi ab vnitate sunt. Itaqꝫ si qui ex ipsis ad

catholicam veniunt: non iterant speciem picta-
tis quam habent: sed accipiunt virtutem pie-
tatis quam non habent. Nam ⁊ amputatos ra-
mos denuo posse inseri: si nõ permanserint in
incredulitate: apertissime apostolus docet. Quod
cum luciferiani intelligunt: ⁊ non rebaptizant:
non improbamus: sed qđ etiã ipsi precidi a radi
ce voluerunt quis non detestandum esse cogno
scat? Et ideo maxime: quia hoc eis displicuit
in ecclesia catholica: quod vere catholice san-
ctitatis est. Nusꝙ enim tam vigere debent vi
scera misericordie ꝙ in catholica ecclesia: vt tã-
ꝙ vera mater nec peccantibus filijs superbe
insultent: nec correctis difficile ignoscat. Non
enim sine causa inter omnes apostolos huius
ecclesie catholice personã sustinet petrus. Huic
enim ecclesie claues regni celorum date sunt:
cum petro date sunt. Et cũ ei dicitur ad omnes
dicitur. amas me: pasce oues meas. Debet er
go ecclesia catholica correctis ⁊ pietate firma-
tis filijs: libenter ignoscere: cum ipsi petro per
sonam eius gestanti: cum in mari titubasset ⁊ cũ
dominum carnaliter a passione reuocasset ⁊ cũ
aurem serui gladio precidisset: ⁊ cum ipsum do
minum ter negasset: ⁊ cum in simulationem po
stea superstitiosam lapsus esset videamus ve
niam esse concessam: eũqꝫ correctum atqꝫ firma
tum vsqꝫ ad dominice passionis gloriam per-
uenisse: Itaqꝫ post persecutionem que per arria
nos hereticos facta erat. ⁊ postea ꝙ pax quam
quidem catholica in domino tenet: etiam a prin
cipibus seculi reddita est. episcopi qui perfidie
arrianorum in illa perturbatione consenserãt:
multi correcti: redire in catholicam delegerũt
damnantes siue quod crediderant: siue quod
se credidisse simulauerant. Hos ecclesia catho
lica materno recipit sinu: tanꝙ petrum post fle
tum negationis per gallicantum ammonitum:
aut tanꝙ eundem post prauã simulationem pau
li voce correctum? Hanc illi matris charitatẽ
superbe accipientes ⁊ impie reprehendentes
quia petro post gallicantum surgenti nõ gratu-
lati sunt cum lucifero qui mane oriebatur cade
re meruerunt. ¶ xviij.

Nec eos audiamus: qui negant ecclesi-
am dei omnia peccata posse dimittere
Itaqꝫ miseri dum in petro petram non
intelligunt ⁊ nolunt credere datas ecclesie cla
ues regni celorum: ipsi eas de manibus amise-
rũt. Isti sunt qui viduas si nupserint tanquam
adulteras damnant: ⁊ super doctrinam aposto
licam se predicant esse mundiores. Qui nomẽ
suum si vellent agnoscere mundanos se potius ꝙ
mundos vocarent. Nolentes enim si peccaue
rint corrigi: nihil aliud delegerunt: nisi cum hoc
mundo damnari. Nam quibus veniam pec-
catorum negant: non eos aliqua sanitate custo
diunt: sed egris subtrahunt medicinam: ⁊ vidu
as suas vri cogunt: quas nubere non permit-
tunt. Non enim prudentiores habendi sunt:
ꝙ Paulus apostolus qui ait. Malo eas nube
re ꝙ vri. ¶ xix.

Nec eos audiamus: qui carnis resurre-
ctionem futuram negant: ⁊ commemo
rant: quod ait apostolus: caro ⁊ sanguis
regnum dei non possidebunt. Non intelligen-
tes quod ipse dicit apostolus. Oportet corru-
ptibile hoc induere incorruptionem: ⁊ morta
le hoc induere immortalitatem. Cum enim hoc
factum fuerit iam non erit caro ⁊ sanguis: sed
celeste corpus. Quod ⁊ dominus promittit cum
dicit: neqꝫ nubent neqꝫ vxores ducent: sed erũt
equales angelis dei. Non enim iam homini-
bus sed deo viuent: cum equales angelis fa-
cti fuerint. Immutabitur ergo caro ⁊ sanguis
⁊ fiet corpus celeste ⁊ angelicum. Et mortui enim
resurgent incorrupti: ⁊ nos immutabimur: vt
⁊ illud verum sit: quod ⁊ caro ⁊ sanguis regnũ
dei non possidebunt. Ista fidei simplicitate: ⁊
sinceritate lactari nutriamur in christo: ⁊ cum
paruuli sumus: maiorum cibos non appetamus
sed nutrimentis saluberrimis crescamus i chri
sto: accedentibus bonis moribus: ⁊ christiana
iusticia: in qua est charitas dei ⁊ proximi per-
fecta ⁊ firmata: vt vnusquisqꝫ nostrum de dia-
bolo inimico ⁊ angelis eius triumphet in semet
ipso: in christo quem induit quia perfecta cha-
ritas nec cupiditatem habet seculi: nec timo-
rem seculi idest nec cupiditatem vt adquirat res
temporales: nec timorem ne amittat res tem-
porales. ¶ Per quas duas ianuas intrat ⁊ re-
gnat inimicus qui primo dei timore: deinde
charitate pellendus est. Debemus itaqꝫ tanto
auidius appetere apertissimam ⁊ euidentissi-
mam cognitionem veritatis: quanto nos debe-
mus in charitate proficere: ⁊ eius simplicitate
cor habere mũdatum: quia ipso interiore ocu-
lo videtur veritas. Beati enim mundo corde
inquit: quia ipsi deum videbunt: vt in charitate
radicati ⁊ fundati preualeamus comprehende
re cum omnibus sanctis que sit latitudo ⁊ alti
tudo ⁊ longitudo ⁊ profundum. scire etiam su
pereminentẽ scientiã charitatis christi: vt imple-
amur in omnẽ plenitudinẽ dei: ⁊ post ista cũ in



uisibili hoste certamia: qm̄ volētib⁹ ⁊ amantib⁹
iugū christi leue est: ⁊ sarcina eius leuis: coronā
victorie mereamur. Amen.

¶ Explicit liber sancti Augustini episcopi de
agone christiano.

¶ Incipit liber sancti Augustini de bono disci-
pline.



Ulti sunt qui sa
ne doctrine aduersantur iu
sticiam culpant ⁊ discipli-
nam imperium esse iudi-
cant: ac rationabilem casti
gationē superbie assignāt:
cum non sit imperium nisi
vbi aliquid iubetur iniustū
nec sit superbia nisi vbi negligitur disciplina.
Disciplina igitur magistra est religionis: magi
stra vere pietatis: que nec ideo increpat vt le-
dat: nec ideo castigat vt noceat. Deniqꝫ mo-
res hominum irata corrigit: inflammata custo
dit: ita salomone dicente. Fili ne deficias a disci
plina domini: neqꝫ fatigeris cum ab eo increpa
ris. Quem eniꝫ diligit dn̄s icrepat: flagellat au-
tem omnem filium quem recipit. Nihil profe
cto est quod nō disciplina: aut emendet: aut sal
uum faciat. Quam si quis sapiens apprehen-
derit: nec gratiam amicitiarum perdit: nec pe
riculum damnationis incurrit. Nemo discipli
nam irrationabilem putet: sub qua videt: vni
uersis que in celo ⁊ sub celo sunt verbo cooperā
te compositis: omnipotentis dei stare consiliū.
In principio enim operis sui: deus nihil prius
ꝙ̄ disciplinam fecit. Nam cum assistente sapi-
entia celum suspenderet: terram pararet: ma-
ria concluderet: ⁊ suis locis: suisqꝫ temporibus
cursum solis luneqꝫ globum disponeret: omnia
sub disciplina constituit. Quid autem non esset
tenebrosum: quid non incompositum: quid non
haberetur absurdum: nisi constitutis legibus
cuncta starent elementa. Nunquid sine discipli
na agitur solis cursus. Qui quamuis diurni iti-
neris necessitatem infatigatus impleuerit: ad
officium tamen suum matutinus occurrit: ⁊
se in parte celi quotidie terrarum spacia lustra
turus ostendit. Tanta est discipline ratio: vt in
tra emporum metas lege conscriptas ita in-
defessi itineris alternis vicibus syderum cur-
sus agitetur: vt nec luna defectionis sue dam-
na effugiat: nec solem diurni luminis flamma
destituat. Nunquid sine disciplina est ꝙ tāti ma
ris fluctus humili terrarum littore continen-
tur: ⁊ in suo sinu frequenter incitata ventis al
tior aggere vnda concluditur. Omnia profecto
insipiens natura confunderet: nisi mundum di
scipline ratio gubernaret. Hoc ideo proposui-
mus dicere: vt disceretis obedire euangelicis
preceptis: ⁊ celestibus obtemperare manda-
tis. Quid autem rationalem animam ⁊ ad dei
imaginem factam expediat: facile potest homo
intelligere cum videt sacratis per voluntateꝫ
dei ꝯstitutionibus discipline etiā elemēta serui
re. Audite prophetā dicentē. Seruite dn̄o in ti
more: ⁊ exultate ei cū tremore. Apprehēdite di
sciplinam: ne qn̄ irascatur dominus ⁊ pereatis
de via iusta. Bene in omnibus causis timor ob
temperat discipline: qui pro hoc ipso ꝙ immi-
nentes periculorum casus aut iras iudicum ca
uere nouit potestatem conseruande salutis ob-
tinuit? Quid igitur adultero castum? quid furi
esset tutum? quid latroni non peruium? Quis
non expauesceret concaua littorum: secreta sil-
uarum? Quid non presumptio possideret: nisi
furorem animorum sub metu pene disciplina
compesceret? Ac nisi constitutus esset ordo vi-
uendi: nunquam profecto finem poneret natu-
ra peccandi. Nihil est quod non gula suadeat:
si gule disciplina consentiat. Nihil est quod nō
luxuria perdat: si amore viciorum a te discipli
na discedat. Nihil est quod non habendi cupi
ditate animus occupet: nisi auaritie vitium di
sciplina condemnet. Omnia sub metu discipli-
ne vicia iacent. Jam non est in quo fides vnqꝫ̄
erubescat si homo futurum dei iudicium respi
ciat: ⁊ causam reddende rationis intendat: nec
est in quo vindex scelerum flamma deseuiat: si
intuitu discipline: aut que sunt honesta cogites
aut que sunt pudenda castiges. Multi ibi no-
men crudelitatis imponunt: vbi pro amore di
scipline crimen admissi sceleris: supplicio vin-
dicatur latronis: cum sententia vindicantis iu-
stis legibus seruiat: ⁊ nō solum presentibus: sed
etiam futuris manum porrigat. Quis igitur nō
licite crederet se debere peccare: si impudicis
⁊ impijs actibus iudex non perscriberet disci-
plinam? Uideamus quid lex loquatur. Non
occides: non adulterabis: non falsum testimoni
um dices. He sunt discipline legis: quibus eti-
am districtio sentētie secularis obsequitur: im
pugnando turpia: resecando criminosa. Nam
adijcit scriptura. Judex non est vindex positus
boni operis: sed mali: ita vt etiam vicarium

pene genus exigat cum dicit. Oculum pro ocu
lo dentem pro dente. Sed istam antiquam sen
tentie seueritatem facile vitare possumus: si flã
mas futuri iudicij cogitemus. Absolute autez
docet apostolus posse contemni secularis ar-
ma iudicij: qui dicit ¶ Si vis potestatem non
timere: quod bonũ est fac. Sed hec non ocio-
se tractanda sunt ¶ Nam cum de his terrenis
potestatibus apostoli doctrina commemorat:
sensibus nostris celestis iudicij partes insinuat
Nam cum docet seruiendum seculi legib⁹: am
monet necessario hominem futuris cauere tem
poribus. Si vis inquit non timere potestatez
quod bonum est fac. Hoc est dicere. Si vis fu-
turum non timere iudicium: declina a malo ⁊
fac bonum. Ergo hanc primam constitutionis
formam: que seculi legibus caret: cauere debe
mus ⁊ vincere: vt possimus a nobis illud pre-
iudiciũ perpetue mortis excludere. Quia quos
ista temporalis non affligit pena hos illa ĩ eter-
num insatiabili tormentorum persequitur do-
lore. Nemo autem illum homicidij crimen eua
sisse estimet: quem excusatum secularis iudicij
corrupti sententia absoluerit. Nec ille adulterij
facinus pretermissum putet: qui indulgentie le
ge deprehensus euasit. Nemo cum sanam de-
xteram videt falsitatis: reo debita iure suppli-
cia iudicet fuisse concessa. Defunctis corpori-
bus salua sunt crimina: nisi fuerint prius apud
deum lachrymaruz intercessione purgata. Ex
pectat enim reum suum gehenna debitis arma
ta supplicijs. Ad confusionem magis presen-
tis vite: non ad absolutionem criminis perti-
net auctoritas sententie secularis. Illa ergo no
bis sunt ante omnia cogitanda supplicia: vbi
homo viuet durante pena: vbi nec tormenta
corpori: nec desunt membra tortori. Que tañ
facile vitare possumus: si habenas discipline
teneamus: dicente apostolo. Si vis non time-
re potestatem: bonum fac: ⁊ habebis laudez ex
ea ¶ Quis sapiens non ad hec discipline bona
animum letus apponat: vbi potest homo non
solum criminis penam vitare: sed ⁊ gratiam
laudationis acquirere? Audite prohetam dicẽ
tem ¶ Apprehendite disciplinam: ne quando
irascatur dominus: ⁊ pereatis de via iusta.
In hoc loco puto pertinet ista sententia ad illos
ad quos nõdum disciplina peruenit: qui adhuc
in deuijs morantur: capti antiquo superstitio-
nis errore. Probantur enim sub lege nunquaz
vixisse: qui admonentur: vt apprehendant stu
dium discipline. Sequitur in hoc psalmo. Ne
quando irascatur dominus: ⁊ pereatis de via
iusta ¶ Igitur si illos statuit propheta reos: ad
quos disciplina nunquam peruenit: quid de il-
lis iudicandum putamus quos disciplina de-
stituit? Inter vtrorumqꝫ actus auctoritas pro
phetice lectionis tnensat minorem plane culpã
non peruenisse ad disciplinam: qꝫ legem disci-
pline respuisse. Ecce dicit propheta. Qui sper-
nit disciplinam odit animam suam: ⁊ vere vt
dixit ita est. Nam hostis est ⁊ inimicus anime
sue qui spretis discipline monitis: diabolicis oc
cupatur officijs. Dicunt aliquanti disciplinam
satis duris legibus constitutam. Loquantur
ista satis miseri quos ad omne facinus ille dia
bolus auctor mortis inuitat: quorum mentes i-
satiabilis gula possidet: sup quos regnat ebrie-
tas: quos turpis luxuria captiuos tenet: ⁊ á qui
bus nunquam superbia ingrata discedit. Illis
autem quibus est studium honeste fidem serua
re continentie: humilitati: pietatiqꝫ seruire: dul
ce discipline onus est: ⁊ leue iugum domini: qđ
nõ grauat: nisi aut perditos: aut perituros. Eru
besco dicere in confusione humane negligentie
quare apud aliquantos parum proficiat disci-
plina cum videamus pastorale magisterium eti
am apud muta animalia non perire. Doceãt
nos ecce seruare ordinem discipline tam doci-
les equorum animi: cum in giro ducti flexuosis
gressibus membra componunt: ⁊ sub vni⁹ ha-
bene retinaculo ita laxari se consentiunt: vt ⁊
curandi ⁊ standi modus sub quadam legum dis
positione seruetur. Ita quos natura numero di
uidit: studio discipline coniungit. Videte qꝫ for
tia boum corpora plaustro subiaceant: que in-
tantum imperio animum parant: vt tumen-
tia naturaliter leui iugo colla supponant. Ita
discipline constitutionibus seruiunt: etiaz que
in feritate nascuntur ¶ Unde miror aliquotiens
hominem cui inest sapientia ⁊ intellectus pru-
dentie passim precepta discipline negligere cũ
videamus mut[illegible]m animal vicia cauere: iussis
obtemperare: imperio deseruire: atque ita ad
omnem obedientiam animum aptare: vt cum
opus fuerit armatis legionibus occurrat: ⁊ ho-
stilibus se telis iussum obijciat ¶ Audite in
hoc loco prophetam dicentem. Cognouit bos
possessorem suum: ⁊ asinus presepe domini sui:
israel autem me non cognouit. Vereor dicere:
ne nostram negligentiam pulset ista sententia.
Non autem cognoscit dominum: qui conditio
nis sue non cognoscit officium. Ostendam sa-
ne quomodo dominus possit. aut inueniri: aut
cognosci: si tamen est animus videndi. Si vis
videre dominum: require mendicum: respice

ad pauperem: suscipe peregrinum: visita infir
mum: curre ad carcerem. Si vis videre deum
vincula captiuitatis absolue: nodos iniquita-
tis incide. Audi de hoc dominum dicentem.
Esuriui ⁊ dedistis mihi manducare: sitiui ⁊ de
distis mihi bibere: hospes fui ⁊ suscepistis me
nudus fui ⁊ operuistis me: īfirmus fui ⁊ visita
stis me: in carcere eram ⁊ venistis ad me. Mo
neo itaqꝫ ne despicias nudum: ne ceco manum
subtrahas: ne inuolutum pannis contemnas.
In hac enim veste primum dominus cum a
magis quereretur inuentus est. Et quia de di-
sciplina fecimus mentionē sub qua fides chri
stiana viget: necesse est vt omnia in aures ve-
stras vite ornamenta deferantur: vt intelligat
vnusquisqꝫ parum sibi prodesse conuersationis
famam: nisi in contemptu mundi amauerit di
sciplinam. Ergo cui studium est christum cole-
re: prius cordis ⁊ corporis suscipiat indumenta
Omnis igitur vita religionis professe: integri-
tatis debet famam sentire: ne quem expectat
corona virtutis. pudoris damno feriat. Cor-
poris integritas vitam muniat: integritatem fi
des incontaminata custodiat: vt manente vtri
usqꝫ partis beneficio: immaculatum hominem
faciat regnare cum christo. Sed in hoc solum
constat conuersationis nostre ratio: vt boni si-
mus. Laborandum igitur ante omnia est: vt q
bonitatem sequitur: bonus esse iudicetur. Nā
quamuis homo purū corpus immaculatumqꝫ
custodiat: laceratam vitam ad deum portat: cu
ius actus vultum infamat: licet sciamus con-
scientiam solam bonis actibus posse sufficere.
Sed quanto melius est vt semper de te bene
sentiat qui circa ianuam suam vanis suspitio-
nibus frequenter egrotat? Insitum est enim na
turaliter vulgo: vt de bonis semper male iudi
cet. Sed tu qui curam bone fame colis studio
tuo gratiam integre opinionis acquire. Uita er
go nostra ita sit lucida: vt sit omnibus nota. In
tegritas religioni: pudor seruiat humilitati.
Quem amor tenet seruande integritatis: ante
ri cõgruẽter in denario figurat: vnde ⁊ vela ci
licina iubẽtur in tabernaculo. xj. fieri. Quis au
tẽ dubitet ad peccati significationẽ ciliciũ per
tinere. Ac ꝑ hoc q: vniuersum tẽpus septena
rio dierũ numero voluitur ꝯueniẽter in dena
rio septies multiplicato ad numerũ septuagesi
mũ ⁊ septimũ cuncta peccata ꝑueniũt. In quo
numero etiã fit plena remissio peccatoꝝ expiã
te nos carne sacerdotis nr̃i a quo nũc iste nume
rus incipit. ⁊ recõciliante nos deo ad quẽ nunc
iste numerꝰ ꝑuenit ꝑ spiritũ sanctũ qui colũbe spẽ
in hoc baptismo vbi numerꝰ iste cõmemorat
apparuit. Caplm. v.

Post enumeratas generatiões Mathe
us ita seqtur. Xp̃i gnãtio sic erat: Cũ eẽt
despõsata mater eiꝰ Maria Joseph an
teq̃ ꝯuenirẽt inuẽta est in vtero habẽs de spiri
tu sancto: h quẽadmodũ factum sit q hic preter
misit Lucas exposuit post cõmemoratũ ꝯceptũ
Johis ita narrãs. In mẽse aũt sexto: missus est
angelus Gabriela deo i ciuitatẽ galilee cui no
men Nazareth ad virginẽ desponsatam viro
cui nomẽ erat Joseph de domo Dauid ⁊ nomẽ
virginis Maria. Et ingressus angelus ad eaz
dixit: Aue gratia plena dominus tecũ: bñdicta
tu in mulieribꝰ. Que cũ audiuisset turbata ẽ in
sermone eiꝰ: ⁊ cogitabat qualis eẽt ista salutatio
Et ait angelus ei. Ne timeas maria inuenisti
eni grãm apud dñm. Ecce ꝯcipies i vtero ⁊ pari
es filiũ: ⁊ vocabis nomẽ eius ihesum. Hic erit
magnꝰ ⁊ filiꝰ altissimi vocabit. Et dabit illi do
minꝰ deus sedem dauid patris eiꝰ ⁊ regnabit i
domo iacob in eternũ: ⁊ regni eiꝰ nõ erit finis.
Dixit aũt maria ad angelũ. Quõ fiet istud qm̃
virũ nõ cognosco. Et respõdẽs angelus dixit ei
Sp̃us sanctus supueniet in te ⁊ virtꝰ altissimi
obumbrauit tibi. Ideoq; ⁊ qḋ nascet ex te san
ctũ vocabit filiꝰ dei. Et cetera q̃ ad id q nunc
agitur ꝗ̃ pertinẽt. Hoc ergo matheꝰ cõmemo
rauit dicẽs de maria. Inuẽta est in vtero habẽs
de spiritu sancto. nec ꝯtrariũ est quia lucas expo
suit id qḋ matheus pretermisit: Cum de spiritu
sancto mariã cõcepisse vterq; testent: sicut non
est ꝯtrariũ q matheꝰ deinceps ꝯnectit q lucas
pretermittit. Seqtur eni et dicit matheꝰ. Jo
seph aũt vir eiꝰ: cũ eẽt iustus: ⁊ nolet eã traduce
re: voluit occulte dimittere eã. Hoc aũt eo cogi
tãte: ecce angelus dñi in somnis apparuit ei di
cẽs: Joseph fili dauid noli timere accipe mari
am ꝯiugẽ tuã. Qḋ eni in ea natũ est de spiritu
sancto est. Pariet aũt filiũ ⁊ vocabis nomẽ eiꝰ
ihesum. ipse eni saluũ faciet populũ suũ a pecca
tis eoꝝ. Hoc aũt totũ factuz est ut impleret qḋ
dictũ est a dño ꝑ ꝓphetã dicentẽ. Ecce virgo i
vtero habebit ⁊ pariet filiũ: ⁊ vocabit nomen
eius emanuel. qḋ est interꝑtatum vobiscũ deꝰ.
Exurgẽs aũt ioseph a somno: fecit sicut p̃cepit
ei angelus dñi. Et accepit ꝯiugẽ suã ⁊ nõ cogno
scebat eã donec peperit filiũ suũ p̃mo genitum
⁊ vocauit nomẽ eius ihesum. Cũ ergo natus eẽt
ihesus i bethleem iude in diebꝰ herodis regis
⁊ cetera. De ciuitate bethleem matheꝰ lucasq;
ꝯsentiũt. sed quõ ⁊ qua causa ad eũ venerint io
seph ⁊ maria lucas exponit: matheus preter
mittit. Cõtra de magis ab oriẽte veniẽtibꝰ lu
cas tacet: matheus dicit ita ꝯtexens. Ecce ma
gi ab oriẽte venerũt iherosolimã dicẽtes. Ubi
est q natus est rex iudeorũ. Uidimꝰ eni stellã eiꝰ
in oriente: ⁊ venimꝰ adorare eũ. Audiẽs aũt he
rodes rex turbatꝰ ẽ ⁊ cetera vsq; ad eũ locũ vbi
scriptũ est de ipsis magis: Et respõso accepto i
somnis ne redirent ad herodez: per aliã viam
reuersi sunt in regionẽ suã. hoc totũ lucas pret
mittit: sicut matheꝰ non narrauit qḋ lucas nar
rat: in p̃sepio positũ dominũ. ⁊ q pastoribꝰ euz
natũ angelus nũciauerit: ⁊ q multitudo militie
celi facta ẽ cũ angelo laudantiũ dñm: ⁊ q vene
runt pastores ⁊ viderũt verũ eẽ qḋ ei angelus
nunciauerat. ⁊ q die circũcisionis sue nomẽ ac
cepit. ⁊ q̃ post impletos dies purgationis ma
rie idẽ lucas narrat q attulerũt eũ ad iherusa
lẽ ⁊ de symeone vel anna q̃ dixerint de illo in tẽ
plo postea q̃ cognouerũt eũ impleti spiritu san
cto. Omnia hec tacet matheus. Unde merito
querit quãdo facta sint: siue q̃ matheus preter
mittit ⁊ lucas dicit: siue q̃ lucas dicit ⁊ matheꝰ
p̃termittit. Quãdo quidẽ matheus regressis in
regionẽ suã magis q venerant ab oriẽte sequit
⁊ narrat ioseph ab angelo ammonitũ: ut cũ in
fante in egyptũ fugeret ne ab herode necaret.
deinde herodẽ illo nõ inuẽto ab imatu ⁊ infra
pueros occidisse. Defuncto aũt herode redisse
ab egypto: ⁊ audito q archealus i iudea regna
ret ꝓ herode patre suo: habitasse cũ puero in ga
lilee ciuitate nazareth que oĩa lucas tacet. Non
ideo ꝯtrariũ videri põt q vel hic dicit que ille
pretermittit. vel ille cõmemorat que iste non di
cit. Sed queritur qñ fieri potuerũt q̃ cõtexit ma
theus de ꝑfectiõe in egyptũ atq; inde regressio
ne post herodis mortẽ ut iam in ciuitate naza
reth habitarẽt: quo eos lucas postea q̃ ꝑfecere
in tẽplo circa puerũ sm legez dñi: reuersos esse
cõmemorat. Hic ꝑinde cognoscẽdũ est q dein
ceps ad cetera talia valeat ne siliter moueat ani
mũq; cõturbẽt. sic vnũquẽq; euangelistam cõ

texere narratiõẽ ſuã ut tanq̃ nihil pretermit-
tentis ſeries digeſta videat. Tacetis eñi q̃ nõ
vult dicere: ſic ea q̃ vult dicere vel q̃ dicebat
adiungit: vt ipſa cõtinuo ſequi videantur. Sz
cum alter ea dicit que alter tacuit: diligẽter or-
do cõſideratus indicat locum vbi ea potuerit
a quo ea pretermiſſa ſunt trãſilire: ut ea que di
cere intenderat: ita ſuperiorib⁹ copularet tanq̃
ipſa nullis interpoſitis ſequerẽtur. Ac per hoc
intelligitur matheus vbi ait: ſomno admoni-
tos magos ne redirẽt per herodem: per aliam
viam regreſſos in regionẽ ſuam: illic pretermi
ſiſſe que lucas narrauit geſta circa dominũ in
tẽplo ⁊ dicta a ſymeone ⁊ anna vbi rurſus lu-
cas pretermittẽs profectione in egyptũ quaz
narrat matheus tanq̃ continuam contexuit re
greſſionẽ ad ciuitatẽ nazareth. ¶ Si quis aũt
velit vnã narrationem ex omnib⁹ qui de chri
ſti natiuitate ⁊ infãtia vel pueritia in vtriuſq̃
narratione ab alterutro ſeu dicũtur ſeu preter-
mittuntur ordinare ſic poteſt. Chriſti autem
generatio ſic erat. Fuit in diebus herodis regis
iuda ſacerdos quidam nomine zacharias de
vice abia ⁊ vxor illi de filiabus aaron: ⁊ nomẽ
eius eliſabeth. Erant autez iuſti ambo ante do
minũ incedentes in omnibus mandatis ⁊ iu-
ſtificationibus domini ſine querela. Et nõ erat
illis filius eo ꝙ eſſet eliſabeth ſterilis: ⁊ am-
bo proceſſiſſent in diebus ſuis. Factum ẽ autẽ
cum ſacerdotio fungeret zacharias in ordine
vicis ſue ante deum ſm̃ conſuetudinẽ ſacerdo-
tij ſorte exij : ut incẽſum poneret ingreſſus in
templum domini. Et omnis multitudo popu
li erat orans foris hora incenſi. apparuit autẽ
illi angelus domini ſtans a dextris altaris in-
cenſi. Et zacharias turbatus ẽ vidẽs: ⁊ timor
irruit ſuper eum. Ait autem ad illum angelus.
Ne timeas zacharia: quoniã exaudita ẽ depca
tio tua. Et vxor tua eliſabeth pariet tibi filiũ
⁊ vocabis nomen eius iohannez. Et erit gau-
diuz tibi ⁊ exultatio: ⁊ multi in natiuitate eius
gaudebũt. Erit enim magn⁹ corã domino: vi-
num ⁊ ſiceram non bibet. ⁊ ſpiritu ſancto re-
plebitur adhuc ex vtero matris ſue. ⁊ multos
filiorum iſrael conuertet ad dominũ deũ ipoꝝ.
Et ipſe precedet ante illuz in ſpiritu ⁊ virtute
helie: ut cõuertat corda patrũ in filios: ⁊ incre-
dulos ad prudentiaz iuſtorum: parare dño ple-
bẽ perfectaz. Et dixit zacharias ad angelum.
Unde hoc ſciã? Ego eñi ſum ſenex: ⁊ vxor mea
pceſſit in diebus ſuis. Et rñdens angelus di-
xit ei. Ego ſum gabriel qui aſto ante deũ ⁊ miſ
ſus ſum loqui ad te: ⁊ hec tibi euãgelizare. Et
ecce eris tacẽs ⁊ non poteris loqui vſq̃ in diẽ
quo hec fiant pro eo qui non credidiſti verbis

meis que implebũtur tpe ſuo. Et erat plebs ex-
pectans zachariã: ⁊ mirabãtur ꝙ tardaret ipſe
in tẽplo. Egreſſus aũt non poterat loqui ad il-
los. ⁊ cognouerũt ꝙ vidiſſet viſionem in tem
plo. Et ipſe erat innuens illis: ⁊ permãſit mu-
tus. Et factũ eſt ut impleti ſunt dies officij ei⁹
abijt in domum ſuam. Poſt hos autẽ dies con
cepit eliſabet vxor eius: ⁊ occultabat ſe menſi
bus quinq̃ dicens: Quia ſic mihi fecit domi-
nus in dieb⁹ quibus reſpexit auferre obprobri
um meum inter homines. In menſe aũt ſexto
miſſus eſt angelus gabriel a deo in ciuitatẽ ga-
lilee cui nomen nazaret ad virginẽ deſponſatã
viro cui nomen erat ioſeph de domo dauid: ⁊
nomen virginis Maria. Et ingreſſus angelus
ad eam dixit: Aue gratia plena domin⁹ tecum
bñdicta tu in mulieribus. Que cum audiuiſſet
turbata ẽ in ſermone eius: ⁊ cogitabat qualis
eſſet iſta ſalutatio. Et ait angelus ei. Ne time-
as Maria: inueniſti eñi gratiam apud deum.
Ecce concipies in vtero ⁊ paries filium: ⁊ vo-
cabis nomen eius iheſum: hic erit magnus et
filius altiſſimi vocabitur. Et dabit illi domin⁹
deus ſedem dauid patris eius: ⁊ regnabit i do
mo iacob in eternũ: ⁊ regni eius non erit finis.
Dixit aũt Maria ad angelum. Quomodo fiet
iſtud quoniaz virum nõ cognoſco. Et reſpõdẽs
angelus: dixit ei. Spiritusſanctus ſuperueniet
in te: ⁊ virt⁹ altiſſimi obumbrauit tibi. Ideoq̃
qui naſcetur ex te ſanctum: vocabitur fili⁹ dei.
Et ecce eliſabeth cognata tua: ⁊ ipſa concepit fi
lium in ſenectute ſua. Et hic menſis eſt ſextus
illi qui vocatur ſterilis: quia non erit impoſſi-
bile apud deum omne verbum. Dixit autem
Maria. Ecce ancilla domini fiat mihi ſm̃ ver
bum tuum. Et diſceſſit ab illa angelus. Exur-
gens autem Maria in diebus illis abijt in mõ
tana cum feſtinatione in ciuitatem iude: et
intrauit domuz zacharie ⁊ ſalutauit eliſabeth.
Et factum eſt vt audiuit ſalutationem Marie
eliſabeth: exultauit infans in vtero eius. Et re
pleta eſt ſpiritu ſancto eliſabeth. ⁊ exclamauit
voce magna: ⁊ dixit: Benedicta tu inter muli-
eres: ⁊ benedictus fructus ventris tui. Et vn
de hoc mihi vt veniat mater domini mei ad
me. Ecce enim vt facta eſt vox ſalutatiõis tue
in auribus meis: exultauit in gaudio infans in
vtero meo: ⁊ beata que credidiſti: quoniã per-
ficientur ea que dicta ſunt ei a domino. Et ait
Maria. Magnificat anima mea dominum.
Et exultauit ſpiritus meus i deo ſalutari meo
Qui reſpexit humilitatem ancille ſue: ecce eniz
ex hoc beatam me dicent omnes generatio-
nes. Quia fecit mihi magna qui potens eſt et
ſanctum nomen eius. Et miſericordia eius a

progenié in progenies timẽtibus euz. Fecit po
tentiam in brachio suo: dispersit superbos mẽ
te cordis sui. Deposuit potentes de sede: ⁊ ex-
ultauit humiles. Esurientes impleuit bonis:
⁊ diuites dimisit inanes. Suscepit israel pue-
rum suum recordatus misericordie sue. Sicut
locutus est ad patres nostros abraam ⁊ semi-
ni eius in secula. Mãsit autem Maria cum ea
quasi mensibus tribus: ⁊ reuersa est in domum
suam: ⁊ inuenta est habens in vtero de spiritu
sancto. Joseph autem vir eius cuz esset iustus
⁊ nolet eam traducere voluit occulte dimitte-
re eam. Hec autem eo cogitãte: Ecce angelus
domini in somnis apparuit ei dicens. Joseph
fili dauid noli timere: accipe Mariam coniu-
gem tuam Quod enim in ea natum est de spi-
ritu sancto est. Pariet autem filium: ⁊ voca-
bis nomen eius ihesum. Ipse enim saluum fa-
ciet populum suum a peccatis eorum. hoc autẽ
totum factum est: vt adimpleretur q̄d dictuz
est a domino per prophetam dicentem. Ecce
virgo in vtero habebit ⁊ pariet filium ⁊ voca
bitur nomen eius emanuel: quod est interpre-
tatum nobiscum deus. Exurgẽs autem ioseph
a somno. fecit sicut precepit ei angelus domini
Et accepit coniugem suam ⁊ non cognoscebat
eam. Elisabeth autem impletum est tempus
pariendi: ⁊ peperit filium. Et audierunt vici-
ni ⁊ cognati eius quia magnificauit dominus
misericordiam suam cum illa: ⁊ congratulabã-
tur ei. Et factum est in die octauo venerunt cir
cuncidere puerum: ⁊ vocabant eum nomine
patris zachariam. Respondens autem mater
eius dixit: Nequaq̃ sed vocabitur iohannes
Et dixerunt ad illam. Quia nemo est in cogna
tione tua: qui vocetur hoc nomine: Innuebãt
autem patri eius quem vellet vocari eum. Et
postulans pugillarem scripsit dicens. Johãnes
est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Aper
tum est autem illico os eius ⁊ lingua eius: ⁊ lo
quebatur benedicens deum. Et factus est ti-
mor super omnes vicinos eorum: ⁊ super om-
nia montana iudee: diuulgabantur omnia ver
ba hec. Et posuerunt omnes qui audierant in
corde suo dicentes: Quid putas puer iste erit.
Etenim manus domini erat cum illo. Et za-
charias pater eius impletus est spiritu sancto
⁊ prophetauit dicens: Benedictus dominus
deus israel: quia visitauit ⁊ fecit redemptio-
nem plebis sue. ⁊ erexit cornu salutis nobis in
domo dauid pueri sui. Sicut locutus est per
os sanctorum qui a seculo sunt prophetarum
eius. Salutem ex inimicis nostris ⁊ de manu
omnium qui oderunt nos ad faciendam mise-
ricordiam cum patribus nostris ⁊ memorare te
stamenti sui sancti. Jusiurandum quod iura-
uit ad abraam patrem nostrum daturuz se no
bis. Ut sine timore de manu inimicorum no-
strorum liberati seruiamus illi. In sanctitate et
iustitia coram ipso oibꝰ diebꝰ nostris. Et tu pu
er propheta altissimi vocaberis. preibis enim
ante faciem domini parare vias eius. Ad dan
dam scientiam salutis plebi eius in remissio-
ne peccatorum eorum. Per viscera misericor
die dei nostri in quibus visitauit nos oriens ex
alto. Illuminare his qui in tenebris ⁊ vmbra
mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros
in viam pacis. Puer autem crescebat ⁊ con-
fortabatur spiritu: ⁊ erat in desertis vsq̃ in di
em ostensionis sue ad israel. Factum est autem
in diebus: Exijt edictum a cesare Augusto vt
discriberetur vniuersus orbis. hec descriptio
primo facta est a preside syrie cirino. Et ibant
omnes vt profiterentur singuli in suã ciuitate.
Ascendit autem ⁊ Joseph a galilea de ciuitate
nazareth in iudeam ciuitatem Dauid que vo-
catur Bethleem eo qui esset de domo et fami
lia Dauid: vt profiteretur cum Maria des-
ponsata sibi vxore pregnante. Factum est au-
tem cum essent ibi: impleti sunt dies vt pare-
ret ⁊ peperit filium suum primogenitum: et
pannis eum inuoluit: ⁊ reclinauit eum in pre-
sepio: quia non erat ei locus in diuersorio: ⁊ pa
stores erant in regione eadem vigilantes ⁊ cu
stodientes vigilans noctis supra gregem su-
um. Et ecce angelus domini stetit iuxta illos:
⁊ claritas dei circumfulsit illos ⁊ timuerunt ti-
more magno. Et dixit illis ãgelus. Nolite time
re. Ecce enim euangelizo vobis gaudium ma
gnum quod erit omni populo. Quia natus est
nobis hodie saluator: qui est Christus domi-
nus in ciuitate David. Et hoc vobis signum
Inuenietis infantem pannis inuolutum ⁊ po
situm in presepio. Et subito facta est cum ange
lo multitudo militie celestis: laudantium de-
um ⁊ dicentiũ. Gloria in altissimis deo. Et in
terra pax hominibus bone voluntatis. Et fa-
ctum est vt discesserunt ab eis angeli in celum
pastores loquebantur ad inuicem. Transea-
mus vsq̃ Bethleem et videamus hoc ver-
bum quod factum est: qui dominus ostendit
nobis. Et venerunt festinantes: ⁊ inuenerunt
Mariam ⁊ Joseph ⁊ infantem positum in pre
sepio. Uidentes autem cognouerunt de ver-
bo quod dictum erat illis de puero hoc. Et
omnes qui audierunt mirati sunt. Et de hiis
que dicta erant a pastoribus ad ipsos. Maria
autem conseruabat omnia verba hec: confe-

rens in corde suo. Et reuersi sunt glorificātes ⁊
laudātes deū in oībꝰ q̄ audierāt ⁊ viderāt: sicut
dictum est ad illos. Et postq̄ꝫ consumati sunt
dies octo. vt circōciderek puer. vocatuz est no
men eius ihesus qđ vocatum est ab angelo. pri
usq̄ꝫ in vtero conciperet. Et ecce magi ab orien
te venerūt ierosolimā dicentes. Ubi est qui na
tus est rex iudeorum. vidimus enim stellam
eius in orientē. ⁊ venimus adorare eum. audi
ens autē rex herodes turbatus est. ⁊ omnis he
rosolima cum illo. Et congregans omnes pri
cipes sacerdotū ⁊ scribas popli sciscitabak ab
eis vbi xp̄s nasceretur. At illi dixerunt ei. In
bethleem iude. Sic enim scriptum est per pro
phetam. Et tu bethleem terra iuda nequaq̄ꝫ
minima es in principibus iuda: ex te enim ex
iet dux qui regat populum meuz israel. Tunc
herodes clam vocatis magis diligenter didi
cit ab eis t'm pus stelle que apparuit eis. Et
mittētes illos in bethleē dixit. Ite ⁊ iterrogate
diligenter de puero. ⁊ cū inueneritis renūciate
mihi. vt ego veniens adorem eum. Qui cum
audissent regem abiere. Et ecce stella quā vi
derant in orientem aīcedebat eos vsq̄ꝫ dū ve
nies staret supra vbi puer. Uidentes aūt stellā
gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes
domū inuenerunt puerū cū maria matre eius
Et ꝓcidentes adorauerunt eum. Et apertis
thesauris suis obtulerūt ei munera auruz thus
⁊ mirram. Et responso accepto in somnis ne
redirent ad herodem: per aliam viam reuersi
sunt in regionem suam. Qui cum recessissent.
postea q̄ꝫ impleti sunt dies purgatiōis matris
eius: ſm legem moysi tulerunt illuz in ierusalē
vt sisterent cum domino sicut scriptuz est iu le
ge domini, quia omne masculinum adaperi
ens vuluā sanctum domino vocabitur. Et vt
darent hostiam ſm ꝙ dictum est in lege domi
ni: par turturum: aut duos pullos columbarū.
Et ecce homo erat in ierusalem cui nomen sy
meon ⁊ homo iste iustus ⁊ timoratꝰ expectās
consolationem israel. ⁊ spiritussantus erat in
eo. Et responsum acceperat a spiritusancto nō
visurum se mortem nisi prius videret christū
deū. Et venit in spiritu in templuz. Et cū indu
cerent puerū iesum parentes eius. vt facerent
ſm consuetudinem legis pro eo: ⁊ ipse accepit
eum in amplexus suos ⁊ benedixit deum ⁊ di
xit. Nunc dimittis seruum tuum domine ſm
verbum tuū in pace. Quia viderūt oculi mei
salutare tuum. qđ parasti ante faciem omniuz
populorum. Lumen ad reuelationem gentium:
⁊ gloriam plebis tue israel. Et erat pater eius
⁊ mater: mirantes sup his que dicebantur de il
lo. Et benedixit illis symeon. ⁊ dixit ad mariā
matrem eius. Ecce positus est hic in ruinam
⁊ resurectionez multorum in israel. ⁊ signuz cui
contradicetur. Et tuam ipsius animaz pertrā
sibit gladius. vt reuelentur ex multis cordi
bus cogitationes. Et erat anna prophetissa fi
lia phanuel de turbu aser. hic processerat in die
bus multis ⁊ vixerat cum viro suo annus. vij.
a virginitate sua. Et hec vidua erat vsq̄ꝫ ad an
nos. lxxxiiij. que nō discedebat de templo ieiu
nijs ⁊ obsecratiōibus seruiēs nocte ac die. Et
hec ipa hora superueniens confitebatur domi
no ⁊ louqebatur de illo omnibus: qui expecta
bant redemptionez israel. Et ut perfecerūt om
nia ſm legem moysi. Ecce angelus domini ap
paruit in somnis ioseph dicens. Surge ⁊ acci
pe puerum ⁊ matrem eius: ⁊ fuge in egyptum
⁊ esto ibi vsq̄ꝫ dum dicam tibi. Futurum est enī
vt herodes querat puerum ad perdendū eū.
Qui cum surgens accepit puerum ⁊ matrē eius
nocte ⁊ secessit in egyptum. Et erat ibi vsq̄ꝫ ad
obitum herodis. vt impleretur qđ dictuz est a
domino per prophetam dicentem. Ex egypto
vocaui filium meum. Tunc herodes videns.
quoniaz illusus esset a magis iratus est valde.
⁊ mittens occidit omnes pueros qui erant in
bethleem ⁊ omnibus finibus eiꝰ: ab imatu ⁊ in
fra ſm tempus ꝙ exquisierat a magis. tunc ad
impletū ē ꝙ dicū est per ieremiā prophetam di
centez. Uox in rama audita est ploratus ⁊ vlu
latus multus. rachel plorans filios suos. ⁊ vo
luit consolari quia non sunt. Defuncto autem
herode: ecce apparuit angelus domini in som
nis ioseph in egypto dicēs. Surge ⁊ accipe pu
erum ⁊ matrem eius ⁊ vade in terram israel.
Defuncti sunt enim qui querebant animaz pu
eri. Qui surgens accepit puerum ⁊ matrē eius
⁊ venit in terram israel. Audiens autem ꝙ ar
chelaus regnaret in iudea. ꝓ herode patre suo
timuit illuc ire. Et admonitus in somnis seces
sit in partes galilee ⁊ veniens habitauit in ci
uitate que vocatur nazareth. vt adimpleret
ꝙ dictum est per prophetas quoniaz nazareus
vocabitur. Puer autē crescebat ⁊ confortaba
tur plenus sapientia: ⁊ gratia dei erat in illo.
Et ibant parētes eiꝰ per oēs annos in ierusalē
in die solenni pasce. Et cum factus esset anno
rū duodecim ascendentibus illis ierosolimam
secundum cōsuetudinem diei festi consumatis
q̄ꝫ diebus: cum redirent remansit puer ihesus
in ierusalem ⁊ non cognouerunt parentes eius
Existimantes autem illum esse in comitatu
venerūt iter diei ⁊ regrebant eū inter cognitos
⁊ notos. ⁊ nō inuenientes regressi sunt in ierlm

requirentes eum ⁊ factum est post triduum in-
uenerunt illum in tẽplo sedentem in medio do-
ctorum audientẽ illos ⁊ interrogantem. Stu-
pebant autem omnes qui eum audiebant sup
prudentia ⁊ responsis eius. ⁊ videntes admi
rati sunt. Et dixit mater eius ad illum. Fili qui
fecisti nobis sic. Ecce pater tuus ⁊ ego dolen-
tes querebamus te. Et ait ad illos. Quid est ꝙ
me querebatis. Nesciebatis qꝛ in his que pa
tris mei sunt oportet me esse. Et ipi non intel
lexerunt verbũ ꝙ locutus est ad illos. ⁊ descen
dit cũ eis. ⁊ venit nazareth ⁊ erat subditꝰ illis:
⁊ mater eius obseruabat omnia verba hec cõ
ferens in corde suo. Et iesus perficiebat sapia
etate ⁊ gratia apud deũ ⁊ homines. ¶ c. vj.

IAm hinc de predicatione ioannis nar
rari icipit quã omnes. iiij. cõmemorãt
Naz ⁊ matheus post illa verba que vl
tima eius posui vbi cõmemorauit ex propheta
testimonium. quoniam nazareus vocabitur.
sequitur: ⁊ adiungit. In diebus autem illis ve
nit ioannes baptista predicans in deserto iu-
dee ⁊c. Et marcus qui nihil de natiuitate vel
infantia vel pueritia domini narrauit. hinc euã
gelij sumpsit initium. i. a ioannis predicatione
Sic enim exorsus est. Initium euangelij iesu
christi filij dauid sicut scriptum est in isaia pro-
pheta. Ecce mitto angelum meum ante faciem
tuam. qui preparabit viam tuam. Uox claman
tis in deserto parate viam domini. rectas fa-
cite semitas eius. fuit ioãnes in deserto bapti
zans ⁊ predicans baptismum penitentiẽ in re
missionem peccatorum ⁊c. Et lucas post ver-
ba vbi ait: ⁊ iesus perficiebat sapientia ⁊ etate
⁊ gratia apud deum ⁊ homines: de ioannis pre
dicatione iam sequitur dicens. Anno ante quin
todecimo imperij tiberij cesaris procurante põ-
tio pilato iudeam. tetrarcha autem galilee he-
rode. philippo fratre eius tetrarcha iture ⁊ tra-
conitidis regionis: ⁊ lisania ab illine tetrarcha
sub principibus sacerdotuz anna ⁊ caypha. Fa
ctum est verbum domini super ioannem zacha
rie filium in deserto ⁊c. Joannes quoqꝫ aposto
lus in euangelistis. iiij. eminentissimus. postea
q̃ꝫ dixit de verbo dei ꝙ est ipse filius ante oia
secula creatus. qꝛ omnia per ipsum facta sũt.
intulit continuo de ioannis predicatione ac te
stimonio dicens. fuit homo missus a deo cui no
men erat ioannes. Unde iam videndum est de
ipso ioanne. iiij. euangelistarum narrationes:
quemadmodum inter se non discordent. Non
vt hoc a nobis per omnia requiratur aut exiga
tur ꝙ nunc fecimus de primordijs nati ex maria
christi quemadmodũ inter se matheus lucasqꝫ
consentiant: vt ex vtriusqꝫ vnam narrationez
faceremus demonstrantes tardioribus quem-
libet eorum commemorando ꝙ alter tacet: vl'
tacendo ꝙ alter commemorat non impedire i
tellectum veracis narrationis alterius: vt h
exemplo siue vt a me dictum est siue alio modo
commodius fieri possit. Uideat vnusquisqꝫ ⁊ i
ceteris talibus locis fieri posse. ꝙ hic factuz es
se prospexerit. Jam ergo vt dixi videamꝰ. iiij.
euangelistarum de baptista consensu. Mathe
us idqꝫ sequitur. In diebus autem illis. Uenit
ioannes baptista predicans in deserto iudee.
Marcus vbi dixit. In diebus illis. qꝛ nullam
seriem rerum ante premiserat in quarum reꝝ
diebus intelligeretur dicere: si diceret in illis
diebus. Lucas autem per potestates terrenas si
gnantius ipsa tempora expressit predicationis
vel baptismi ioannis dicens. Anno autem qn
todecimo imperij Tiberij Cesaris procuran-
te pontio pilato iudeam: tetrarcha autem gali-
lee herode. philippo autem fratre eius tetrar-
cha in turee ⁊ traconitidis regionis ⁊ lisania ab
illine tetrarcha sub principibus sacerdotũm an
na ⁊ caypha. factum est verbum domini sup io-
annem zacharie filium in deserto. Nec tamen
intelligere debemus hos dies idest hoc tempꝰ
harum potestatum significasse matheum cum
diceret. In diebus illis: sed in multo longioris
temporis spatio voluisse accipi. ꝙ ait in illis
diebus. Mox enim vt narrauit reuersum de
egypto christum mortuo herode quid vtiqꝫ tẽ-
pore infantie vel pueritie eius factum est: vt
possit constare. ꝙ lucas de illo cum. xij. annorũ
esset gestũ narrauit in templo hierusalem. cum
ergo infantem vel puerũ ex egypto reuocatuz
cõmemorasset matheus: continuo intulit. In
diebus autẽ illis venit Joannes baptista non
vtiqꝫ tñmodo pueritie illius dies insinuans:
sed omnes dies ab eius natiuitate vsqꝫ ad tem
pus quo predicare ac baptizare cepit ioannes
quo iam tempore christi etas iuuenilis inuenit
qꝛ coeui erant ipse ⁊ ioannes. i. xxx. ferme anno
rum narratur fuisse cuz ab illo baptizatus eẽt.

¶ Capitulum. vij.

SEd plane de herode solet mouere non
nullos ꝙ lucas narrauit in diebus ba-
ptismi ioannis herodẽ fuisse tetrarchã
galilee. qñ etiam dñs iuuenis baptizatus ẽ. ma
theus aũt mortuo herode dic puerꝝ ihm ab egy
pto remeasse qđ vtrũqꝫ veꝝ esse nõ põt nisi duo
fuisse intelligant herodes. Qđ cũ fieri potuisse
nemo nesciat qua cecitate insaniunt qui prodi-
uiores sunt ad calũniandũ euangelice veritat
q̃ꝫ paululũ cõsideratiores vt duos hoies eodẽ
vocabulo appellatos intelligãt. cuius rei exem
plis plena sunt oia. Nã iste posterior herodes

oris herodis filius fuisse perhibet: sicut archelaus quē matheꝰ in iudee regnū patri mortuo successisse cōmemorat. sicut philippus quē frēz tetrarche herodis ⁊ ipsuz iture tetrarchā lucas isinuat. Rex.n. fuit herodes ille qui querebat aiam pueri xpi. herodes aūt alius filius eius. nō rex: sꝫ tetrarcha dictꝰ est qđ nomē grecū a pte est regni. quartā.n. resonat.

¶ Capitulū. viij.

Nisi forte hinc rursus quispiā moueat. cū matheꝰ dixerit ideo timuisse ioseph cū puero redeunte ire in iudeā: q2 p p̄re suo herode filiꝰ eius archelaꝰ ibi regnabat. quō potuit ire in galileā vbi alius filius eius herodes tetrarcha erat sicut lucas testat. Quasi vero ipsa sint tēpora quibus tunc puero timebat. que nunc lucas cōmemorauit: que vsqꝫ a deo mutata erant: vt in ipsa iudea nō iaꝫ rex esseꝫ archelaus: sed potius pilatus nō rex iudeoꝝ: sed preses erat. cuiꝰ tēporibus agentes sub tiberio cesare filiū maioris herodis nō regnū habebat sed tetrarchiaꝫ. Quod vtiqꝫ nondū factū erat: qn̄ ioseph timēs archelaū in iudea regnantē se in galileā cū puero cōtulit vbi ⁊ ciuitas ei erat nazareth.

¶ Capitulum. ix.

An forte ⁊ hoc mouet. quō dicat matheus ppterea cū puero iesu parentes eius isse in galileā q2 metu archelai in iudeā ire noluerūt: cū ppterea magis isse in galileam videant: q2 ciuitas eoꝝ erat nazareth galilee sicut lucas nō tacuit. Sed intelligendū est vbi ait angelus in somnis in egypto dixit ad ioseph. surge ⁊ accipe pueꝝ ⁊ matrē eius: ⁊ vade in terram israel sic intellectū esse prīo a ioseph: vt putarent iussum se esse pergere in iudeā. Ipsa eniꝫ primitus intelligi potuit terra israel. Porro āt postea ꝙꝫ cōperit illic regnare filiū herodis archelaū. noluit obijcere se illi piculo. cū posset terra israel etiā sic intelligi: vt ⁊ galilea illic deputaretur. q2 ⁊ ipsius populus israel incolebat. Quanqꝫ ⁊ alio modo solui possit hec questio. q2 potuit videri parentibus christi: cū puero: de quo talia per angelica responsa didicerant: non esse habitandū nisi hierusalē vbi erat tēplū domini: ⁊ ppterea redeuntes ex egypto illuc eos ituros fuisse: ⁊ illic habitaturos: nisi archelai p̄sentia terrerentur. Neqꝫ.n. diuinitus iubebātur ibi habitare: vt de archelao ꝙ timebāt deberent contemnere.

¶ Capitulum. x.

An ⁊ hoc aliquis dicit. quō ergo sicut lucas narrat ibant parētes eius per oēs annos pueritie christi in hierusalē: sed archelai timore illuc phibebant accedere. hoc mihi dissoluere nō esset difficile nec si aliqs expressisset euangelistaꝝ: ꝙꝫdiu ibi regnaret Archelaus: fieri.n. poterat: vt per diem festuꝫ in tam ingentē turbā latenter ascēderent mox reuersuri. vbi cū alijs diebus habitare metuerūt vt nec solennitate pretermissa essent in religione: nec continua mansione cōspicui. Cum vero de regno archilai ꝙꝫ fuerit diuturnū oēs tacuerint. iste quoqꝫ intellectus patet: ⁊ ꝙ lucas dicit per omnes annos eos ascendere solitos in hierusalem: tunc accipiatur sanctificatum cum iaꝫ vt timeretur archelaus. Quod si archelai regnū aliquāto diuturnius vlla preter euangelium historia prodit cui fides habenda videat: ⁊ illud qđ superius dixi sufficeret. ꝙ ita timebant parētes pueri habitationē in hierusalem. vt tamen propter dei timorem festiuitatē solennem non pretermitterent in qua latere facilime possent. Neqꝫ enim inconcredibile est captatis temporibus oportunis vel dierum vel horaꝝ accedere hoies ad ea loca in quibus esse formidant.

¶ Capitulum. xj.

Hinc etiam illa soluitur questio si aliquā mouet cuꝫ iaꝫ sollicitus esset ille maior herodes perculsus magorum nuncio q rex iudeorum natus fuisset quomodo potuerit completis diebus purgationis matris eius tuto cum illo ascendere in templum vt fierent circa eum sed in legem domini que lucas commemorat. Quis enim non videat etiam illū vnū diem regem multis occupatum latere potuisse Si autē illud verisimile non videtur ꝙ herodes q2 valde so i citꝰ expectabat quid sibi magi de puero renunciarent. post tam multos dies sensit se illusum vt transacto tempore purgationis matris eius ⁊ parata circa infantem solennitate primogenitorum in templo hierusalem post etiam pro ectionem eorum in egyptum in mentem illi venerit querere animam pueri: ⁊ necare tot pueros. si hoc ergo mouet omitto dicere quot ⁊ quantis occupationibus regia cura distendi potuerit ⁊ per plurimos dies ab intentione vel auerti omnio vel impediri. Neqꝫ enim enumerari possunt cause quibus hoc potuit accedere quas tamen multas ⁊ magnas eē potuisse nemo ita rerum humanarum inexpertus est: vt aut neget aut dubitet. Cuius enim cogitationi non occurrat ꝙꝫ multa terribiliora regi nunciari potuerint seu vera seu falsa: vt ꝙ regi infantē post aliquot annos sibi vel filijs suis aduersatuꝝ timuerāt aliquoꝝ magis propinquantium periculorum terroribus agitatus ab illa cura mente abrepta in alijs proxime cauendis potius occuparet. vt ergo hoc omittam illud dico postea ꝙꝫ nihil herodi magi renunciauerunt eum credere potuisse illos fallaci stelle visione deceptos postea ꝙꝫ non inuenerunt quē natum portauerant erubuisse ad se redire: atqꝫ

ita enim timore depulso ab inquirendo ac per
sequendo puero quieuisse. Cum ergo post pur
gationem matris eius in hierusalem cum illo
venissent: ⁊ ea gesta essent in templo que a lu-
ca narrantur. q2 verba symeõis: ⁊ anne de illo
prophetantium. Cum cepissent ab eis qui au-
dierant predicari ad pristinam intentionez re
uocatura erant animum regis admonitus per
somnium ioseph cum infante ⁊ matre eius fu
git in egyptũ. Deinde vulgatis rebus que in tẽ
plo facte dicteqꝫ fuerant herodes se a magis sẽ
sit illusum ac deinde ad christi mortem cupiens
peruenire multos infantes sicut matheus nar-
rat occidit.

Capitulum. xij.

Matheus vero de ioãne ita contexit. In
diebus autem illis venit ioãnes bapti
sta predicans in deserto iudee: ⁊ dicẽs
penitentiaz agite. appropinquauit enim regnũ
celorum. Hic est enim q dictus est per Isaiam
prophetam dicentem. Vox clamantis in deser
to. parate viam domini rectas facite semitas
eius. Marcus quoqꝫ ⁊ Lucas consentiunt: hoc
Isaie testimonium esse de ioanne. Nam plura
verba etiam consequentia ex eodem prophe-
ta lucas commemorauit cum de baptista ioan-
ne narraret. Joannes autem euangelista ipm
ioannem baptistam de seipso idem testimoni-
um Isaie protulisse commemorat: sicut mathe
us nunc dixit quedam ioannis verba que alij
non dixerunt: predicãs inquit in deserto iudee
⁊ dicens: penitentiam agite: appropinquabit
enim regnum celorum. Hec verba ioanni alij
pretermiserunt. Jam vero ꝙ sequitur matheus
⁊ adiungit. Hic est enim qui dictus est per p-
phetam isaiam dicentem. Vox clamantis in
deserto: parate viam domini: rectas facite se-
mitas eius ambigue positum est. nec elucet vtrũ
ex persona sua matheus idem hoc commemo
rauit: an adhuc verba eiusdez ioannis secutus
adiunxit vt totum hoc ioannes dixisse intelliga
tur: penitentiam agite. appropinquabit enim
regnum celorum. Hic est eni qui dictus est p
Isaiam prophetam ⁊c. Neqꝫ enim hoc moue-
re debet: q2 non ait: ego sum eniz qui dictus sũ
per Isaiaz prophetaz: sed ait. Hic est enim qui
dictus est. Solet quippe talis locutio esse ipso-
rum euangelistarũ mathei ⁊ ioannis. Naz ⁊ ma
theus dixit. Inuenit hoiez sedentẽ in theloneo
nec dixit inuenit me. Et ioãnes inquit: hic est di
scipulus qui testimoniũ perhibet de his: ⁊ scri-
psit hec: ⁊ scimus q2 verũ est testimoniuz eius.
Non dixit ego sum: ait verũ est testimoniũ meũ
Dominus autẽ ipse sepissime dicit filius hois
aut filius dei: ⁊ non dixit ego. Et oportebat ingt
christũ pati ⁊ resurgere tertio die: ⁊ nõ ait: opor
tebat me pati. Potuit ergo ⁊ ioãnes baptista cũ
dixisset: Agite penitẽtiã. appropinquabit. n. re
gnuz celorũ: de seipso adiungere que sequuntur
Hic est. n. qui dictus est per Isaiaz prophetam
⁊c. vt post verba eius ⁊ matheus sic verba ei9
cõtexerat. Ipse autẽ ioannes habebat vestimẽ
tuz de pilis camelorũ ⁊c. Quod si ita est non mi
rum si interrogatus quid diceret de seipso sicut
narrat ioannes euangelista. Ego vox clamanã-
tis in deserto: sicut iam dixerat precipiens vt
ageret penitentiaz. De vestimento eius ⁊ vi-
ctu ita matheus sequit dicens. Ipse autẽ ioan-
nes habebat vestimentũ de pilis camelorũ: ⁊
zona pelitia circa lumbos suos. Esca autẽ eius
erat locusta ⁊ mel siluestre: hoc ⁊ marcus di-
cit pene totidem verbis. ceteri autem duo ta-
cent. Sequit ergo matheus ⁊ dicit. Tunc exie
bat ad eũ hierosolima ⁊ omnis iudea: ⁊ omnis
regio circa iordanem: ⁊ baptizabantur in iorda
ne ab eo confitentes peccata sua. videns autẽ
multos phariseorũ ⁊ saduceorũ venientes ad ba
ptismum suum: dixit eis. Progenies viperarũ
quis demonstrauit vobis fugere a ventura ira
Facite ergo fructũ dignũ penitentie. Et ne ve-
letis dicere inter vos: patrem habemus abraã
dico enim vobis: quoniã põt deus ex lapidib9
istis suscitare filios abrae. Jaz. n. securis ad ra-
dicem arboris posita est. Omnis ergo arbor q
nõ facit fructum bonũ excidet ⁊ in ignẽ mittet
Ego quidem vos baptizo in aqua in pniam. q
autẽ post me venturus est fortior me est. cuius
nõ suz dignus calciamẽta portare. ipse vos ba
ptizabit in spiritu sancto ⁊ igne. Cuius ventila
bruz in manu sua: ⁊ permundabit areaz suaz: ⁊
cõgregabit triticũ suuz in horreũ. paleas autem
cõburet igne inextinguibili. hec omnia dicit ⁊ lu
cas eadem pene verba ioannis exprimens: et
vbi aliquid varium est in verbis. Ab eadẽ ta-
men sentẽtia nõ recedit. velut cũ dicit matheus
ioannẽ dixisse ⁊: ne velitis dicere intra vos pa
trem habem9 abraã. Inde quidẽ ego vos bapti
zo in aqua in pñiaz. ille. s. lucas interponit iter
rogationẽ turbarũ. quid facerẽt: ⁊ eis respondẽ
tem ioannẽ de bonis operibus tanqꝫ de fructi-
bus penitentie. ꝙ matheus õmisit. Deinde in
cordibus suis cogitantibus de illo vtrum ipse
esset christus cum dicit respondisse. Ego quidẽ
aqua baptizo vos. non dixit in penitentiã. De
inde matheus. qui aũt inquit post me ventur9
est q fortior me est. Ille vero venit iquit fortior
me. Item matheus cuius non sum dignus sol
uere corrigiã calciamentorũ eius. Qđ ⁊ marc9
dicit cũ cetera taceat. Nã post cõmemoratũ ha
bitũ ⁊ victũ eius secutus ait. Et predicabat di-

cens: venit fortior me post me. cuius nō sum di
gnus procumbens soluere corrigiam calciamē
torum eius. Ego baptizaui vos aqua: ille vero
baptizabit vos spiritu sancto. De calciamen-
tis ergo hoc a luca distat: ꝙ addidit procūbens
de baptismo autē hoc ab vtroqꝫ qꝛ non dixit ⁊
igne. sed tm̄ in spiritu sancto. Sicut enim ma-
theus ita ⁊ lucas dixit ⁊ eodem ordine. ipse ve-
ro baptizabit in spiritu ⁊ igne. nisi ꝙ lucas non
addidit sancto: sicut Matheus dixit in spiritu
sancto ⁊ igne. his tribus attestatur ioannes euā
gelista cum dicat. Joannes testimon iuz perhi
bet de ipso ⁊ clamat dicens: hic erat quem di
xi: qui post me venit ante me factus est. qꝛ pri-
or me erat. Sic enim ostendit tunc eum hoc
dixisse: quando eum illi dixisse cōmemorant.
Repetisse autem ⁊ commemorasse ꝙ iam dixis
set cum ait. Hic erat quem dixi: qui post me ve
nit. Si ergo queritur que verba potius ioānes
baptista dixerit. vtruz que matheus an que lu-
cas eum dixisse commemorat. an que marcus
in ipsis paucis que eum dixisse posuit: tacēs ce
tera. nullo modo hinc laborandum esse indicat
qui prudenter intelligit ipsas sententias esse ne
cessarias cognoscende veritati quibuslibꝫ ver
bis fuerint explicate. Quod enim alius alium
verborum ordine tenet non est vtiqꝫ contrari
um. Neqꝫ illud contrarium est: si alius dicit qđ
alius pretermittit. Ut enim quisqꝫ memine-
rat: ⁊ vt cuiqꝫ cordi erat: vel breuius vel proli
xius eandem tamen explicare sententiam: ita
eos explicasse manifestū est. Et in hoc satis ap-
paret ꝙ ad rem maxime pertinet: quoniam ve
ritatis euangelij verbo dei: ꝙ supra omnem
creaturam: ⁊ eternum atqꝫ incommutabile.
per creaturam temporalibus signis ⁊ linguis
hominum dispēsata sūmum culmen auctorita-
tis optinuit non nos debere arbitrari mentiri
quēqꝫ si pluribus rem quam audierunt vl' vide
runt reminiscētibus nō eodē modo atqꝫ eisdez
verbis eadē tamen res fuerit explicata vt siue
mutetur ordo verborū siue alia pro alijs que ta
men idem valeant verba pferant. siue aliquid
vl' q recordanti non occurrit vel ꝙ ex illis que
dicuntur possit intelligi minus dicatur siue ali
orum que magis dicere statuit narrādoꝝ gratia
vt cōgruus temporis modus sufficiat aliquid
sibi non totum explicandū sed ex parte tangēdū
quisqꝫ suscipiat siue ad illuminandaz declarā
dāqꝫ sententiam nihil quidē rerū verboruz tm̄
aliquid addat. cui auctoritas narrandi concessa
est: siue rem tenens non assequeretur: quis id
conetur memoriter etiam verba que audiuit ad
integrum enunciare. Quisqꝫ autem dicit euan

gelistis certe per spiritus sancti potentiam
id debuisse concedi: nec in genere verborum:
nec in ordine: nec in numero discreparent: nec
intelligit quanto amplius euangelistaruz excel
lit auctoritas tanto magis per eos fuisse firmā
dam ceterorum hominum verba loquentium
securitatem: vt pluribus hominibus eandez
rem forte narrantibus nullo modo quisqꝫ eoꝝ
de mendacio recte arguatur. si ab altero ita dis-
crepauerit. vt possit etiam euangelistaꝝ exēplo
precedente defendi. Cum enim fas vt sit euan
gelistarum aliquem mentituz fuisse vel existi-
mare vel dicere: sic apparebit nec euz fuisse mē
titū cū recordāti tale aliqd acciderit quale ali-
quis accidisse monstratur. ⁊ quanto magis ad
mores optimos pertinet cauere mendacium: ⁊
tanto magis taz eminente auctoritate regi de
beamus ne putaremus esse mendacia: cum sic
inter se variari aliquorum narrationes inue-
niremus. vt inter euangelistas variate sunt.
Simul etiam quod ad doctrinam fidelem ma
xime pertinet intelligimus non taz verborum
qꝫ rerum querendam vel amplectendam esse
veritatem: quando eos qui non eadem locuti
onē vtuntur cum rebus sententijsqꝫ non discre
pant in eadem veritate constituisse approba-
mus. Quid ergo in his que de narrationibus
euangelistarum collata preposui: putandum
est esse contrarium. An quod alius dixit: cuius
non sum dignus calciamenta portare: alij ve-
ro: corrigiam calciamenti soluere. Non enim
verbis aut verborum ordine: aut aliquo gene-
re locutionis: sed etiam re ipsa videtur aliud
esse calciamenta portare: aliud corrigiam calcia
menti soluere. Merito ergo queri potest quid
ioannes dixerit non se dignum esse vtrum cal-
ciamenta portare: an corrigiam calciamenti
soluere. Si enim alterum horum dixit: ille ve-
rum videtur narrasse: qui hoc potuit narrare
quod dixit. Qui autem aliud ⁊ si non est men-
titus certe vel oblitus: aliud pro alio dixisse pu
tabitur. Omnem autem falsitatem abesse ab
euangelistis decet: non solum ea que mētien-
do promittitur: sed etiam eam que obliuiscen
do. Itaqꝫ ad rem pertinet aliquid aliud intelli
gere ex eo qua dictum est: calciamenta portare
⁊ aliquid aliud ex eo ꝙ dictum est: corrigiam cal
ciamenti soluere: quid aliud accipiendum re-
cte existimaueris nisi Joannem vtrunqꝫ dixis
se siue aliud alio tempore: siue contextim.
Potuit enim sic dicere: cuius non sum dignus
corrigiam calciamenti soluere. nec calciamen
ta portare. vt vnus euangelistarum hinc ali-
ud: alij vero aliud. omnes tamen verum nar-

rauerint. Si autem nihil intēdit ioānes cū de calciamātis dn̄i dicēt nisi excellētia eiꝰ ⁊ hūilitatē suā quodlibꝫ hoꝝ dixerit. siue dissoluēda corrigia calciamentoꝝ siue de portādis calciamētis. eandē tamē sentētiā tenuit quisqꝫ in verbis suis per calciamentoꝝ cōmemoratione eādem significationē humilitatis expressit vnō ab eadē voluntate nō aberrauit. vtilis igitur modus ⁊ memorie maxime ꝯmendandus cū de cōuenientia dicimus euangelistarū non esse mendaciū cū quisqꝫ etiaꝫ dicens aliquid aliud ꝙ etiā ille nō dixit de quo aliquid narrat: voluntatem tamen eius hanc explicat: quā etiā ille qui eius verba ꝯmemorat. Ita eniꝫ salubriter discimus nihil aliud esse querendū quam quid velit ille qui loquitur.

¶ Capitulum. xiij.

Sequitr ergo matheꝰ ⁊ dicit. Tūc venit ihesus a galilea in iordanē ad ioanneꝫ vt baptizaret ab eo. Joannes autē prohibebat eū dicens. Ego ad te debeo baptizari ⁊ tu venis ad me. Respondens autem ihesus dixit ei. Sine modo. Sic eni decet nos implere omnē iustitiam. Tunc dimisit eū. attestātur ⁊ ceteri venisse ihesum ad ioannē: Baptizatū autē tres cōmemorant: sed tacent ꝙ matheus ait dixisse domino ioannē: vel ioāni dominuꝫ respondisse deinde sequitr matheus. Baptizatꝰ autē cōfestim ascendit de aqua. ⁊ aperti sunt ei celi. ⁊ vidit spiritū dei desendentē sicut columbam ⁊ venienteꝫ super se. ⁊ ecce vox de celis dicens. Hic est filius meus dilectus. in quo mihi cōplacui. hoc ⁊ alij duo marcus ⁊ lucas similiter narrant.

¶ Capitulum. xiiij.

Sed de verbis vocis que de celo facta est narrant locutionē: salua tamen sententia. Quod .n. matheus ait dictū hic est filius meus dilectꝰ. ⁊ alij duo dicūt: Tu es filius meus dilectus ad eandē sentētiā explicādam valet sicut supius tractatū est. vox enim celestis vnum hoꝝ dixit: sed euangelista ostendere voluit ad id valere ꝙ dictuꝫ est. hic est filius meus dilectus. vt illis potius qui audiebant indicaret ꝙ ipse esset filius dei. atqꝫ ita dictum referre voluit tu es filius meus dilectꝰ ac si ille diceret. Hic est filius meus dilectus Nō eni xp̄o indicabat ꝙ sciebat: sed audiebāt qui aderāt ꝓpter quos etiā ipsa facta est vox. Jā vero ꝙ aliꝰ dicit in quo mihi cōplacui: aliꝰ in quo ꝯplacui aliꝰ in te ꝯplacui mihi. Si q̄ris qd hoꝝ in illa voce sonuerit q̇dlibet accipe dūmodo intelligas eos qui nō eandē locutionem retulerit eandem retulisse sn̄iam. Que diuersitas locutionuꝫ ad hoc etiam vtilis est: ne vno modo dictum minus intelligatur: ⁊ alter q̄ꝫ se res habet interpretetur. Quod enim dictuꝫ est in quo mihi cōplacui. si velit quis ita itelligere vt deus in filio sibi placuisse videatur. āmouetur ex eo ꝙ dictum est in te cōplacui. Si rursus ex hoc vno intelligat quisqꝫ in filio p̄rem cōplacuisse hominibus āmouet ex eo ꝙ dictuꝫ est in te cōplacui mihi. Ex quo satis apparet quilibet euāgelistaꝝ celestis vocis etiā verba tenuerit. alios ad eandē sententiā familiarius explicandam verba variasse: vt intelligatur hoc dictuꝫ esse ab omnibus tanq̄ꝫ diceretur in te placituꝫ meum ꝯstitui hoc est per te gerere qd̄ mihi placet. Illud vero ꝙ nonnulli codices habēt secūdum lucam. hoc illa voce sonuisse ꝙ in psalmo scriptum est: filius meus es tu: ego hodie genui te. q̄ꝫq̄ꝫ in antiquioribus codicibus grecis non inueniri perhibeatur: tamē si aliquibus fidedignis exemplaribus cōfirmari possit: quid aliud q̄ꝫ vtrumqꝫ intelligendum est quolibet verborum ordine de celo sonuisse. Cap. xv.

Quod autem s̄m ioannem de columba dicitur non quando factuꝫ est narratur sed verba ioannis baptiste referuntur: cōmemorantis quid viderit. In quo queritur: quemadmodum dictum sit. Et ego nō nouerā eum: sed qui misit me baptizare in aqua ille mihi dixit. Super queꝫ videris spiritum descēdētem ⁊ manentem super eum: hic est qui baptizat in spiritu sancto. Si enim tunc eum cognouit cum columbā vidit descendentem super eū querendum est quomodo dixerit: venienti vt baptizaretur. Ego magis a te debeo baptizari hoc enim ei dixit: anteq̄ꝫ columba descenderet Ex quo apparet q̄ꝫuis eum iam nosset. nā etiā in vtero matris exultauit euꝫ: ad elisabeth maria venisset: aliquid tamen in eo ꝙ nōdum nouerat columbe descēsione didicisse. ꝙ ipe scilꝫ baptizaret in spiritu sancto: propria quadam ⁊ diuina potestate: vt nullus homo qui accepisset a deo baptismū etiam si aliquē baptizaret posset dicere suum esse ꝙ traderet. vel a se dari spiritum sanctum. ¶ Cap. xvi.

Sequitur matheus ⁊ dicit. Tunc ihesus ductus est in desertum a spiritu: vt temptaretur a dyabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus ⁊ quadraginta noctibus: postea esuriuit. Et accidens temptator dixit ei Si filius dei es dic vt lapides isti panes fiant Quod respondes dixit. Scriptum est non in solo pane viuet homo: sed in omni verbo qd̄ procedit de ore dei ⁊c̄. vsqꝫ ad id ꝙ dictum est. Tunc reliquit eum dyabolus: ⁊ ecce angeli accesserunt ⁊ ministrabant ei. Totum hoc similiter lucas narrat. ⁊ si nō eodē ordine. Unde in

certum est qd prius factū sit. Utrū regna terre
prius demōstrata sint ei ⁊ postea in pīniā tēpli
leuatus sit. an hoc pˀus ⁊ illud postea. Nihil tñ
ad rem duz omnia facta esse manifestum sit. et
ꝙ alijs verbis easdez sñias lucas explicat non
semp comendādū est ꝗꝫ nihil depereat vitati.
Marcus aūt adtestaṫ qdem eū in deserto a di
abolo esse tēptatū. xl. diebus ⁊ noctibus sed ta
cet qd ei dictū sit: qd ve responderit. Item ꝙ
lucas pretermisit: iste nō tacuit: ꝙ angeli mini
strabant illi. Joannes vero totū istuz locutum
pretermisit ¶ Cap. xvij.

Sequitur narrās matheus. Cū autē vi
disset ꝙ ioanues traditus esset. secessit
in galileā. hoc ⁊ marcus dicit. hoc ⁊ lu-
cas de ioanne tradito nihil hoc loco dicit. Joā
nes aūt euangelista prius ꝗꝫ iret ihesus in gali
leam. dicit petrū ⁊ andreā mansisse cū illo vno
die ⁊ tūc petro nomē impositū cū antea symon
vocareṫ. Sequēti itē die iam volentē exire in
galileaz iuenisse philippū. ⁊ ei dixisse vt seque
retur eum. Inde ventū est: vt etiā de nathana
el narraret. Die aū tertio in galilea cōstitutū
fecisse illud in chana de aque in vinū in cōuer
sione miraculū. Que omnia ceteri euangeliste
p̄termiserunt. id illud cōtexētes narratiōibus
suis. ꝙ ihesus reuersus sit i galileā. vnde intel
ligitur fuisse interpositos aliquot dies quibus
illa discipulis gesta sunt que interponūtur a io
anne. Non est autē cōtrariū ei loco vbi mathe
us nar rat dominū dixisse petro. Tu es petrus
⁊ sup hanc petram edificabo ecclesiam meam
Neqꝫ enim hoc nomē tūc accepisse intelligen
tibˀ est sed tūc potiˀ: qñ ei ioannes dictū esse cō
memorat tu vocaberis cephas: ꝙ interp̄tatur
petrˀ. aut eū h̄ noīe appallaret pˀea dñs dicēs
tu es petrˀ. nō. n. ait tu vocaberis petrˀ ꝙ ei iā di
ctū erat ātea tu voca beris. Deinde cōtexit nar
rationē matheˀ ⁊ dicē ⁊ relicta ciuitate nazareth
venit ⁊ habitauit in capharnaū maritimā i fini
bus zabulon ⁊ neptalim ⁊c̄. quousqꝫ sermo ter
mineṫ quē habuit in monte. In quo cōtextu nar
rationis attestatur ei marcus de discipulorū
vocatiōe petri ⁊ andree. ⁊ paulo post iacobi ⁊
ioannis. Sed cū matheus cōtinuo cōiūgeret
narrationē prolixi illius sermonis quē in mōte
habuit. postea ꝗꝫ multos curauit ⁊ cum multe
turbe secute sunt. marcus iterposuit alia q⁊ do
cebat eos in synagoga ⁊ stupebāt sup doctrina
eiˀ. Tunc ipse dixit q̄ ⁊ matheus post illū p̄lixū
sermonē q⁊ erat docēs eos q̄si potestatē habēs
⁊ nō sicut scribe. Narrauit etiā de hoīe a quo ex
pulsus est. immūdus spiritˀ. deinde de socru
petri. In his aūt lucas ei ꝯsentit. Matheus vo
de isto demonio nihil narrauit: de socru aūt pe
tri nō tacuit: sꝫ postea. In hoc aūt loco quē nūc
cōsideramˀ: idē matheus post vocationē disci
puloꝝ quibˀ piscantibˀ iussit vt eū sequereṫ. na
zarath euz circuisse galileā docētē in synagogis
⁊ p̄dicantem euangeliū: ⁊ sanantē omnē lāguo
rem. ⁊ collectis ad illū turbis ascendisse in mō
tem ⁊ visum fuisse illo sermōe p̄lixo. Dat ergo
locū intelligendi tunc facta esse. que marcus
post electionē eorūdem discipuloꝝ narrat cum
circuiret galileā ⁊ doceret in synagogis eoꝝ. tūc
etiā de socru petri. sed eū postea cōmemorasse
ꝙ p̄termiserat. Quis nō oīa p̄termissa in narra
tionē reuocauerit. Sane pōt mouere qñ ioā-
nes dicat. nō in galilea: sꝫ iuxta iordonē primo
andreā secutū esse dñm cū alio cuius nomē ta-
cetur. Deinde petrum eb alio nomē accepisse
tertio philippū vocātē vt eū sequereṫ. Ceteri
aūt tres euāgeliste de piscatiōe vocatos eos di
cunt satis inter se cōueniēter maxime matheus
⁊ marcus. Nam lucas Andreā nō nominat q
tantū intelligiṫ in ea naui fuisse ẜm mathei ⁊
marci narrationē q hoc breuiter p̄stringūt quē
admodū gestū sit. Quod lucas aptius explica
uit cōmemorans ibi ⁊ miraculum sup capturā
pisciū. ⁊ ꝙ ex ipsa naui dñs prius fuerit locutˀ
ad turbas. Hoc enī videt distare. ꝙ tm̄ petro a
dño dictuz cōmemorat ex hoc iam hoīes eris
capiēs. ſ. matheus ⁊ marcus qđ illi ambobus
fratribˀ dictū esse narrarūt. Sed potuit vtiqꝫ
priˀ h̄ petro dici cū de capta ingenti multitudīe
pisciū mirareṫ ꝙ lucas insinuauit. ⁊ ambobus
postea ꝙ illi duo cōmemorauerūt. illđ ergo qđ
de ioanne diximus diligenter cōsiderandū est.
Non enī parua repugnantia putari potest: cū ⁊
locorū plurimū intersit. ⁊ temporis ⁊ ipsiˀ vo-
cationis. Nam si iuxta iordanē anteqꝫ ih̄s isset
in galileam ad testimoniū ioannis baptiste se-
cuti sunt eum duo quoꝝ erat vnus andreas q
fratrē suum symonē cōtinuo adduxit ad ihesū
qñ ⁊ nomē vt petrus vocareṫ accepit qñ ab
alijs euangelistis diciṫ ꝙ eos in galilea piscātes
inuenerit atqꝫ ad discipulatum vocauerit. nisi
quia intelligendum est. nō sic eos vidisse tunc
dominum iuxta iordanem. vt ei iam insepe-
rabiliter cohererent. sed tm̄ cognouisse quis es
set cūqꝫ miratos ad propria remeasse. Nam ⁊
in chana galilee cum fecisset de aqua vinum
dicit idem ioannes ꝙ crediderunt in eum di-
scipuli eius. Quod ita narrat. Et die tertio nu
ptie facta sūt in chana galilee ⁊ erat mater ihe
su ibi. Vocatus est autem ih̄s ⁊ discipuli eius ad
nuptias. Qui vtiqꝫ si tunc in eum crediderunt
sicut paulo post dicit nondum erant discipuli
cum ad nuptias vocati sunt. Sed illo more lo
cutionis hoc dictum est quo loquimur cū dici-

apostolum paulum in tarso cilicie natū. Neqꝫ
enim tunc iam erat apostolus. Ita discipulos
christi inuitatos ad nuptias cū audimus nō iaz
discipulos: sed qui futuri erant discipuli intelli
gere debemus. Jam enim vtiqꝫ discipuli cri-
sti erant quando ista narrata atqꝫ cōscripta sūt
Et ideo sic de illis locutus est temporum pre-
teritorum narratione. Quod autem dicit idē
ioannes post hoc descendit capharnaum ip̄se
⁊ mater eius ⁊ fratres eius. ⁊ discipuli eius ⁊
ibi manserunt nō multis diebus. Incertum est
vtrum iam illi adheserant etiam petrus ⁊ An
dreas: ⁊ filij zebedei. Mathe⁹ eniz primo nar
rat ꝙ venerit ⁊ habitauerit in capharnaū. ⁊ po
stea ꝙ eos de nauibus piscantes vocauerit. iste
autem ꝙ cum illo capharnaum venerint disci
puli eius. An forte mathe⁹ ꝙ pretermiserat re
capitulauit. quia nō ait ipse. Post hoc ābulās
iuxta mare galilee vidit duos fratres. sed sine
vlla cōsequentis temporis differentia. ambu
lās autē inquit: Juxta mare galilee vidit duos
fratres ⁊c̄. Proinde fieri potest vt postea nar
rauerit nō ꝙ postea factum erat: sed ꝙ prius p̄
termiserat: vt cū illo intelligantur venisse ca-
pharnaum. quo ioannes dicit ⁊ ipsum ⁊ matrē
⁊ discipulos eius venisse. An potius alij disci-
puli fuere: sicut eum iam philippus sequebat̄
quem sic vocauerat vt diceret ei: sequere me
Quo eniz ordine vocati sunt oēs duodeci apo
stoli in euangelistarum narrationibus nō appa
ret. quando quidē non tm̄ ordo vocationis: sed
nec ipsa vocatio cōmenorata est om[...]: sed tm̄
philippi. ⁊ petri. ⁊ andree. ⁊ filiorum zebede.
⁊ mathei publicani qui etiam leui vocabatur.
Singilati tm̄ ab eo nomē ⁊ primus ⁊ solus pe-
trus accepit. Nam filios zebedei non singilati.
sꝫ simul ambos appellauit filios tonitrui. Sa
ne animaduertendū est. ꝙ scriptura euangelica
⁊ apostolica nō solum illos duodecim appellat
disipulos eius: sed omnes qui in eum creden-
tes magisterio eius ad regnum celorum erudie
bantur. Ex quoꝝ multitudine elegit duodecim
quos ⁊ apostolos nominauit. sicut lucas cōme
morat. Ipse quippe paulo post ait. Et desce n-
dens cum illis stetit in loco campestri ⁊ turba
discspulorum eius. ⁊ multitudo copiosa plebis
Non vtiqꝫ diceret turbā discipuloꝝ homines
duodecim. alijs quoqꝫ scripturarum locis hoc
euidēter apparet discipulos eius omnes appel
latos qui ab eo discerent ꝙ ⁊ ad eternā vitam
pertinerēt. Queri autem potest: quomodo bi-
nos vocauerit de nauiculis pescatores. primo
petrum ⁊ andream deinde progressus paululū
alios duos filios zebedei. sicut narrant mathe
us ⁊ marcus. cum lucas dicat ambas eorū na-
uiculas impletas magna illa captura piscium
sociosqꝫ petri cōmemoret iacobum ⁊ ioannem
filios zebedei vocatos ad adiuuandun. cum
retia extrahere plena non possent simulqꝫ mi-
ratos tantam multitudinem pisciuz que capta
erant. ⁊ cum petro tm̄ dixisset. noli timere ex h̄
iam ho mines eris capiens. simul eum tamen
subductis ad terram nauibus secutos fuisse vn̄
intelligendum est hoc primo esse factum: ꝙ lu
cas insinuat. nec tunc eos a domino vocatos
sed tm̄ petro fuisse predictū ꝙ homines essent
capturus. ꝙ non ita dictum est quasi iaz pisces
numqꝫ esset capturus. Nam ⁊ post resurrectio
nem dn̄i legim⁹ eos esse piscatos. dictū est ergo
quia deinceps capturus esset homines: nō di-
ctuz est ꝙ iam non esset capturus pisces. vnde
datur locus ītelligere eos ad capturam pisciuz
ex more remeasse vt postea fieret ꝙ matheus
⁊ marcus narrant quando eos binos vocauit
⁊ ipse iussit vt eum sequerentur primo duob⁹
petro ⁊ andree. deinde alijs duob⁹ filijs zebe
dei. Tunc enim non subductis ad terram na-
uibus tanqꝫ cura redeūdi: sed ita eū secuti sunt
tanqꝫ vocantem ac iubentem vt sequerentur

Capitulum xviij.

Illud etiam requirēdum est. quomodo
ioannes euangelista anteqꝫ ioānes ba
ptista missus esset in carcerem dicit ihe
sum isse in galileam. Postea eni qꝫ ꝯmemora
uit ꝙ in chana galilee fecit de aqua vinum. ⁊ de
scendit capharnaum cum matre ⁊ discipulis:
⁊ ibi manserunt non multis diebus. Dicit euz
deinde ascendisse ierosolimam propter pasca.
post hoc venisse in iudeam terram ⁊ discipulos
eius. ⁊ illic demoratum cum eis ⁊ baptizantez
vbi secutus ait. Erat autem ⁊ ioannes bapti-
zans in enō iuxta salim. quia aque multe erant
illic ⁊ adueniebant ⁊ baptizabantur. Nondū
enim erat missus in carcerem ioannes. Ma-
theus autem dicit. Cum autem dixisset ꝙ io-
annes traditus esset. secessit in galileam. Si-
militer ⁊ marcus postea anteqꝫ traditus est in
quit ioānes: venit ihesus in galileā. lucas etiā
qdē nihil dicit de tradito ioāne: sꝫ tm̄ ⁊ ip̄e post
baptismum ⁊ temptationē xp̄i dicit eū isse in ga
lileā sicut illi duo. Nā ita ꝯtexit narrationē suā
Et cōsumata omni tēptatione diabolus seces-
sit ab illo vsqꝫ ad tempus. Et regressus est ie-
sus in virtutē sp̄s in galileā: ⁊ fama exijt p̄ vni
uersaz regionē de illo. Unde intelligit hos tres
euangelistas nō ioanni euangeliste ꝯtraria nar
rasse sed pretermisisse primū domini aduentuz
in galileaz postea qꝫ baptizatus est quando illic
aquā conuertit in vinuz. Tunc enim nondum
erat traditus ioannes. Eum vero aduentū ei⁹

in galileã conteruisse narratinoibus suis q post
ioannẽ traditũ factus esset de quo eius reditu
in galileã etiã ipse ioannes euãgelista sic loquit
Ut ergo cognouit ihs: q audierunt pharisei:
q iesus plures discipulos facit ⁊ baptizat q̄ꝫ io
iannes: q̄ꝫq̄ꝫ iesus non baptizaret: sed discipuli
eius. reliquit iudeã ⁊ abijt iterũ in galileã. Tũc
ergo intelligimus iam fuisse traditũ ioannẽ: iu-
deos vero audisse ꝙ ples discipulos faceret ⁊
baptizaret q̄ꝫ fecerat ⁊ baptizauerat ioãnes .

Capitulum. xix.

Iam nunc de illo sermone prolixo: queꝫ
ꝫm matheũ in montẽ habuit domin⁹
videam⁹ vtrũ ei ceteri euãgeliste nihil
aduersarij videant. Marcus quippe nõ euꝫ cõ
memorauit omnino: nec aliqd ei⁹ simile dixit
nisi quasdam sententias: non contextim: sed
sparsim: quas dominus locis alijs repetiuit.
Reliquit tamen locuꝫ in textu narrationis sue
vbi intelligamus hunc ibi dictum esse sermo-
nem: sed ab eo pretermissum. Et erat inquit
predicans in synagogis eoꝝ ⁊ omni galilea: ⁊ de
monia eijciens. In hac predicatione quam di
cit eum habuisse in omni galilea. Intelligitur
etiam sermo iste habitus in monte: cuius com
memorationem facit matheus. Nanq idem
marcus ita sequitur. et venit ad eum leprosus
deprecans eũ. ⁊ genu flexo dixit. Si vis potes
me mundare ⁊c̄. De hoc leproso mundato ta-
lia connectit. vt ipse intelligatur quem mathe
us commemorat tunc esse mundatum quan-
do post illum sermonem dominus de monte
descendit. sic enim ait matheus. Cũ auteꝫ de
scendisset de monte secute sunt eum turbe mul
te: ⁊ ecce leprosus veniens adorabat eum di-
cens. Domine si vis potes me mũdare ⁊c̄. Hu
ius leprosi etiam lucas meminit non sane hoc
ordine: sed vt solent pretermissa recordari: vel
posterius facta preoccupari: sicut diuinitus sug
gebantur: que antea cognita postea recordando
conscriberent. Uerumtamen inde lucas sermo
nem etiam ipse ipsius domini prolixum narra
uit. Ubi etiam sic exorsus est: vt in isto mathe⁹
hic enim dixit: beati pauperes spiritu: quoniaꝫ
ipsorum est regnum celorum: ⁊ ille: beati pau
peres: quia vestrum est regnum dei. Deinde
multa que sequuntur etiam in luce narratione
similia sunt. Et ad extremum sermonis ipsa
conclusio prorsus eadem reperitur de homine
prudente. qui edificat domum suam supra pe-
tram. ⁊ de stulto qui edificat supra arenam: ni
si ꝙ ibi flumen tantum dicit illisum domui: non
⁊ pluuiam ⁊ ventos sicut matheus. Posset er
go facile credi eundem etiaꝫ ipse domini inter
posuisse sermonem. aliquas an̄ pretermisisse
sententias quas matheus posuit. Item alias
posuisse quas iste non dixit quasdã ẽt nõ hisdẽ
verbis: Custodita tamẽ veritatis integritate
similiter explicasse. posset hoc sic dixi facilime
credi nihil moueret ꝙ matheus in monte dicit
hunc habitum esse sermonem a domino sedẽ-
te. lucas autem in loco campestri a domino stã
te hec itaqꝫ diuersitas facit videri alium fuisse
illum. alium istum. Quod enim prohiberet cri
stum alibi quedam repetere que iam dixerat:
aut iterum quedam facere que ante iam fece-
rat. Non sane istos duos sermones: quorum
vnum matheus alterum lucas inseruit. longa
temporis distantia seperari hinc probabiliter
creditur ꝙ ⁊ ante ⁊ postea quedaꝫ similia: vel
eadeꝫ ambo narrarunt vt non absurde sentiã
tur eorum narrationes hec interponentium in
eisdem locis ⁊ diebus esse versatas. nam ma-
theus hec ita dicit. Et secute sunt eũ turbe mul
te de galilea ⁊ decapoli. ⁊ ierosolimis ⁊ iudea
⁊ de trans iordane. Uidẽs autem turbas ascẽ
dit in montem. Et cum sedisset accesserũt ad
eum discipuli eius. Et apperiens os suum: do
cebat eos dicens. beati pauperes spiritu quo-
niam ipsorum ẽ regnum celoruꝫ ⁊c̄. Hic potest
videri multas turbas vitare voluisse. ⁊ ob hoc
ascendisse in mõtẽ tanq̄ꝫ secedendo a turbis vt
solis discipulis suis loqueretur. Cui rei vide-
tur attestari etiam lucas ita narrans. factum
est in illis diebus exijt in montem orare. ⁊ erat
pernoctans in oratione dei. Et cum dies fact⁹
esset vocauit discipulos suos ⁊ elegit duodeciꝫ
ex ipsis quos ⁊ apostolos nominauit. Symo-
nem quem cognominauit petrum. ⁊ Andreaꝫ
fratrem eius. Jecobum ⁊ Joãnem. Philippũ
⁊ bartolameum: matheum ⁊ thomam. Jaco-
bum alphei. ⁊ symonem qui vocatur zelotres
iudam iacobi. ⁊ iudam scarioth qui fuit prodi-
tor. Et descendens cum illis stetit in loco cam
pestri. ⁊ discipuloꝝ turba eius multitudo copi
osa plebis ab omni iudea ⁊ ierusalem ⁊ mariti-
ma. ⁊ tiri ⁊ sidonis q venerant vt audirent eũ.
⁊ sanarentur a lãguoribus suis. Et qui vexabã
tur a spiritibus immundis curabantur. Et om
nis turba querebat eum tangere quia virtus
de illo exiebat ⁊ sanabat omnes. Et ipse ele-
uatis oculis in discipulos suos dicebat. beati
pauperes quia vestrũ est regnũ dei ⁊c̄. Hic po
test intelligi cũ in mõte duodeci discipulos ele
git ⁊ pluribus quos apostolos nominauit: qđ
matheus pretermisit tũc illũ habuisse sermonẽ
quem matheus interposuit: lucas tacuit: hoc ẽ
in mõte. Ac deinde cũ descẽdisset in loco cãpe-
stri habuisse alterũ similẽ. de quo mathe⁹ tacet:
lucas nõ tacet. ⁊ vtrũq̄ꝫ sermonẽ eodẽ modo eẽ

cōclusum. Qđ aũt matheꝰ isto sermone termi
nato sequit̃ ⁊ dicit: ⁊ factũ est cũ cōsummasset ihe
sus verba hec admirabant̃ sup doctrina eius:
pōt videri discipuloꝝ turbas dixisse ex qbus il
los. xij. eligerat. Quod vō mox ait. Cũ aũt des-
cēdisset de mōte secute sunt eũ turbe multe. Et
ecce leprosus veniēs adorabat eũ: pōt intelligi
post vtrũqꝫ sermonē factũ fuisse nō solũ quē ma
theꝰ verũ etiã quē lucas interponit. Neqꝫ enĩ
apparet post descēsionē de monte quãtũ tempo
ris fuerit interpositũ: sed hoc solũ voluit signi-
ficare matheꝰ post illã descēsiōe multas turbas
fuisse cũ dño qñ leprosum mũdauit: nō quãtum
tēporis interfuerit. Presertim cũ eundē lepro-
sum lucas iã in ciuitate posito dño dicat eē mũ
datũ: quod matheus dicere nō curauit. Quãqꝫ
etiã illud possꝫ occurrere ĩ aliqua excelsiore pte
montis. Primo cum solis discipulis dñm fuis
se quãdo ex eis illos xij. elegit: Deinde cuꝫ eis
descēdisse de mōte: sed de ipsa montis celsitu-
dine in cãpestrē locũ. i. in aliquã equalitate q̃ in
latere mōtis erat: ⁊ multas turbas capere po-
terat: atqꝫ ibi stetisse donec ad eũ turbe congre
garent̃: ac postea cũ sedisset accessisse ꝓpinquiꝰ
discipulos eiꝰ: atqꝫ ita illis ceterisqꝫ turbis pñ
tibus vnũ habuisse sermonē quē matheus lu-
casqꝫ narrant diuerso narrãdi modo: sed eadē
veritate rerũ ⁊ sentētiarum quas ambo dixerũt
Jam enĩ premonuimꝰ ꝙ ⁊ nullo premonēte vni
cuiqꝫ spōte videndũ fuit: si qs pretermittat ali-
quid qđ aliꝰ dicat nō esse ꝯtrariũ. nec si aliꝰ alio
modo aliud dicat: dũ eadē rerum sentētiarũqꝫ
veritas explicet̃: ut qđ matheus ait: cũ aũt des
cendisset de mōte simul etiã de illo cãpestri lo-
co qui in latere mōtis esse potuit intelligat̃: de-
inde matheus de leproso mundato narrat: ꝙ
etiã marcꝰ ⁊ lucas similiter. Capit. xx.

Post hoc matheus seqtur ⁊ dicit. Cũ aũt
introisset capharnaũ accessit ad illũ cē-
turio: rogãs eũ ⁊ dicens: Dñe puer meꝰ
iacet in domo paraliticꝰ ⁊ male torqtur ⁊c̃. vsqꝫ
ad eũ locũ vbi ait. Et sanatus ē puer ex illa ho
ra. hoc de puero cēturionis etiã lucas comme-
morat: sed post finem illius prolixioris sermonis
ꝙ ita ꝯiũgit. Cũ aũt implesset omnia verba sua
in auribꝰ plebis intrauit caphernaũ. Centurio
nis aũt cuiusdã seruus male habēs erat mori-
turus: q illi erat p̃ciosus ⁊c̃. vsqꝫ in eũ locũ quo
sanatus ē. Hic intelligendũ est cũ implesset q̃-
dem oia vba sua in aures plebis intrasse xp̃m
capharnaũ: hꝫ est q̃ non anteq̃ꝫ verba terminas
set intrauerit: sed nō esse exp̃ssum post quantuꝫ
tēporis internallũ: cũ istos sermones terminas
set intrauit capharnaũ. Ipse qppe internallo le
prosus ille mũdatus est quē loco suo matheꝰ in
terponit: iste aũt postea recordat̃. Jam ḡ vide-
amꝰ vtrũ sibi de hoc seruo cēturionis matheꝰ
lucasqꝫ consentiant. Matheus enim dicit: Ac
cessit ad eum centurio: rogãs eum ⁊ dicēs: Pu-
er meus iacet in domo paraliticus. Cui videt̃
repugnare ꝙ ait lucas: Et cum audisset de ihe-
su misit ad eum seniores iudeoꝝ rogans euꝫ: vt
veniret ⁊ saluaret seruũ eius. At illi conuenis-
sent ad ihesum rogabãt eum solicite dicentes ei
Quia dignꝰ ē: ut hoc illi prestes. Dilexit enĩ gē
tem nostrã ⁊ synagogam ipse edificauit nobis.
Jhesus aũt ibat cum illis. Et cum iam non lõn
ge esset a domo misit ad eum centurio amicos
dicens. Domine noli vexari. Nō enim dignꝰ
sum: ut sub tectum meum intres. Propter ꝙ
⁊ meip̃m non sum dignum arbitratus vt veni
rem ad te. Sed dic vbo: ⁊ sanabitur puer meꝰ.
Si enĩ hꝫ ita gestum ē: quomodo erat verum ꝙ
matheus narrat. Accessit ad eum quidã centu-
rio: cũ ipse non accesserit: sed amicos miserit: ⁊
nisi diligēter aduertētes intelligamus matheũ
nō omnimodo deseruisse vsitatũ morē loquen
di. Nō solũ enĩ dicere solemꝰ accessisse aliquem
etiã anteq̃ꝫ perueniat illuc quo dicit̃ accessisse
vnde ⁊ dicimus parũ accessit vel multũ accessit
eo quo appetit ꝑuenire: verum etiam ipsam ꝑ-
uentionem cuius adipiscendi causa acceditur:
dicimus plerunqꝫ factam: ⁊ si eum ad quem ꝑ-
uenit non videat ille qui peruenit cum per ami
cum peruenit ad aliquem cuius ei fauor est ne
cessarius. Quod ita tenuit cōsuetudo ut iam eti-
am vulgo peruentores appellentur: qui poten
tium quorumlibet tanq̃ꝫ inaccessibiles animos
per conuenientium personarum interpositio-
nem ambitionis arte pertingunt. Si ergo ipsa
peruentio vsitate dicitur per alios fieri quanto
magis accessus per alios fieri pōt qui plerunqꝫ
infra peruentionem remanet quando potuerit
quisqꝫ plurimũ quidem accedere: sed tamen ut
potuerit peruenire. Nō ergo absurde matheꝰ
etiam ꝙ vulgo possit intelligi per alios facto
concessu centurionis ad dominuꝫ compendio
dicere voluit: accessit ad eum centurio: Uerum
tamen nō negligenter intuenda est: etiam san-
cti euangeliste altitudo mistice locutionis: ſm
quã scriptum ē in psalmo. Accedite ad eum et
illuminamini. Proinde quia fidem centurio-
nis qua vere accedit̃ ad ihesum ipse laudauit
vt diceret: Non inueni tantaꝫ fidem in israel:
ipsum potius accessisse ad cristum dicere volu
it prudens euangelista: q̃ꝫ illos per quos verba
sua miserat. Porro autem lucas ideo totũ quē
admoduꝫ gestum esset aperuit: vt ex hoc intel
ligere cogeremus quēadmodum euꝫ accessisse
dixerit aliꝰ qui mentiri nō potuit. Sic enĩ ⁊ illa

mulier que fluxum sanguinis patiebatur: ꝗuis fimbriam vestimenti eius tenuerit magis tamen tetigit dominum: ꝗ̄ ille turbe a quibus p̄mebatur. Ut enim hoc quo magis credidit eo magis tetigit dominū. Ita ⁊ centurio quo magis credidit eo magis accessit ad dominuꝫ. Iā cetera in hoc capitulo que alter dicit ⁊ alter p̄termittit superfluo pertractantur cum ex illa regula primitus cōmendata nihil inuenitur habere contrarium.

❡ Caplm. xxi.

Sequitur matheus ⁊ dicit. Et cū venisset iesus in domum petri: vidit socruꝫ eius iacentē ⁊ febricitantē: ⁊ tetigit manum eius: ⁊ dimisit eam febris: ⁊ surrexit ⁊ ministrabat eis. hoc quando factum sit idest post quid vel ante quid non expressit matheus. Nō enim post quod narratᷓ: post hoc ēt factū necesse est intelligatur. Nimirum tamen iste hoc recoluisse intelligitur ꝙ prius omiserat. Nam id marcus narrat anteꝗ̄ illud de leproso mundato cōmemoraret. ꝙ post sermonē in monte habitum. de quo ipse tacuit videtur interposuisse. Itaꝫ ⁊ Lucas post hoc factum narrat de socru petri: post ꝙ ⁊ marcus ante sermonem: etiā ipse quem prolixum interposuit: qui post idem videri quem dicit habitum in monte matheus. Quod autem interest quis quo loco ponat: siue ꝙ ex ordine insserit: siue ꝙ omissum recolit: siue ꝙ postea factum ante preoccupat dum tamē non aduersentur eadem vel alia narranti: nec sibi: nec alteri. Quia enim nullius in potestate est ꝗuis optime fideliterꝗꝫ res cognitas quoꝗꝫ ordine recordetur. quid enim prius posteriusue homini veniat in mentem non est vt volumus: sed vt datur. satis probabile est ꝙ vnusquisꝗꝫ euangelistarum eo se ordine credidit debuisset narrare quo voluisset deus de ea ipsa que narrabat eius recordationi suggerere. In eis dūtexat rebus: quaruꝫ ordo siue ille sit nihil minuit auctoritati veritatiꝗꝫ euangelice. Cur autē spiritus sanctus diuidens propria vnicuiꝗꝫ prout vult: ⁊ ideo mentes quoꝗꝫ sanctorum propter libros in tanto auctoritatis culmine collocatos in recollendo que scriberentᷓ sine dubio gubernans ⁊ regens alium sic alium vero narrationē suā ordinare permisit quisꝗs pia diligentia quesiuerit diuinitus ad intus poterit inuenire. Hoc tamen non est huius operis munus quod nunc suscepimus: tantum vt demonstremus euangelistas: neꝗꝫ sibi neꝗꝫ inter se repugnare quolibet ordine vel easdem res vel alias factoꝝ dictorūꝗꝫ christi vnusꝗsꝗꝫ eoꝝ potuerit volueritue narrauerit. Quapropter vbi ordo tempoꝝ non apparet nihil vestra interesse debet quem narrandi ordinem q libet eoꝝ tenuerit. Ubi autem apparet: si quid nouerit ꝙ sibi autem alteri repugnare videatᷓ vtiꝗꝫ considerandum ⁊ enodandum est.

❡ Capitulum. xxii.

Sequitur ergo matheus dicēs. Uespere autem facto obtulerunt ei multos demonia habentes: ⁊ eijciebat spiritus verbo: ⁊ omnes male habentes curauit: vt adimpleretᷓ qd̄ dictuꝫ est per isaiam prophetaꝫ dicentē. Ipse infirmitates nostras accepit: ⁊ egrotatione portauit. hoc ad eiusdem diei tempus pertinere satis indicat cuꝫ coniungit: Uespere autem facto. Sic ⁊ marcus cum de ipsa socru petri sanata dixisset ⁊ ministrabat eis hoc idem subiecit. Uespere autē facto cū occidisset sol afferebant ad eum omnes male habentes: ⁊ demonia habentes: ⁊ erat omnis ciuitas congregata ad ianuam ⁊ curauit multos. qui vexabātur varijs languoribus ⁊ demonia multa eijciebat: ⁊ non sinebat ea loqui quoniam sciebant eum. Et diluculo valde surgens egressus est ⁊ abijt in desertum locum videtur hunc ordineꝫ tenuisse marcus: vt post illud qd̄ dictū est. Uespere autē facto: deinde diceret: ⁊ diluculo valde surgens. Quāuis nec illud necesse sit vbi dicitur: vespere facto eiusdem diei vesperum accipere. nec vbi dicitur diluculo eiusdem noctis diluculum. Tamen vtcunꝗꝫ videri potest: hic rerum gestaꝝ ordo seruatus: propter digestuꝫ ordinem temporum. Lucas quoꝗꝫ cum de socru petri narrasset. non ait ipse. Uespere autem facto: sed tantum ꝙ idem significaret: adiunxit dicens. Cū sol aūt occidisset. omnes qui habebant infirmos varijs languoribus ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponēs curabat eos. Exibant ⁊ demonia a multis clamantia ⁊ dicentia. Q: tu es filius dei. Et increpans non sinebat ea loqui: q: sciebant ipsum esse christum. Facta autem die egressus ibat in desertum locum. Et hic videmus eundem prorsus ordinem tēporum: custoditum quem comperimus apud marcum. Matheus autem quꝫ videtur non ordine quo gestum est: sed quo p̄termissum recolit. hoc de socru petri cōmemorasse: postea ꝗ̄ narrauit quid de ipso die facto: etiam vespere gestum sit: iam non subiungit diluculum: sed ita narrat. Uidens autem iesus turbas multas circum se iussit ire trans fretuꝫ Iaꝫ hoc aliud est. non illud qd̄ marcus ⁊ lucas contexerunt: qui post vesperum diluculum ponunt. Qd̄ ergo hic dictum est videns autē iesus turbas multas circū se iussit ire trās fretū alid̄ eū recordatū interposuisse debem⁹ accipe ꝙ die quodā cuꝫ vidisset iesus turbas multas circū se iussit ire trās fretum.

Caplm. xxiii.

DEinde ꝙ sequitur ⁊ accedens vnus scri
ba ait illi: magister sequar te quocunqꝫ
ieris pro vsqꝫ ad illud vbi ait: dimitte
mortuos sepelire mortuos suos hoc similiter
narrat ⁊ lucas. sed ille post plura nec ipse sane
expresso ordine temporum: sed recordātis mo
do. vtrunqꝫ ꝙ prius omisit. an ꝙ postrius etiā
factum q̄ꝫ sunt ea que sequuntur preoccupauit
incertum est. Ita enim dicit ¶ Factum est am-
bulantibus illis in via. dixit quidam ad illum
Sequar te quocunqꝫ ieris. Et respondit ei pr
sus eadem que matheus cōmemorat. Qđ aūt
matheus dicit tunc istud gestum esse. quando
iussit vt irent trans fretum. Lucas vero ambu
lantibus illis in via non est contrariū. q2 in via
vtiqꝫ ambulabant vt venirent ad trans fretū
Et de illo qui petit primū sepelire patrem suū
matheus ⁊ lucas omnino cōsentiunt. Quod eni
matheus primo eiusdem verba posuit. hoc pro
pter patrem suū petentis. ⁊ deinde domini di-
centis sequere me. Lucas autem primo domi
ni dicentis sequere me. ⁊ deinde illius hoc pe-
tentis ad sententiam nihil interest. Commemo
rauit lucas ⁊ alium dixisse sequar te domine: sꝫ
primuꝫ permitte mihi renunciare his qui do
mi sunt. de quo tacet matheus. Inde iam lucas
in aliud perrexit non in illud ꝙ ordineꝫ tempo-
ris sequebatur. Post hoc autē inquit: designa-
uit dominus ⁊ alios. lxx. duos. Post hoc quidē
manifeste: sed quanto temporis interuallo. post
hoc fecerit illud dominus non apparet. In ipō
tantuꝫ interuallo fit qđ deinceps matheus sub
iungit. Nam idem matheus ordinem tempo
rum adhuc tenet ita narrans.

¶ Capitulum. xxiiij.

ET ascendente eo in nauiculaꝫ. secuti sūt
eum discipuli eius. Et ecce motus ma
gnus fact⁹ est in mari vsqꝫ ap illud vbi
ait. Et venit in ciuitatē suam. Ista duo facta cō
tinuatim que narrat matheus. de tranquilla-
to mari postea q̄ꝫ ventis imperauit iesus a sō-
no excitatus ⁊ de illis qui habebant seuum de
monium. ruptisqꝫ vinculis agebantur in deser
tum. similiter narrat marcus ⁊ lucas. Verbis
alijs dicte sunt ab alio atqꝫ alio quedam senten
tie non tamen alie. velut illud ꝙ cum dicit di-
xisse matheus quid timidi estis modice fidei.
Marcus ita dicit. quid timidi estis. necdū ha
betis fidem. Idest illam perfectam velut gra
num sinapis. hoc ergo ⁊ ille ait modice fidei. lu
cas autem: vbi est fides vestra. Et totum qui-
dem dici potuit: quid timidi estis. vbi est fides
vestra modice fidei. Unde aliud hic aliud ille
cōmemorat. Et illud ꝙ excitantes eū dixerunt
matheus sic. Domine salua nos perim⁹. mar
cus: magister non ad te pertinet q2 perimus. lu
cas preceptor perimus. vna eademqꝫ senten-
tia est excitantium dominū volentiūqꝫ salua-
ri. Nec opus est querere quid horum poti⁹ xp̄o
dictum sit. Siue enim aliud horum trium di-
xerint. siue alia verba que nullus euangelista-
rum commemorauit. tantundem tamen valē
tia ad eandē sententie veritatē quid ad rem in
terest: Quanqꝫ ⁊ hoc fieri potuit vt pluribus eū
simul excitantibus. omnia hec aliud ab alio di
cerentur. Item ꝙ sedata tempestate dixerunt
ſm matheum. qualis est hic. q2 venti ⁊ mare
obediunt ei: ſm marcum quis putas est iste: q2
⁊ ventus ⁊ mare obediunt ei. ſm lucam quis
putas hic est: q2 ⁊ ventis imperat ⁊ mari ⁊ obe
diunt ei: quis non videat vnam esse sententiaꝫ
Tantundem enim prorsus valet: quis putas
est iste: ⁊ qualis est hic: etiam vbi non est dictuꝫ
imperat vtiqꝫ consequenter intelligitur: q2 im-
peranti obeditur. Quod vero matheus duos
dicit fuisse qui legionem illam demonum patie
bantur: que in porcos ire permissa est. marcus
autē ⁊ lucas vnum cōmemorāt. intelligas vnū
coꝝ fuisse ꝑsone alicuius clarioris ⁊ famosioris
quē regio illa maxime dolebat: ⁊ pro cuius salu
te plurimum satagebat. hoc volentes significa
re duo euangeliste solū cōmemorandū iudica-
uerunt. de quo facti cuius fama latius preclari
usqꝫ flagrauerat. Nec ꝙ verba demonuꝫ diuer
se ab euangelistis dicta sunt: habēt aliquid scru
puli: cum vel ad vnam redigi sententiam: vel
omnia dicta possint intelligi. Nec q2 pluraliter
apud matheum: apud alios autem singulariter
loquitur. cum ⁊ ipsi narrent. ꝙ interrogaretur q
vocaretur. legionē se esse respondit. eo ꝙ mul
ta eēnt demonia. nec ꝙ marcus dixit circa mō
tem fuisse gregem porcorum. lucas autem in
monte quicq̄ꝫ repugnat. Grex enim porcoruꝫ
tam magnus fuit: vt aliquid eius esset in mon
te: aliquid circa montem. Erant enim duo mi
lia porcorum sicut marcus expressit.

¶ Capitulum. xxv.

HInc ergo sequitur matheus adhuc tem
porum ordinem seruans: atqꝫ ita nar-
rationem contexit. Et ascendens in na
uiculam trassfretauit ⁊ venit in ciuitatem suā.
Et ecce offerebant ei paraliticū iacentem in le
cto ⁊c. vsqꝫ ad illud qđ ait. Uidētes aūt turbe ti
muerunt ⁊ glorificauerunt deū: qui dedit pote-
statē talem hominib⁹. de hoc paralitico dixe-
runt ⁊ marcus ⁊ lucas. Qđ ergo matheus dicit
dn̄ꝫ dixisse. ꝯfide fili dimittunt̄ tibi peccata tua
lucas autem non dixit fili sed homo: ad ꝑsonam
dn̄i expressius insinuandā valet. q2 homini di
mittebant̄ peccata: qui hoc ipso ꝙ homo erat

non posset dicere nõ peccaui. Simul ẽt vt ille
qui homini dimittebat intelligeret deus. mar
cus vero hoc dixit ꝙ ⁊ matheus: sed non dixit
confide. Potuit quidẽ ⁊ ita dici. confide homo
dimittunt tibi peccata tua fili: aut cõfide fili di
mittuntur tibi peccata homo: aut q̃libet ver
borum ordine cõgruenti. Illud sane potest mo
nere ꝙ de isto paralitico matheus ita narrat. ⁊
ascendẽs in nauiculã transfretauit ⁊ venit in ci
uitatem suam: ⁊ ecce offerebant ei paraliticuz
iacentẽ in lecto. Marcus autẽ non hoc in eius
ciuitate factuz dicit: que vtiqȝ nazareth vocat
sȝ capharnaũ ꝙ ita narrat. Et itez intrauit i ca
pharnaum post dies ⁊ auditum est ꝙ in domo
esset: ⁊ conuenerunt multi: ita vt non caperent
neqȝ ad ianuam: ⁊ loquebatur eis verbum. Et
venerunt ferentes ad eũ paraliticum: qui a q̃-
tuor portabatur ¶ Et cum non possent offerre
eum illi pre turba nudauerunt tectum vbi erat
⁊ patefacientes submiserunt grabatũ in quo pa
raliticus iacebat. Cum vidisset autẽ iesus fidẽ
illoꝝ ⁊c̃. Lucas autẽ nõ cõmemorat quo in loco
factũ sit: sed ita dicit. Et factũ est in vna dieꝝ
⁊ ipse sedebat docens. Et erant pharisei seden
tes: ⁊ legis doctores qui venerant ex omni ca-
stello galilee ⁊ iudee ⁊ hierusalem: ⁊ virtꝰ erat
domini ad sanandũ eos. Et ecce viri portan-
tes in lecto hominẽ qui erat paraliticus: ⁊ que
rebant eum inferre ⁊ ponere ante eum. Et non
inuenientes qua parte illum inferrent pre tur
ba. ascenderunt supra tectũ ⁊ per regulas sub-
miserunt illum cum lecto in mediũ ante iesum.
Quoꝝ fidem vt vidit dixit: homo remittũt ti
bi peccata tua ⁊c̃. Remanet igitur questio in
ter marcũ ⁊ matheũ: qꝛ matheus ita scribit tãqȝ
in ciuitate dñi factum sit ¶ Marcus autem in
capharnaum. Que difficilius solueretur: si ma
theus etiam nazareth nominaret. Nũc vero
potuit ipsa galilea dici ciuitas christi. qꝛ in gali-
lea erat nazareth: sicut vniuersum regnum in
tot ciuitatibꝰ ꝯstitutũ dr̄ romana ciuitas: cũqȝ i
tot gentibus cõstituta ciuitas sit de qua scriptũ
est gloriosissima dicta sunt de te ciuitas dei: et
cum ipse prior populus dei in tot ciuitatibꝰ ha-
bitãs ⁊ vna domus dicta sit domus israel: qs
dubitauerit in ciuitate sua hoc fecisse iesuz: cũ
hoc fecerit in capharnaũ ciuitate galilee: quo
transfretando redierat de regione geraseno-
rum: vt veniens in galileam recte diceret ve
nisse in ciuitatẽ suã in quocunqȝ oppido esset ga
lilee: presertim qꝛ ⁊ ipsa capharnaum ita excel
lebat in galilea vt tanqȝ metropolis haberet.
Quod si prorsus non liceret accipere ciuitatez
christi vel ipsam galileaz in qua erat nazareth
vel ipsam capharnaum: que sicut caput galilee
ciuitatibus eminebat: diceret matheũ p̃termi
sisse que gesta sunt posteaqȝ venit iesus in ciui-
tatem suam donec veniret capharnaũ. ⁊ hoc ad
iunxisse de sanato paralitico: sicut in multis ita
faciunt pretermittentes media tanqȝ hoc con-
tinuo sequatur. ꝙ sine vlla pretermissionis sue
significatione subiunguntur.

¶ Capitulum. xxvj.

Hinc ergo sequitur matheus dicẽs. Et cũ
transiret inde iesus vidit hoiem seden
tez in theloneo matheũ noie: ⁊ ait illi se
q̃re me. Et surgens secutus est eũ: hoc mar-
cus ita narrat: eundẽ etiã ipse ordinẽ tenens: pꝰ
illius paralitici sanitatẽ. Et egressus est inquit
ad mare omnisqȝ turba veniebat ad eum ⁊ doce
bat eos. Et cum preteriret: vidit leui alphei
sedentẽ ad theloneũ: ⁊ ait illi. Sequere me: ⁊
surgens secutus est eum. Nihil hic repugnat.
Ipse est eniz matheus qui ⁊ leui. Lucas etiam
hoc post eundem paraliticuz sanatũ ita subiun
git. Et post hoc exijt: ⁊ vidit publicanũ nomie
leui sedentẽ ad theloneũ: ⁊ ait illi. Sequere me
Et relictis omnibus surgens secutus est eum.
Hinc autẽ probabilius videtur ꝙ hec preter
missa recordando matheus cõmemorat. quia
vtiqȝ ante illuz sermonez habitũ in monte cre
dendum est vocatũ esse matheũ. In eo quippe
monte tũc lucas cõmemorat omnes duodeciz
ex pluribus discipulis electos: quos ⁊ aposto-
los nominauit. ¶ Capitulum. xxvij.

Sequit itaqȝ matheus ⁊ dicit. Et factũ
est discumbente eo in domo. ecce mul
ti publicani ⁊ pctõres veniẽtes discum
bebant cũ iesu ⁊ discipulis eius ⁊c̃. Usqȝ ad il-
lud vbi ait. Sȝ vinũ nouũ in vtres nouos mit
tunt: ⁊ ambo conseruantur. hoc matheus non
expressit in cuius domo discumbebat iesus cũ
publicanis ⁊ pctõribus. vnde posset videri nõ
h̃ ex ordine subiũxisse: sȝ ꝙ alio tp̃e factũ est sre-
cordatꝰ interposuisse. vbi marcus ⁊ lucas g h̃
ꝯuiuio simil'r narrãt: manifestarẽt in domo leui
h̃ est mathei discubuisse i hm: ⁊ dicta illa oia q̃
sequunt. Ita. n. marcus hoc idẽ dicit: eundem
ordinẽ seruans. Et factũ est cũ accũberet in do-
mo illius multi publicãi ⁊ peccatores simul dis
cumbebant cum iesu. Cum ergo dicit in domo
illius exprimit vtiqȝ illũ de quo superius loq̃
bat. i. leui. Sic ⁊ lucas cũ dixisset: ait illi. Seq̃
re me ⁊ relictis oibꝰ surgẽs secutꝰ est eũ ꝯtinuo
subiecit. ⁊ fecit ei ꝯuiuiuz magnũ leui in domo
sua: ⁊ erat turba multa publicanoꝝ: ⁊ alioꝝ q
cũ illis erãt discũbẽtes. Manifestũ est itaqȝ in
cuiꝰ domo ista gerebant. Iã ipsa v̀ba videamꝰ:
vl' q̃ domino dicta: vel que ab illo responsa om
nes isti tres euangeliste posuerunt. Matheus

τ videnteς ingt pharisei dicebāt discipulis eiꝰ Quare cum publicanis τ pctōribꝰ māducat magister vester. Totidē pene verbis hoc ait τ marcus. Quare cū publicanis τ peccatoribus māducat τ bibit magister vester. pretermissū est ergo a matheo ꝙ iste addidit τ bibit. Sʒ quid ad rē cū plena sit sentētia insinuans pariter. Cōuiuātes. lucas cū aliquanto differentius hec videt cōmemorasse. Et murmurabant, inquit pharisei τ scribe eorum dicētes ad discipulos eius. Quare cū publicanis τ peccatoribus manducatis τ bibitis. nō vtiqʒ magistrum eorum volens illic itelligi. sed simul omnibus etiā ipsi τ discipulis eius hoc obiectuʒ insinuans: non tantum ei dictum sed illis. ꝙ τ de ipo τ de illis acciperetur. Nam vtiqʒ τ ipse lucas ita dicit dominum respōdisse non veni vocare iustos sed peccatores in penitentiam. Qd non eis respondisset. nisi quod dixerant: manducatis τ bibitis: ad ipm maxime ptineret. Propterea etiam matheus τ marcus de illis discipulis eius. hoc obiectum esse narrarunt quia τ cū discipulis dicebatur magistro magis obiciebatur. quem τ sectandum imitte bantur. vna ergo sententia. est τ tanto melius insinuata quanto quibusdam verbis manente veritate variata. Item ꝙ matheus refert dominum respondisse non est opus valentibus medicus. sed male habentibus. Euntes autem discite quid est: misericordiam volo τ nō sacrificiuʒ. Non. n. veni vocare iustos sed pctōres. Marcus quoqʒ τ lucas eisdē pene verbis eādeʒ sniaʒ tenuerūt: nisi ꝙ ambo nō interponūt illud ex pphā testimoniū mīam magis volo ꝙ̄ sacrificiū. lucas aūt cū dixisset: nō veni vocare iustos: sed peccatores addidit in pniam: ꝙ ad explanandā sniam valet. ne quisꝗ̄ peccatores ob hoc ipm ꝙ pctōres sunt diligi arbitrentur a xpo cuʒ τ illa ēt silitudo de egrotis bñ intimet quid velit deus vocādo pctōres tanꝗ̄ medicus egros: vtiqʒ vt ab inīqtate tanꝗ̄ ab egritudine salui fiant: ꝙ fit per pniam. Itē qđ dic matheus: tūc accesserūt ad eū discipuli ioānis dicentes: quare nos τ pharisei ieiunauimus frequenter. marcus simil'r intulit dicēs. Et erāt discipuli ioānis τ pharisei ieiunātes: τ veniūt τ dicūt illi. Cur discipuli ioānis τ phariseorum ieiunant: tui aūt discipuli nō ieiunāt. Nisi ꝙ iste putari pōt addedisse phariseos ꝙ simul cū discipulis ioannis hoc dixerūt. cū matheus tm̄ discipulos ioānis: hoc dixisse perhibeat. Sed verba ipa que illos dixisse apud marcū legitur magis indicāt alios ħ dixisse de alijs. i. quiuas qui aderāt venisse ad iesuʒ: qꝛ ieiunabāt discipuli ioānis τ pharisei: τ hoc ei de illis dixisse vt ꝙ ait veniūt. Nō de ipsis dixerit de quibus interposuerat: τ erāt discipuli ioannis τ pharisei ieiunātes: sed cū isti eēnt ieiunātes veniunt illi quos hic mouēt τ dicūt illi. Cur discipuli ioannis τ phariseorum ieiunāt: tui aūt nō ieiunāt. Qđ lucas euidentius expressit: ita hoc idē intimās cū dixisset quid eis respōderit dominus de vocatione peccatorum tanꝗ̄ egrotorum. At illi inquit dixerunt ad eū. Quare discipuli ioānis ieiunāt frequēter τ obsecrationes faciūnt similiter et phariseorum: tui aūt edūt τ bibunt. Ergo τ hic sicut marcus alios de alijs dixisse narrauit. Uñ ergo matheus. tunc accesserūt ad eū discipuli ioannis dicentes: quare nos τ pharisei ieiunamus nisi qꝛ τ ipsi aderāt: τ omnes certatim: vt quisqʒ poterat hoc obiecerūt. Quorum sententia diuerso loquendi modo. sed tamen a veritate nō alieno a tribus euangelistis insinuata ē Item illud de spōsi filijs qꝛ non ieiunabant: ꝙ̄diu cū eis est sponsus. similiter interposuerunt matheus τ marcus nisi ꝙ marcus filios nuptiarum appellauit quos ille sponsi. ꝙ ad rem nihil interest filios quippe nuptiarum non tantū sponsi. sed etiam sponse intelligimus. Eadem ergo est aperta sententia. non altera aduersa. lucas autem non ait. nunquid possunt filij sponsi ieiunare: sed ait: nunquid potestis filios sponsi dum cum illis est sponsus facere ieiunare. In quo τ ipse ad aliud quoddaʒ insinuandum eandem sententiam eleganter aperuit. Sic enim intelligitur eosdem ipsos qui loquebantur fuisse facturos: vt lugentes ieiunarent filij sponsi quoniam ipsi essent sponsuʒ occisuri. Quod autem dixit matheus lugere. hoc marcus τ lucas ieiunare. qꝛ τ ille postea. tunc ieiunabunt ait. non tunc lugebunt. Uerum illo verbo significauit de tali ieiunio dominum locutum. ꝙ pertinet ad humilitatem tribulationis: vt illud alterum ꝙ pertinet ad gaudium mentis in spiritalia suspense atqʒ ob hoc alienate quodammodo a corporalibus cibis posterioribus similitudinibus dominus significasse intelligat. de pano nouo τ vino nouo id oñdens ꝙ animalibꝰ atqʒ carnalibus circa corpus opus occupatis: τ ob hoc veterem adhuc sensum trahentibus. hoc genus ieiunij non cōgruat. quas similitudines τ alij duo similiter explicarunt. Jam enim satis in promptu est nihil esse contrariuʒ si quid alius dicit ꝙ alius pretermittit: seu verbi seu rei: dum vel ab eadem sententia recedatur: vel q̄ forte ab alio ponitur alij non aduersentur.

Capitulum. xxviij.

Sequitur deinde matheus adhuc temporum ordinem seruans. Hoc illo loquente ad eos: ecce princeps vnus accessit τ adorabat eum dicēs. Filia mea modo

defuncta est: sed veni impone manũ sup eaz: ꝛ
viuet ꝛc. vsqꝫ ad illđ vbi ait. Et surrexit puella
ꝛ exijt fama hec in vniuersaz terrã illam. Di-
cunt hoc ꝛ alij duo marcus ꝛ lucas: sed ab isto
ordine iam recedunt. Alij enim hoc recordan
tur: atqꝫ inserunt idem eo loco vbi recedit trã
fretãdo a regione gerasenoꝝ: post expulsa et in
porcos permissa demonia. Nam hoc marcus
ita coniungit post illud apud gerasenos factuz.
Et cum transcẽdisset inquit iesus in naui rursus
transfretũ. conuenit turba multa ad illũ: ꝛ erat
circa mare. Et venit quidã de archisynagogis
nomine iayrus: ꝛ videns eũ procidit ad pedes
eius ꝛc. Ac p hoc intelligendũ est. hoc quidem de
archisynagogi filia factũ esse. cum transcendis
set iesus in naui rursus trans fretũ: sed quanto
pri⁹ non apparet. Nisi enim fuisset interuallum
non esset: quãdo fieret: ꝙ modo narrauit Ma
theus in cõuiuio domus sue: tanqꝫ de alio qp
pe narrauit more euangelistaꝝ ꝙ de se ac domo
sua gestum erat. postqꝫ factum nihil aliud con
tinuo sequitur qꝫ hoc de archisynagogi filia.
Sic enim ipse cõnexit: vt ipse transitus aperte
indicet hoc consequenter narrari: ꝙ ꝛ consequẽ
ter factum est. Quãdoquidez cum superius com
memorasset que de pane nouo ꝛ de vino nouo
iesus dixerit cõtinuo subiecit. hoc ille loquen-
te ad eos. ecce princeps vnus accessit. Ac per
hoc si hoc loquente illo accessit. nihil aliud facto
rum dictorũqꝫ eius interpositum est. In narra-
tione autem marci patet locus vbi interponi:
alia potuere sicut iam ostendimus. Similiter
ꝛ lucas cum post narratuz apud gerasenos mi
raculum transijt ad narrandum de archisyna
gogi filia: non sic transit vt remittatur matheo
qui post illas de pane ꝛ vino similitudines hoc
gestum esse demonstrat dicendo: hoc illo loquẽ
te. Iste quippe cum terminasset. qđ apud ge-
rasenos factuz narrauerat. hoc modo transijt i
aliud. factum est autem inquit cũ redijsset ihs
excepit illum turba. Erant eniz omnes expectã
tes eũ. Et ecce vir cui nomen iayrus: ꝛ ipse pri
ceps synagoge. ꝛ cecidit ad pedes iesu ꝛc. Et sic
intelligitur ꝙ turba quidem illa continuo exce
perit dominum, quippe quez redituꝝ expecta-
bant. Quod vero adiunxit: ꝛ ecce vir cui nomẽ
erat iayrus non continuo factum accipiendum
est: sed prius illud de conuiuio publicanorum. si
cut narrat matheus. Cui rei sic coniungit hoc:
vt non possit aliud factum consequenter intelli
gi. In hac ergo narratione qꝫ nunc consideran
dam suscepimus. de illa quidem que fluxuz san
guinis patiebatur. omnes isti tres euangeliste
sine vlla questione concordant. Neqꝫ enim in-
terest ad rei veritatẽ ꝙ ab alio aliquid tacetur
ab alio dicatur: nec qđ marcus dicit: quis teti-
git vestimenta mea: ꝛ lucas quis me tetigit: al
ter enim dixit vsitate. alter proprie. eandez ta-
men vterqꝫ sententiam. naz vsitatius dicim⁹
conscindis me: qꝫ conscindis vestimenta mea:
cum tamen in aperto sit qđ velimus intelligi.
At vero cum matheus archisynagogum non
morituram vel morientẽ vel in extremo vite
positam filiam suaz narrat domino nunciasse:
sed omnino defunctam. illi autẽ duo morti iaz
proximam: nondum tamen mortuam: vsqꝫ a-
deo vt dicãt venisse postea: qui mortuã nuncia
rent: ꝛ ob hoc iam non debere vexari magiste-
rium tanqꝫ sic veniret vt manum imponendo
mori non sineret. non vt qui posset mortuam
suscitare. considerandum est ne repugnare vi-
deatur. ꝛ intelligendum breuitatis causa Ma
theũ hec potius dicere voluisse rogatum esse
dominum vt faceret ꝙ eum fecisse manifestũ
est. vt scilicet mortuam suscitaret. attendit eniz
non verba patris de filia sua: sed ꝙ ẽ potissimũ
voluntatem. ꝛ talia verba posuit qualis volũ
tas erat. Ita enim desperauerat vt potius velet
eam reuiuiscere non credens viuam posse inue-
niri quam morientez reliquerat. Duo itaqꝫ po
suerunt quid dixerat iayrus. matheus aũt quid
voluerit atqꝫ cogitauerit. Utrunqꝫ ergo petitũ
est a domino. vt vel morientem saluam faceret
vel mortuam suscitaret. Sed cũ istituisset ma
theus totum breuiter dicere hoc insinuauit pa
trem rogantem dixisse: qđ ꝛ ipsum certum est
voluisse: ꝛ christum fecisse. Sane si illi duo vel
quisqꝫ eorum patrem ipsum cõmemorasset di
xisse: ꝙ sui domo venientes dixerunt vt iaz nõ
vexaretur iesus: ꝙ puella mortua fuisset repu
gnarent eius cogitationi verba que posuit ma
theus. Nunc vero ꝛ illud suis nunciantibus ꝛ
prohibentibus ne iam magister veniret. Non
legitur qđ ille consenserit. Ac per hoc ꝛ illud qđ
ei dominus ait. noli timere: crede tantum ꝛ sal
ua erit. non diffidenter reprehendit: sed cre-
dentem robustius confirmauit. Talis quippe i
illo fides erat: qualis ꝛ in illo qui ait. Credo do
mine. adiuua incredulitatẽ meam. Que cuz ita
sint: per huiusmodi euangelistarum locutiões
varias: sed non contrarias rem plane vtilissi-
mam discimus: ꝛ per necessariam nihil in cu-
iusqꝫ verbis nos debere inspicere: nisi volun-
tatem cui debent verba seruire: nec mentiri
quenqꝫ si alijs verbis dixerit: quid ille volue-
rit: cuius verba nõ dicit ne miseri aucupes vo
cum apicibus quodammodo literarum putẽt
ligandam esse veritatem. cum vtiqꝫ nõ in ver
bis tantum: sed etiam in ceteris omnibus si-
gnis animorum non sit nisi ipse animus inqui

rendis. Quod autem nonnulli codices habēt
ſm matheum: non enim mortua eſt mulier: ſed
dormit: cum eam marcus ⁊ lucas duodeciꝫ an
norum puellam fuiſſe teſtantur: intelligas he-
breo more locutum eſſe matheum. Nam ⁊ alijſ
ſcripturaꝝ locis hoc inuenitur: non eas tantū
que virum paſſe fuerant: ſed omnino feminaſ
etiaꝫ intactas atqꝫ integras mulieres appella
ri ſicut de ipſa eua ſcriptuꝫ eſt. Formauit eam
in mulierez. Et illud in libro numeroꝝ. vbi iu
bentur cuſtodiri mulieres que neſcierunt cubi-
le maſculini ideſt virgines ne interficiant. Qua
locutione etiā paulus ipſum chriſtū ait factum
ex muliere. Hoc enim melius intelligimus: ꝙ̄
vt illam duodecim annorum iam nuptaꝫ: vel
virum expertam fuiſſe credamus.

Capitulum. xxix.

Sequitur matheus ⁊ dicit. Et trāſeunte
inde ieſu: ſecuti ſunt eum duo ceci cla-
mantes ⁊ dicentes. Miſerere noſtri fi-
li dauid ⁊c̄. vſqꝫ ad illud vbi ait. Pharisei aūt
dicebant in principe demoniorum eijcit demo
nes. hoc de duobus cecis ⁊ de muto demonio.
ſolus matheus ponit. Illi. n. duo ceci de quibꝰ
⁊ alij narrant non ſunt iſti. ſed tm̄ ſimile factuꝫ
eſt. Ita vt ſi ipſe matheus nō etiā illius facti nō
meminiſſet. poſſet putari ħ quod nunc narrat di
ctum fuiſſe etiā ab alijs duobus. Quod cōmē-
dare memorie diligenter debemus eſſe quedā
facta ſimilia qđ probatur. cum idem ipſe euā-
geliſta vtrunqꝫ cōmemorat: vt ſi quando talia
ſingula apud ſingulos inuenerimus atqꝫ in eis
cōtrariuꝫ qđ ſolui nō poſſit occurrat nobis non
hoc eſſe factuꝫ: ſed aliud ſimile: vel ſilr factū.

Capitulum. xxx.

Sane deinceps non apparet ordo rerum
geſtaꝝ. Nam poſt ħ duo facta de cecis
⁊ muto demonio ita ſequitur. Et circū-
ibat ieſus ciuitates omnes ⁊ caſtella docens i
ſynagogis eoꝝ: ⁊ predicans euangelium regni
⁊ curans omnē languorez: ⁊ omnez infirmita-
tem: Uidens aūt turbas miſertus eſt eis. quia
erant vexati: ⁊ iacentes ſicut oues non haben-
tes paſtorem. Tunc dicit diſcipulis ſuis. Meſ-
ſis quidē multa: operarij aūt pauci. Rogate er
go dominum meſſis vt mittat operarios i meſ
ſem ſuaꝫ. Et conuocatis. xij. diſcipulis ſuis de-
dit illis poteſtatē ſpirituū immundoꝝ ⁊c̄. vſqꝫ
ad illud vbi ait. Amen dico vobis: non pdet
mercedē ſuam. In hoc toto loco: quem nunc cō
memorauimꝰ multa monuit diſcipulos ſuoſ: ſꝫ
vtruꝫ matheus ordine ſubiunxit: an ei ordo nar
randi recordatio ſua fuerit: ſicut dictum eſt nō
apparet: hunc locū breuiter videtur perſtrinxiſ
ſe marcus: ⁊ eū ſic ingreſſus eſt dicens. Et circū
ibat caſtella in circuitu docens: ⁊ cōuocauit duo
decim: ⁊ cepit eos mittere binos: ⁊ dabat illis
poteſtatē ſpirituuꝫ immundoꝝ ⁊c̄. vſqꝫ ad illđ
vbi ait. Excutite puluerez de pedibus veſtris
in teſtimonium illis. Sed anteqꝫ hoc narraret
marcus prius poſt reſuſcitatā filiam archiſyna
gogi: illud narrauit: vbi dominuꝫ in patria ſua
mirabantur: vnde illi eſſet tanta ſapientia ⁊ v
tutes: cum eius cognationē noſcent: quod ma-
theus poſt āmonitionē iſtam diſcipuloꝝ: ⁊ poſt
alia multa cōmemorat. Itaqꝫ incertum eſt vtꝝ
ħ quod ħ agitur in eius patria matheus omiſ-
ſum reuocauerit. an marcus recordatum anti-
cipauerit: quis nam eoꝝ ordinez rei geſte. ⁊ qs
nam recordationis ſue tenuerit. lucas autē con
tinuo poſt reſurrectionē filie iayri ſubiungit hūc
locuꝫ ⁊ de poteſtate ⁊ āmonitione diſcipuloruꝫ
tam breuiter ſane quam marcus neqꝫ ipſe ita:
vt hoc ſequi etiam in reꝝ geſtaꝝ ordine appare
at. In nominibus ergo diſcipuloꝝ. Lucas qui
eos alio nomine nominauit: cum prius eligun
tur in monte matheo non diſcrepat niſi in no-
mine iude iacobi: quem matheus thadeuꝫ ap
pellat: nonnulli autem codices habent lebbeū
Quis vnqꝫ prohibuerit duobus vel tribus no
minibus hominem vnum vocari. Solet item
queri quomodo matheus ⁊ lucas cōmemora-
uerint dixiſſe dominum diſcipulis: vt nec vir-
gam ferrent. cum dicat marcus ⁊ precepit eis
nequid tollerent in viam. niſi virgam tantum
⁊ ſequatur etiam ipe non peram non panē. neqꝫ
in zona es. vt oſtendat in eodem loco verſari
narrationem ſuam. quo ⁊ illoruꝫ qui dixerunt
nec virgam ferendam. Qđ ita ſoluitur. vt in-
telligamus ſub alia ſignificatione dictaꝫ virgā
que ſm marcū ferenda eſt: ⁊ ſub alia illam que
ſm matheuꝫ ⁊ lucaꝫ non eſt ferenda. Sicut ſb
alia ſignificatiōe intelligitur temptatio de qua
dictum eſt. dñs neminez temptat: ⁊ ſub alia de
qua dictuꝫ eſt. temptat vos dominus deus ve
ſter: vt ſciat ſi diligitis eum. Illa ſeductionis ē.
ħ probationis. Sicut iudicium aliter accipit:
de quo dictuꝫ eſt: qui bene fecerunt in reſurre-
ctionē vite qui male fecerunt in reſurrectionē
iudicij: ⁊ alter de quo dictum eſt. iudica me deꝰ
⁊ diſcerne cauſam meaꝫ de gente non ſancta.
Illud enim iudicium damnationis eſt ħ diſcre
tionis. Et multa alia ſunt verba que non hñt
vnam ſignificationē: ſed diuerſis locis cōgrue
ter poſita: diuerſo modo intelligunt: ⁊ aliquan
do cū expoſitōe dicunt: vt eſt illud. Nolite pue
ri effici ſenſibus: ſed malicia paruuli eſtote: vt
ſenſibus perfecti ſitis. Hoc. n. breuiter clauſa
ſententia dici potuit. Nolite eſſe pueri: ſed eſto
te pueri. Et illud. Si quis putat ſe ſapientē eſſe

in vobis in ħ seculo stultus fiat vt sit sapiens.
Quid eniꝫ aliud dixit ꝙ nō sit sapiens vt sit sa
piens: aliquā aūt clause ita dicuntur vt exerceāt
inquirentē: vt est qđ ait ad galatas. Inuicē one
ra vestra portate: ⁊ sic adimplebitis legeꝫ xpi.
Qui eniꝫ putat se esse aliquid cū nihil sit seipm
seducit. Opus aūt suū probet vnusquisqꝫ: ⁊ tūc
in semetipō habebit gloriā: ⁊ nō in altero. Vnꝰ
quisqꝫ enim propriū onus portabit. Nisi oneris
nomen sub diuersis significationibus accepe-
ris proculdubio putabis eiusdē sibi in loquen-
do esse contrariuꝫ: ⁊ ħ in vna sententia tam vi
cine positis verbis. Qui cū paulo ante diceret.
alter alterius onera portare. postea dixit vnus
quisqꝫ propriuꝫ onus portabat. Sed alia sunt
onera partici pande infirmitatis alia redden-
de rationis deo de actibus nostris. Illa cū fra-
tribus sustinenda cōmunicantur. ħ propria ab
vnoquoqꝫ portantur. Ita ⁊ virga intelligit spi
ritaliter. de qua dicebat apostolus in virga ve-
niaꝫ ad vos: ⁊ corporaliter qua vtimur siue ad
equū siue ad aliquid aliud: opus fuerit: vt interi
omittaꝫ alias huius nominis significatas signi
ficationes: vtrunqꝫ ergo accipiendū est a domi
no apostolis dictuꝫ: ⁊ vt nec virgā ferrent. ⁊ vt
non nisi virgam ferrēt. Cum. n. ſm matheum
diceret eis: nolite possidere auꝝ neqꝫ argentuꝫ
neqꝫ pecuniā in zonis vr̄is: nō perā in via: neqꝫ
duas tunicas: neqꝫ calciamenta: neqꝫ virgā cō
tinuo subiecit: dignus est. n. operarius cibo suo
Unde satis ostenditur: cur eos hoc possidere ac
ferre noluerit. Non quo necessaria non sint su-
stentationi huius vite: sed qꝛ sic eos mittebat:
vt eis ħ deberi demonstraret ab alijs ipsis qui
bus euangelium credentibus annunciarent. tā
ꝙ stipēdia militantibus: tanꝙ fructum vinee
plantatoribus: tanꝙ lac gregis pastoribus. Un
de paulus dicit ¶ Quis militat suis stipendijs
vnꝙ: Quis plantat vineā ⁊ de fructu eius nō
edit. Quis pascit gregeꝫ: ⁊ de lacte gregis non
pepercit? Hinc. n. loquebatur de his que neces
saria sunt predicatoribus euāgelij. Unde pau-
lopost dicit. Si nos vobis spiritalia seminaui
mus: magnū est si vestra carnalia metamus.
Si alij potestatis vestre participāt non magis
vos: sed nō sumus vsi hac potestate. Unde ap
paret ħ nō ita percepisse dn̄m tanꝙ euangeli-
ste viuere aliunde non debeant ꝙ eis preben-
tibus quibus annunciant euangeliū: alioquin
cōtra hoc preceptū fecit idē apostolus: qui victū
de manuū suaꝝ laboribus transigebat ne cuiꝙ
grauis esset: sed potestatē dedisse in qua sciret si
bi ista deberi. Cuꝫ autē a domino licet aliqđ im
peratur nisi fiat inobedientie culpa est. cū aūt
potestas daŕ lꝫ cuiqꝫ nō vti: ⁊ tanꝙ de suo iure

cedere. ħ ergo dn̄s loquens discipulis: id agebat
qđ ipse apostolus paulopost apertius ita expli
cat. Nescitis qm̄ qui in templo operatur que đ
templo sunt edunt. Qꝫ altari deseruiunt: alte
ri compartiuntur: sic ⁊ dominus ordinauit his
qui euangelium annunciant: de euangelio vi-
uere. Ergo auteꝫ nullus hoꝝ vsus sum. Cum
itaqꝫ dicit ita dominū ordinasse se auteꝫ vsum
nō esse vtiqꝫ oñdit vtēdi potestatē datā nō im-
positam seruiendi necessitatē. ħ ergo ordinans
dn̄s qđ cū ordinasse dicit apostolus qui euange
lium annunciant de euangelio viuere. illa apo
stolis loquebatur: vt securi nō possiderent: neqꝫ
portarent huic vite necessaria nec magna: nec
minima. Ideo posuit nec virgā ostendens a fi-
delibus suis omnia deberi ministris suis nul-
la superflua requirētibus. Ac per hoc addendo
dignus est. n. operarius cibo suo. prorsus ape-
ruit ⁊ illustrauit: vnde ⁊ quare ħ omnia loque-
retur. hanc ergo potestatē virge nomine signi-
ficauit: cū dixit ne quid tollerent in via nisi vir
gam tantum. Potuit. n. etiam sic breuiter dici
nihil necessariorum vobiscum feratis: nec vir
gam nisi virga tantū: vt illud quod dictū est nec
virgam intelligatur: nec minimas quideꝫ res
Quod vero adiunctū est nisi virgam tantū in
telligatur: qꝛ per potestateꝫ a domino acceptā
que virge nomine significata est: etiam que nō
portantur non deerunt. Utrunqꝫ ergo dominus
dixit: sed qꝛ non vtrunqꝫ vnus euangelista com
memorauit putantur ille qui virgam sub alia
significatione positam tollendam dixit ei qui
virgam rursus aliud significantem non tollen-
dam dixit esse contrarius. Sed iam ratiōe red
dita non putetur. Sic ⁊ calciamenta cum dicit
matheus in via non esse portanda curam pro-
hibet: qua ideo portanda cogitantur vt non de
finit portanda: hoc ⁊ de duabus tunicis intelli-
gendum est: ne quisꝙ eorum preter eam quaꝫ
esset inductus aliam portandam putaret solici
tus ne opus esset: cum ex illa potestate posset
accipere. Proinde marcus dicendo calciari eos
sandalijs vł soleis aliquid hoc calciamentum
mistice significatiōis habetur admonet: vt pes
neqꝫ tectus sit: neqꝫ nudus ad terraꝫ: Idest nec
occultetur euangelium: nec terrenis commo-
dis initatur. Et qꝛ non portari vel haberi duas
tunicas: sed expressius indui: ⁊ ne induerentur
duabus tunicis: quid eos monet nisi non dupli
citer: sed simpliciter ambulare. Ita dominum
omnia dixisse: nullo modo dubitandum partiꝫ
proprie: partim figurate: sed euangelistas: alia
istum: alia illum inseruisse scriptis suis: quedā
vero eadem vel duos vel tres eorum quosli-
bet vel omnes quatuor posuisse: nec sic tamen

omnia eſſe cōſcripta que ab illo ſeu dicta ſeu fa
cta ſunt. Quiſqȝ autē putat nō potuiſſe dñm in
vno ſermone q̄dam figurate q̄dā ꝓprie pone-
re eloquia cetera eiꝰ inſpiciat ⁊ videbit q̄ꝫ h te
mere atqȝ inerudite arbitret̃. Pōt enim iſte vt
vnū aliqd dicam qđ animo iterum occurrit: qm̄
monet vt nō ſciat ſiniſtra quid faciat dextera:
⁊ ipſas elemoſynas: ⁊ quicquid illic aliud pre-
cipit ⁊ figurate accipiendū putare. Sane rur-
ſus admoneo ꝙ oportet meminiſſe lectorē: ne
tali admonitione ſepiſſime indigeat alijs atqȝ
alijs ſermonū ſuoꝝ locis: dñm iā multa iteraſ-
ſe que alibi dixerat: ne forte ipſorū locorū ordo
cū vel ex alio euāgeliſta nō cōuenerit alicui eoꝝ
hinc putet eē ꝯtrariū: cū intelligere debeat ite
rum alibi dici qđ iam alibi dictū erat. nec tm̄
de dictis verū etiam defectis obſeruari debere.
Nihil eni prohibet hoc idē iterū factum credē
Calūniari aūt euāgelio dum nō credit iterū fie
ri non potuiſſe nemo cōuincit ſacrilege vanita-
tis eſt. Capitulum. xxxi.

SEquitur matheꝰ ⁊ dicit. Factum ē cum
cōſumaſſet ieſus precipiēs. xij. diſcipu
lis ſuis tranſire inde vt diceret. Et pre
dicaret in ciuitatibus coꝝ. Johannes aūt cum
audiſſet in vinculis opa xp̄i: mittēs duos de diſ
cipulis ſuis ait illi. Tu es qui vēturus es ante
aliū expectamꝰ ⁊c̄. vſqȝ ad illud vbi ait. Et iu-
ſtificata ē ſapiētia a filijs ſuis: hunc totū locum
de iohāne babtiſta ꝙ miſerit ad ieſum: ⁊ cuiuſ-
modi reſpōſum acceperint illi quos miſit: ⁊ qc
quid poſt eorum abſceſſum de iohāne dñs di-
xit: interponit ⁊ lucas: nō quidē ipō ordine. Si
quis eorum recordationis ſue quis rerū ipſaꝝ
hic ordinē teneat non apparet. Cap. xxxij.

SEquitur matheꝰ ⁊ dicit. Tunc cepit ex
probare ciuitatibꝰ in quibus facte ſunt
plurime virtutes eius: quia nō egiſſent
penitētiā ⁊c̄. vſqȝ ad illud vbi ait. Terre ſodo
morū remiſſius erit in die iudicij q̄ꝫ tibi. Et
hoc cōmemorat lucas cōtinuato cuidā ſermo-
ne domini etiā h ex ipſius ore ꝯiungens: vnde
magis videt̃ ipſe hoc ordine illa cōmemora-
re que a domino dicta ſunt. Matheus autem
ſue recordatiōis ordinē tenuiſſe: aut ſi illud qđ
idem matheus ait: tūc cepit exprobare ciuitati
bus ſic accipiēdū putat̃: vt punctū ipſum tēpo-
ris voluiſſe credat̃ exprimere in eo qđ eſt tunc
nam ipm tunc aliquanto latiꝰ quo h multa ge-
rebant̃ ⁊ dicebant̃: Quiſquis hoc credit credat
etiā hoc eē bis dictum. Cum eni ⁊ apud vnū
euangeliſtā inueniant̃ quedam q̄ bis dixerit do
minus: ſicut ⁊ apud eundē lucam de non tollē-
da petra in via. ⁊ ſimiliter ceteris duobus locis
dictum a domino inuenit̃ ꝙ miruꝫ ſi ⁊ aliquid
aliud bis dictum ſigillatim ē ſingulis dicit̃ eo-
dem ordine quo dictū eſt. Et ideo diuerſus or-
do apparet in ſingulis: q̄ꝛ ⁊ tunc qñ ille: ⁊ tūc qñ
iſte commemorat dictū eſt. Cap. xxxiij.

SEquit̃ matheus. In illo tēpore reſpon
dēs ieſus dixit. Cōfitebor tibi dñe pat̃
celi ⁊ terre: quia abſcōdiſti hoc a ſapien
tibus ⁊ prudētibꝰ ⁊c̄. vſqȝ ad illud vbi ait. Iu-
gum eni meū ſuaue eſt: ⁊ onus meū leue. huiꝰ
loci ⁊ lucas meminit: ſed ex parte. Nō dicit. n.
ipſe: venite ad me oēs qui laboratis. ⁊ alia q̄
ſequūtur. Semel aūt hoc dictū a domino: ſed lu
cā nō totū qđ dictum ē cōmemoraſſe credibile
eſt. Matheus eni dicit. In illo tēpore reſpon-
dens ieſus dixit: Poſtea q̄ꝫ exprobauerit ciui-
tatibꝰ. lucas aūt poſt illam exprobationē ciuita
tū interponit quedā: nō tamē multa atqȝ h ita
ſubiūgit. In ipſa hora exultauit ſpū ſancto vt di
xit. Unde etiā ſi matheꝰ nō in illo tēpore dice-
ret: ſed in ipſa hora tā pauca interponit lucas
in medio vt etiā eadem hora dictum non ab-
ſurde videretur. Capitulū. xxxiiij.

SEquit̃ matheus ⁊ dicit. In illo tempo
re abijt ieſus ſabbato per ſata. diſcipuli
aūt eius eſurientes ceperūt vellere ſpi-
cas ⁊ manducare ⁊c̄. vſqȝ ad illud vbi ait. Do
minus eſt eni filius hominis etiā ſabbati: hoc
quoqȝ ſine vlla repugnātie queſtione cōmemo
ratur: ⁊ a marco ⁊ a luca: ſed illi nō dicunt: In
illo tēpore. Unde fortaſſis magis matheus rei
geſte hic ordinē tenuit. illi aūt recordatiōis ſue.
niſi latiuſ accipit̃ qđ dictū ē in illo tp̄e. ideſt quo
hec multa diuerſa gerebant̃. Cap. xxxv.

SEquitur ergo matheus ita narrās. Et
cum inde tranſiſſet venit in ſynagogā
eorum. ⁊ ecce homo manum habēs ar-
ridam ⁊ cetera. vſqȝ ad illud vbi ait. ⁊ reſtitu
ta eſt ſanitati ſicut altera. de iſta ſanato qui ma
num habebat arridam. etiam marcus ⁊ lucas
non tacent. Poſſet autem putari eo die factuꝫ
⁊ deſpicis ⁊ de iſto ſanato. quoniā ⁊ ſabbatum
hic cōmemoratur. niſi lucas apperuiſſet. Alio
ſabbato factum fuiſſe de ſanitate arride manꝰ
proinde quod ait matheus ⁊ cū inde tranſiſſet
venit in ſynagogā eorū. non quidem venit niſi
cum inde tranſiſſet. ſed poſt quot dies in ſyna
goga eoꝝ venerit. poſtea q̄ꝫ a ſegete illa trāſit.
An recte ꝯtinuoqȝ illuc ierit nō expreſſum eſt.
Ac per h locus datur narrationi luce: qui dicit
alio ſabbato huiꝰ manū ſanatā. Sed pōt moue
re quomodo matheꝰ dixit. ꝙ ipſi interrgauerūt
dñm ſcilꝫ ſabbato curare. volētes īuenire accu-
ſandi occaſionē. ipſe vo illis de oue ꝓpoſuerit
ſilitudinē dicens qs erit ex vobis hō q habeat
ouem vnā ⁊ ſi ceciderit h ſabbatis in foueam

nonne tenebit ⁊ leuabit eam: quanto melior est
homo oue: ita que licet sabbatis benefacere. cū
Marcus, ⁊ Lucas illos potius a domino inter
rogatos esse perhibeant: licet sabbato benefa-
cere an male: aīaʒ saluā facere an ꝑdere. Itaqꝫ
intelligendum est ꝙ illi prius interrogauerint
dominum scilicet sabbato curare: deinde ꝙ in-
tellectas cogitationes eorum. Aditum accusā
di querentium constituerit in medio illum quē
fuerat sanaturus: ⁊ interrogauerit que marcus
⁊ lucas eum interrogasse cōmemorant. Ac tūc
illis tacentibus proposuisse similitudinē d̄ oue
ꝯclusisseqꝫ ꝙ liceat sabbato benefacere. Postre
mo circunspectis eis: cū ira sicut marcus dicit
cōtristatū super cecitate cordis eoꝝ dixisse ho-
mini extende manū tuam. ❡ Caplm. xxxvj.

S Equitur matheus ita cōtexens narrati
onem suaʒ. Exeuntes aūt pharisei con
siliuʒ faciebant aduersus eū: quō eum ꝑ
derent. iesus autē sciens recessit inde: ⁊ secute
sunt eum multi: ⁊ curauit eos omnes. Et prece
pit eis ne eum manifestum facerent: vt adim-
pleretur qd̄ dictum est per isaiam prophetā di-
centē ⁊c̄. vsqꝫ ad illud quod ait. Et in nomine
eius gentes sperabunt. hoc solus iste cōmemo
rat: illi duo in aliud perrexerunt. Ordinem sa
ne rei geste videtur marcus aliquantulum te-
nuisse qui dicit iesum cognita maligna aduersū
se dispositione iudeoruʒ secessisse ad mare cum
discipulis suis ⁊ ad eum turbas confluxisse. et
sanasse eum plurimos. Unde autem ceperit in
aliud ire nō ꝙ ordinem sequeret̄ vix apparet.
vtrum vbi dicit conuenisse ad eum turbas: po
tuit enim hoc iam ⁊ alio tempore: vbi dicit ascē
dit in montē. qd̄ ⁊ lucas videtur cōmemorasse
dicens: factum est in illis diebus: exijt in mon
tem orare. Dicendo enim in illis diebus. satis
ostendit non continuo factum.

❡ Capitulum. xxxvij.

M Atheus ergo sequit̄ ⁊ dicit. Tunc ⁊ obla
tus est ei demoniū habēs tecus ⁊ mutꝰ
⁊ curauit eū ita vt loqueret̄ ⁊ videret: ħ
non isto ordine: sed post alia multa lucas cōme
morat ⁊ mutū dicit tantū nō etiaʒ cecum. sed nō
ex eo qd̄ aliquid tacet: de alio dicere putandus
est. Ea. n. sequētia etiā ipse ꝯtexit que matheꝰ.

❡ Capitulum. xxxviij.

S Equitur matheus dicēs. Et stupebāt
omnes turbe ⁊ dicebant. Nunquid hic
est filius dauid. pharisei aūt audientes
dixerunt. hic non eijcit demones nisi in belze-
bub principe demonioꝝ. Jesus autez sciens co
gitationes eorum dixit eis. Omne regnum di
uisum contra se desolabitur ⁊c̄. vsqꝫ ad illō vbi
ait: ex v̄bis tuis iustificaberis ⁊ ex verbis tuis
condemnaberis. Marcus nō ex occasione illꝰ
muti subijcit dictum de iesu. ꝙ in belzebub eij-
ceret demonia: sed post alia quedā que solus cō
memorat: hoc quoqꝫ subnectit: siue alio loco id
recolens ⁊ adiungens: siue aliquid pretermit-
tens: ⁊ deinde ad hunc ordinem rediens. lucas
aūt pene totidē verbis hoc dicit qd̄ matheus:
⁊ ꝙ digitū dei appellat spiritū dei ab eadē sen
tentia non recedit quin potius ⁊ aliquid docet
vt nouerimus quēadmodū intelligamus vbi-
cunqꝫ scripturaꝝ legerimus: digitū dei. In aliis
aūt nō hoc dicunt marcus ⁊ lucas nulla contro-
uersia est nec in his que aliquando aliter dicūt:
eadem sententia est. ❡ Caplm. xxxix.

S Equit̄ matheus ⁊ dicit. Tunc responde
runt ei quedā de scribis ⁊ phariseis di-
centes. Magister volumus a te signū
videre ⁊c̄. vsqꝫ ad illud vbi ait Sic erit ⁊ gene
rationi huic pessime. hec etiā lucas narrat eo q
dem loco: sed aliquanto dispari ordine. Naʒ il-
lud qd̄ petierunt signū a dn̄o de celo supra com
memorauit post illud de muto miraculū: ⁊ ibi
non rettulit quid eis ad hoc dominus respōdis
set: sed postea cū turbe occurrissent dicit hoc fu
isse responsuʒ eis. quos dabat intelligi superius
a se cōmemoratos: ꝙ de celo signum querebāt
⁊ hoc adiecit postea quando interposuit de mu
liere. que dixit dn̄s beatus venter qui te porta
uit. Hanc autē mulierez interponit cum de ser
mone domini cōmemorasset ꝙ spiritus immū
dus exiens ab homine rediit: ⁊ inuenit mun-
datam domum. Post mulierez ergo illam cuʒ
diceret responsū esse turbis de signo qd̄ de celo
querebant interposita similitudine ione ꝓphe
te. deinde continuato sermone ipsius domini
cōmemorat dictū de regina austri ⁊ de niniui-
tis: ita aliquid potiꝰ cōmemorauit qd̄ matheus
tacuit q̄ʒ aliquid pretermisit eoꝝ que hoc loco il
le narrauit. Quis autē nō videat superfluo que
ri quo illa ordine deus dixerit. cū ⁊ hoc discere
debeamus per euangelistarum excellentissi-
mam auctoritatē non esse mēdaciū si quisqꝫ nō
hoc ordine cuiusqꝫ sermonem digesserit quo il
le processit cum ipsius ordinis nihil intersit ad
rem siue ita siue aliter sit. Et adhuc lucas ꝓdu
ctiorē hūc dn̄i sermonē indicat: ⁊ in eo quedaʒ
cōmemorat qualia matheus in sermone illo q
est habitus in mōte: que bis dicta intelligimꝰ:
⁊ ibi scilicet ⁊ hic. Terminato aūt isto sermone
in aliud pergit lucas in quo vtrū ordinem reꝝ
gestaꝝ incertum est. Ita. n. cōnectit. Cū loque-
retur rogauit euʒ qdā phariseus vt pranderet
apud se. Nō aūt ait cū hoc loqueret̄: sed cū loq̄-
ret̄. Nā si dixisset cū hoc loqueret̄ necessario co
geret itelligere hoc ordine: nō tm̄ a se fuisse nar

rata. verum ⁊ a dominno gesta. Cap.xl.

Sequitur ergo matheus ⁊ dicit. Adhuc
eo loquēte ad turbas. Ecce mater ei⁹
⁊ fratres stabant foris: querētes loqui
ei ⁊ cetera. vsq₃ ad illud vbi ait. Quicūq₃ eniz
fecerit voluntatē p̄ris mei qui in celis est: ipse
meus frater ⁊ soror ⁊ mater est. hoc sine dubio
cōsequēter gestū intelligere debemus. Premi
sit eni eū vt ad hoc narrandū transiret adhuc eo
loquēte ad turbas. Quid est aūt adhuc: nisi illō
qō loquebaꝛ. Nō eni dixit: ⁊ eo loquēte ad tur
bas: ecce mater ei⁹ ⁊ fr̄es sed adhuc eo loquēte
q̄ cū dicit h̄ intelligi loquēte sup̄i⁹ indicauit. Nā ⁊
marc⁹ post illō qō de blasphema sp̄ūsācti qd dn̄s
dixerit. retulit ⁊ veniūt inq̄t mater ei⁹ ⁊ fratres
p̄termissis quibusdā que in eodē textu sermōis
dn̄i. ⁊ matheus plixius marco ⁊ lucas plixius
matheo posuerunt. Lucas aūt nō huius rei ge
ste ordinē tenuit: sed p̄occupauit h̄: ⁊ recordatū
aūt narrauit. Deniq₃ h̄ sic interposuit. vt solu-
tum appareat a nexu ⁊ superioꝝ ⁊ inferiorum.
Post cōmemoratas eni quasdā parabolas do
mini. ita h̄ de matre ⁊ fratrib⁹ ei⁹ recordatū inter
posuit. Venerūt aūt ad illū inq̄t mater ⁊ fratres
ei⁹. ⁊ nō poterant adire eū: post turba. Non ex-
pressit quando ad eū venerunt. Rursus cum ⁊
hinc transit ita loquitur. Factum est aūt inquit
in vna dierū. ⁊ ipse ascendit in nauiculā ⁊ disci
puli eius. Et hic vtiq₃ cum dicit: factum est in
vna dieruz. satis indicat nō necesse esse. vt h̄
dies intelligatur in qua h̄ gestum est vel illa que
cōtinuo seq̄tur. Nihil itaq₃ habet repugnātie
cū ceteris duobus qō matheus de matre ⁊ fra
tribus domini narrat. neq₃ in verbis dn̄i. neq₃
in ipso ordine rerū gestarum. Cap.xli.

Sequitur matheus. In illo di exiens
iesus de domo sedebat secus mare ⁊ cō
gregate sunt ad eū turbe multe. ita vt
in nauiculā ascendēs sederet. ⁊ ōis turba stabat
in litore. ⁊ locut⁹ ē eis multa in parabolis dicēs
⁊c̄. vsq₃ ad illō vbi ait. Ideo ōis scriba doct⁹ i
regno celoꝝ silis est hōi patrifamilias: q p̄fert
de thesauro suo noua ⁊ vetera. Post illud qō
narratū est de matre ⁊ fratrib⁹ dn̄i. hoc cōtinuo
gestum esse. ⁊ eum ordinē matheū etiā in nar-
rando tenuisse ea res insinuat. q₂ cū illuc tran
siret ita cōtexit vt diceret. In illo die exiens ie
sus de domo sedebat secus mare. ⁊ cōgregate
sunt ad eum turbe multe. Cū eniz dicit: in illo
die. nisi forte dies more scripturarū: tp̄s signi-
ficat satis indicat. aut hic cōsequenter gestum
aut nō multa interponi potuisse maxime quia
⁊ marcus eū ordinē tenet. lucas autē post illud
qō narrat de matre ⁊ fratribus dn̄i in aliud trā
sit. nec eo transitu cōnexionez aliquā facit: qua

huic ordini repugnare videatur. Omniū ergo
hoꝝ que matheus dominū locutū esse narrauit
que cū illo dixerūt marcus ⁊ lucas nō habēt re
pugnantie questionē. Que aūt ipse solus dixit
multo magis sine cōtrouersia sunt. Nec in ip̄o
ordine q̄uis aliquid diuerso alijs aliū teneat.
partim gestarū rerum: partim recordationis
sue ideo qd vel cui quisq₃ aduerseꝛ. Cap.xlij.

Sequitur ergo matheus. Et factū est cū
consumasset iesus p̄abolas istas trāsijt
inde. ⁊ veniens in patriā suam docebat
eos in synagogis eoꝝ ⁊c̄. vsq₃ ad illud vbi ait.
Et nō fecit ibi virtutes multas p̄pter increduli
tatem illoꝝ. A superiore sermone parabolaruz
sic transit. vt nō ostēdat cōsequētis ordinis neces
sitatem. presertim q₂ marcus ab istis p̄abolis
nō i quod iste sed in aliud tendēs in qō ⁊ lucas
ita ꝯterit narrationē. vt credibili⁹ ostendatur
hoc esse potius cōsequenter gestum, qō ipi duo
cōtinuāt adiungunt. de naui scilicet in quo dor
miebat iesus. ⁊ de illo miraculo expulsorū de-
monio apud gerasenos. que duo matheus iā
superius recolens interposuit. Nunc ergo q̄ in
patria sua dn̄s dixit. vel ei dicta sint. videam⁹
vtrūq₃ cū alijs duobus marco ⁊ luca cōcordēt
Nam ioannes longe in diuersis ⁊ dissimilibus
narratiōis sue locis: vel dicta esse dn̄o talia. vl
eum dixisse ꝯmemorat qualia hoc loco tres ce
teri meminerūt. Et marcus quidē eadē p̄prie
cōmemorat hec omnia que matheus nisi ꝙ dn̄z
fabruz ⁊ marie filiū dicit a ciuibus suis dictum
nō sicut matheus fabri filium. Nec mirandū
est. cū vtrūq₃ dici potuerit. Eo ei ⁊ fabrū crede
bant. quo fabri filium. lucas aūt eandē rem ge
stam latius indicat ⁊ plura ibi ꝯmemorat. Hoc
longe post baptismū ⁊ tēptationez ei⁹ hec insit
sine dubio p̄occupans: qō multis reb⁹ interpo
sitis postea gestū est. Unde quisq₃ possit aduer
tere: ꝙ huic tam magne q̄stione. q̄z de consensu
euangelistarū enodandā deo adiuuante susce-
pimus: plurimū necessariū est non nescientes
aliquid eos p̄termisisse: aut nescientes quē ad
modum se ordo rerū gestarum haberet: aliū po-
tius ordinē sue recordationis tenuisse. Quod
hinc euidentissime intelligi pōt. quia lucas aū
q̄z aliquid narret dn̄m fecisse capharnaū. p̄occu
pauit hunc locū quē nūc ꝯsiderauimus. vbi ci-
ues eius ⁊ potentiā virtutis in eo stupebant: ⁊
ingnobilitatē generis cōtēnebant. Nam ⁊ hoc
cum dicit eis dixisse vtiq₃ dicetis mihi. medi
ce cura te ip̄z. quāta audiuim⁹ facta capharnaū
fac ⁊ in patria tua. cū h̄m eiusdē ip̄i⁹ luce narra
tionē nihil adh̄c legaꝛ fecisse capharnaū. qō q₂
lōgū nō est ⁊ facillimū ē ⁊ p̄necessariū totū insp
uim⁹. vnū adhuc narrādū. ⁊ q̄ñ o venēit. p⁹ea q̄z

baptizatum ⁊ temptatũ dominũ indicauit. Ita
sequit: Et cõsumata omni tẽptatione dyabolꝰ
recessit ab eo vsq3 ad tẽpus. Et regressus est ie
sus in vritute spũs in galileã: ⁊ fama exijt p vni
uersam regionẽ de illo. Et ipse docebat in syna
gogis eoꝝ: ⁊ magnificabat ab oĩbus. Et venit
nazareth vbi erat nutritus: ⁊ intrauit ſm cõsue
tudinẽ suã die sabbati in synagogã: ⁊ surrexit le-
gere: ⁊ traditus ẽ illi liber pphete isaie. Et vt re
uoluit librũ inuenit locũ vbi scriptũ erat: Spũs
domini super me: ppter qd vnxit me: euangeli
zare pauperibꝰ misit me: predicare captiuis re
missionẽ: ⁊ cecis visum: dimittere cõfractos in
remissionẽ: p̃dicare annũ dñi acceptũ: ⁊ diez
retributionis. Et cũ plicasset librũ reddidit mi
nistro ⁊ sedit. Et omniuz in synagoga oculi erãt
intedentes in eũ. Cepit autẽ dicere ad illos: qa
hodie impleta ẽ hec scriptura in auribꝰ vestris
Et omnes testimoniũ illi dabãt: ⁊ mirabãtur
in vbis grẽ que pcedebant de ore ipsius: ⁊ dice
bãt. Nõne hic filiꝰ est ioseph: Et ait illis. Utiq3
dicetis mihi hanc similitudinẽ medice cura te
ipm. Quanta audiuimꝰ facta in capharnaũ. Fac
⁊ hoc in patria tua ⁊c. donec peragat totũ ipsuz
narrationis sue locũ. Quid g̃ euidẽtiꝰ q̃z hoc eũ
scientẽ preoccupasse narrãdũ: cũ vtiq3 iam ma
gna ab illo in capharnaũ facta fuisse: ⁊ ipse no
uerit ⁊ ipse commemoraret. q̃ se nõduz narras
se vtiq3 scit. Neq3 enĩ tm̃ ab eius baptismo p-
gressus ẽ: vt oblitꝰ putet nundũ se aliquid com
memorasse de his que in capharnauz gesta fu-
erant. Modo enim cepit post baptismum ali-
quid narrare de domino.

Capitulum .xliij.

Seqt̃ mathēꝰ. In illo tp̃e audiuit he-
rodes tetrarcha famã iesu: ⁊ ait pueris
suis: Hic ẽ iohãnes baptista: ipse surre
xit a mortuis: ⁊ ideo virtutes opant̃ in eo. mar
cus h idem ⁊ eodẽ modo dicit: sed non eodẽ or
dine. Nã postea q̃z discipulos misit dominꝰ di
cens eis. Ne quid in via ferret nisi virgam tm̃
terminato eo sermone quãtũ ab illo cõmemo-
ratũ est: etiã h subiecit. Nulla enĩ facta necessi-
tate qua h etiã cõsequenter gestũ esse intellige
re cogeremur: sicut nec matheus. In illo eniz
tẽpore dixit: non in illo die vel hora nisi q̃ mar
cus. nõ q̃ herodes dixerit. Sed dicebant inqt
quia ioãnes baptista surrexit a mortuis. Ma
theus võ de ipso herode ait: inquit pueris suis
Lucas etiã eundẽ narrandi ordinẽ quẽ marcꝰ
tenens. nec ipse sane etiam rerũ gestarum eun
dem ordinẽ fuisse credi cogens ita hoc idez cõ-
memorat. Audiuit autẽ inquit herodes tetrar
cha omnia que fiebant ab eo: et hesitabat eo q̃
diceret a quibusdam: quia iohannes surrexit a
mortuis. a quibusdam vero quia helias appa
ruit. ab alijs autem q2 ppheta vnus de antiqs
surrexit. Et ait herodes: ioannẽ ego decolaui.
quis est aũt iste de quo ego audio talia. Et q̃re-
bat vidẽ eũ. In his verbis lucas q̊z marco atte-
stat. ad hoc duntaxat qd alij dixerũt non hero
des iohãnem a mortuis surrexisse. sed quia he-
sitantẽ cõmemorauit herodem: verbaq3 eiꝰ ita
postea posuit dicẽtis. Joannẽ ego decolaui. qs
est autẽ iste de quo audio ego talia. Intelligen-
dũ est autẽ post hanc hesitationẽ cõfirmasse in
animo suo qd ab alijs dicebatur. cũ ait pueris
suis: sicut matheus narrat. ⁊ ait pueris suis. hic
est ioannes baptista: ipse surrexit a mortuis: ⁊
ideo virtutes opantur in eo: ac ita pronũciãda
sunt h verba: vt hesitantez adhuc indicẽt. Si
enĩ diceret nunqd nõ hic est aut nunquid forte
hic est ioannes baptista: nõ opus esset ãmone-
re aliquid de pronũciatione: qua dubitãs atq3
hesitans intelligat. Nũc quia illa verba desũt
vtroq3 modo pnũciari põt: vt aut cõfirmatum
eũ ex alioꝝ verbis credẽtẽ dixisse accipiamus:
aut adhuc sicut lucas cõmemorat hesitantem.
Presertim q2 ⁊ marcus qui superiꝰ dixerat ab
alijs fuisse dictũ q̃ iohannes a mortuis resurre
xit: in extremo tamen ipsum herodẽ dixisse non
tacet: quẽ ego decolaui iohannẽ hic a mortuis
resurrexit. Que itẽ verba duobus modis pro-
nunciari possunt: vt aut ꝯfirmãtis aut dubitan
tis intelligãtur. Cũ aũt lucas postea q̃z hoc com
memorauit in aliud trãseat. Duo isti matheꝰ et
marcus ex hac occasione narrant: quemadmo
dũ sit ab herode iohãnes occisus.

Capitulum .xliiij.

Sequitur ergo matheus ⁊ dicit. Hero-
des enim tenuit iohannem ⁊ alligauit
eum: ⁊ posuit in carcerem propter He
rodiadem vxorem fratris sui ⁊ cetera. vsq3 ad
eum locum vbi ait. Et accedentes discipuli eiꝰ
tulerunt corpus eius ⁊ sepelierunt illud: et ve-
nientes nunciauerunt ihesu. Marcus hoc si-
militer narrat. Lucas autem non eodem ordi
ne id recordatur: sed circa ipsum baptismum
quo dominus baptizatus est. Unde hoc preoc
cupasse intelligitur ⁊ ipse ex occasione vt ibi nar
raret quod multo post factum est. Cum enim
commemorasset Johannes de domino ver-
ba: Cuius ventilabrum in manus eius ⁊ munda
bit aream suam: Frumenta recondet in horre
um suum. Paleas autem comburet igni inex
tinguibili. Continuo subiecit: Quod non conti
nuo factum esse iohannes euangelista apertissi
me exponit cũ cõmemorat: postea q̃z baptizatꝰ
est ihs isse illũ in galileã qñ fecit de aq̃ vinũ: ⁊ in
post paucoꝝ dierũ i capharnaũ hitationẽ redijsse

ad iudeã terram ⁊ ibi baptizasse. multos circa
iordanem antq̃ missus esset ioannes in carce
rem. Quis autẽ nõ putet nisi qui minus in his
litteris eruditꝰ est tanq̃ post illa verba de vẽ
tilabro ⁊ de area mundata. cõtinuo sic a ioãne
offensus herodes. ⁊ eũ in carcerẽ miserit. Non
aũt hoc ordine ista narrata quo gesta sunt. ⁊ ali
bi iã ꝓbauimus. ⁊ h̄ ipõ loco nõ qlibꝫ alius: sed
lucas hoc ꝓbat. Si eni post verba illa ꝯtinuo
ioannes in carcere missus est. quõ post ipsam
cõmemorationẽ ioãnis in carcerẽ missi bapti
zatus est ioãnes: ſm ipiꝰ luce narrationẽ. Pro
inde mãifestũ ẽ ex occasiõe recordatũ ꝓoccupas
se ⁊ ante multa q̃ prius q̃ ioãni hec fieret gesta
narratus erat. hoc preoccupatũ i sua narratiõe
ꝓmisisse. Sed nec illi duo matheus ⁊ marcus
eo rerũ ordine de ioãne in carcerẽ misso in sua
narratiõe posuerũt quo factũ appet etiã in eoꝝ
scriptis. Nam ⁊ ipsi dixerũt: tradito ioãne dñz
isse in galileã. ⁊ post multa q̃ fecit in galilea ve
nerunt ad herodis admonitionẽ vel hesitatio
nem. ꝙ ioannes q̃ decolauit a mortuis resur
rexit. ⁊ ex hac occasiõe narrant oĩa q̃ de ioanne
contigerunt incluso ⁊ occiso. ¶ Cap. xlv.

S Equitur ergo matheus. Cũ dixisset nũ
ciatuz esse xp̄o. ꝙ ioannes occisus sit. ⁊
ita narrationẽ ꝯtexit. Quod cũ audisset
inquit iesus secessit inde in nauicula in locuz de
sertũ seorsum. Et cũ audissent turbe secute sũt
eũ pedestres de ciuitatibꝰ. Et exiens vidit tur
bam multã ⁊ misertus est eis. ⁊ curauit langui
dos eorũ hoc cõtinuo post ioãnis passionẽ fa
ctum eẽ ꝯmemorat. Unde post h̄ facta sunt il
la que primo narrata sunt. quibꝰ motꝰ herodes
dixit. Ioãnem ego decolaui. Illa eni pesteriora
debent intelligi q̃ ad herodez ꝑtulit fama. vt
moueret ⁊ hesitaret quis nã iste esse posset de
quo audiret talia cum ioãnem ipse occidisset.
Marcus aũt postea q̃ ꝑassionẽ ioãnis narra
uit. cõmemorat discipulos missos redijsse ad ie
sum ⁊ renũciasse illi oĩa que egerãt ⁊ didicerãt.
⁊ qđ dñs eis ꝙ ipse solus cõmemorat dixisse.
vt requiescerẽt pusillũ in deserto ⁊ ascẽdisse cũ
eis in nauem ⁊ isse turbas h̄ videntes ꝑuenisse
eos illuc. quaꝝ misertũ dñm docuisse multa. ⁊
hora iã ꝓgrediente factũ esse. vt de quinq̃ pa
nibus ⁊ duobꝰ piscibꝰ oẽs qui aderant pascerẽ
tur. Quod miraculũ oẽs quatuor euãgeliste cõ
memorauerũt. lucas etiã qui iã longe supra de
ioãnis passione narrauerat ex occasiõe qua di
ximus. nũc postea quã ꝯmemorauit illã herodis
hesitatiõez de dño quis nã esset. h̄ ꝯtinuo subiũ
git qđ marcus id est redijsse ad illũ apostolos. ⁊
narrasse illi quecũq̃ illi fecerãt. Et assumptis
eis secessus isse in locũ desertũ. atq̃ eo secutas
turbas. ⁊ locutũ esse de regno dei. ⁊ eos qui cu
ra indigebant sanasse atq̃ inde etiã ipso die de
clinante cõmemorat miraculũ de quinq̃ pani
bus factũ. At vero ioannes qui multũ ab eis
tribus euãgelistis eo distat. q꞉ magis in sermo
nibꝰ quos dñs habuit immorat̃ q̃ i factis que
mirabiliter fecit postea q̃ cõmemorauit eũ re
licta iudea abijsse iterũ in galileã. qđ tunc intel
ligit̃ factũ cũ alij euãgeliste dicunt eũ ioãne tra
dito isse in galileã. postea q̃ ergo id ꝯmemora
uit ioãnes in trãsitu eiꝰ ꝑ samariã multa que lo
cutus est ex occasiõe illius samaritane quã in
uenit ad puteũ cõtexit narrationi sue. ⁊ post du
os dies dicit eũ inde exijsse in galileaz. deinde
venisse in chana galilee vbi fecit de aqua vi
num. ⁊ sanasse filium reguli cuiusdã. alia vero
q̃ illũ in galilea fecisse: atq̃ dixisse alij dixerunt
ioannes tacet: sed sane ꝙ illi tacuerũt dicit ascẽ
disse eũ in die festo herosolimis ⁊ fecisse ibi mi
raculũ illud de hoĩe qui triginta octo ãnos ha
bebat in ĩfirmitate. nec habebat hoĩez a quo i
piscinã deponeret̃. in qua varijs valitudinibꝰ
affecti sanabantur. ⁊ ex hac occasione multa
eum locutum fuisse commemorat. post hoc eũ
dicit abijsse trans mare galilee quod est tiberi
adis. ⁊ secutã multitudinẽ magnam. Deinde
abijsse in montẽ. ⁊ ibi sedisse cũ discipulis suis.
primo pasca die festo iudeoruz. Tum leuatis
oculis ⁊ visa mltitudine maxima. pauisse eã de
quinq̃ panibꝰ ⁊ duobꝰ piscibꝰ. qđ ⁊ ceteri euã
geliste dicunt. Ac ꝑ h̄ preternuisisse illũ ꝑ quẽ
illi narrãdo ad huiꝰ miraculi cõmemorationez
venerunt certum est. Uerumtñ tanq̃ ex alia
narrationis via: cũ ⁊ illi tacuissent quẽ iste dixis
set ad hoc miraculũ de quinq̃ panibus occurre
runt sibi ⁊ illi tres qui pene pariter ambulãt: ⁊
iste q sermonũ dñi alta ꝯsectãs. ꝑ alia q̃ illi tacu
erũt circũuolauit quodãmõ. ⁊ eis ad miraculuz
de q̄nq̃ panibꝰ parit̃ ꝯmemorandũ nõ multo
post ab eis rursus in altiora reuolaturus occur
rit. ¶ Cap. xlvi.

S Equitur ergo matheus. Et ad ipsum de qui
q̃ panibꝰ factum narrationem suam
ex ordine ita perducit. vespere autẽ fa
cto accesserunt ad eũ discipuli eius dicentes.
Desertus est locus. ⁊ hora iaz preterijt. dimit
te turbas. vt euntes in castella emãt sibi escas
Jesus autẽ dixit eis. Non habent necesse ire.
date illis vos manducare ⁊ cetera. vsq̃ ad il
lud vbi ait. Manducantiũ aũt fuit numerus
quinq̃ milia virorum exceptis mulieribus: ⁊
paruulis. hoc ergo miraculum quod omnes q̃
tuor euangeliste commemorant ⁊ putant inter
se aliquid discrepare considerãdũ atq̃ tractã
dum est: vt ex hoc etiã ad cetera siĩa regule lo

ctionũ diſcant: quibꝰ tamē diuerſis eadē tamē
ſnīa retinet: ⁊ eadē rerũ veritas cuſtodit. Et
incboanda gdē eſt ꝯſideratio nõ a matheo ſcḋm
ordinē euãgeliſtaꝝ: ſꝫ a iohbne potiꝰ a q̃ ita exp̃ſ
ſa eſt iſta narratio: vt etiã noia diſcipuloꝝ dicēt
cũ gbꝰ de hac re locutꝰ ē dñs. Jta eni dicit. Cuꝫ
ſubleuaſſet ğ oculos ihs ⁊ vidiſſet: q: multitu-
do maxima venit ad eũ dixit ad philippũ: Vñ
ememꝰ panes vt mãducent hi. Hoc aũt dice
bat tēptãs eũ. Jp̃e eni ſciebat gd eēt facturus.
Reſpõdit ei philippꝰ. Ducētoꝝ denarioꝝ pa-
nes nõ ſufficiũt eis: vt vnuſqſqꝫ modicũ gd ac
cipiat. Dixit ei vnꝰ ex diſcipulis eiꝰ andreas fra
ter ſymonis petri. Eſt puer vnꝰ h̃ q hꝫ gnqꝫ pa-
nes ordeaceos: ⁊ duos piſces. Sed h̃ gd int̃ tã
tos ſunt? Dixit ğ ihesus: Facite hoïes diſcũbē.
Erat aũt fenũ multum in loco. Diſcubuerunt
ergo viri numero q̃ſi gnqꝫ milia. Accepit ergo
ihs panes: ⁊ cũ gr̃as egiſſet diſtribuit diſcũbē-
tibus. Siſiter ⁊ ex piſcibꝰ quantũ volebãt. Ut
aũt impleti ſunt dixit diſcipulis ſuis. Colligite
que ſupauerũt fragmēta: ne pereãt. Collegerũt
ergo ⁊ ipleuerũt .xij. cophinos fragmentoꝝ ex
gnqꝫ panibꝰ ordeaceis q ſupfuerũt his q mãdu
cauerant. Nõ hic q̃rit quid iſte dixit cuiuſmo-
di eſſent panes: ordeaceos eni fuiſſe nõ tacuit:
qḋ ceteri tacuerũt. Nec h̃ q̃rit qḋ iſte non dixit
fuiſſe ibi etiã pret̃ gnqꝫ milia virorũ paruulos
⁊ mulieres qḋ dicit matheꝰ. Et oino iã certum
eē debet: ⁊ regularit̃ teneri in talibꝰ queſtioni-
bus neminē moueri oportere: cuꝫ ab alio dicit̃
qḋ ab alio pretermittit̃. Sꝫ querit̃ qũo ea q̃ di-
xerint vera ſint oia: ne narrationē alteriꝰ nar-
rans aliud alt̃ excludat. Si eni dñs ſcḋm narra-
tionē iohãnis ꝓſpectis turbis q̃ſiuit a philip-
po tēptãs eũ: vñ illis eſce dari poſſent põt mo
uere qũo ſit verũ qḋ alij narrauerũt prius dixiſ
ſe diſcipulos dño vt dimittēt turbas q̃ poſſent
ſibi alimēta emere de ꝓximis locis. Quibꝰ ille
rñdit ſcḋm matheũ: nõ habēt neceſſe ire: date eis
vos mãducare. Cui etiã marcꝰ lucaſqꝫ ꝯſenti-
unt: tñ h̃ pretermittētes: qḋ ait: nõ hñt neceſſe
ire. Jntelligit̃ ğ poſt hec verba dñm inſpexiſſe
multitudinē ⁊ dixiſſe philippo qḋ iohãnes cõ-
memorat. iſti aũt pretermiſerũt. Deinde quod
philippus apud iohãnē rñdit. h̃ marcꝰ a diſci-
pulis rñſuꝫ eē cõmemorat: volens intelligi h̃ ex
ore ceteroꝝ philippũ rñdiſſe: quãqꝫ ⁊ pluraleꝫ
numerũ ꝓ ſingulari vſitatiſſime ponē potuerũt
Qḋ ğ ait philippꝰ ducētoꝝ denarioꝝ panes nõ
ſufficiũt eis: vt vnuſqſqꝫ modicũ gd accipiat: h̃
eſt dicere qḋ ait marcꝰ. eũtes ememꝰ ducentis
denarijs panes: ⁊ dabimꝰ eis manducare. Qḋ
aũt cõmemorat idē marcꝰ dixiſſe dñm quot pa
nes habetis ꝑtermiſerũt ceteri. Qḋ aũt andre-
as apud iohãnē de gnqꝫ panibꝰ ⁊ duobꝰ piſcibꝰ
ſuggeſſit. h̃ ceteri pluralē numeruꝫ ꝓ ſingulari
ponētes: ex diſcipuloꝝ ꝑſona retulerũt. Et lu-
cas quidē rñſionē philippi ⁊ rñſionē andree: in
vnã ſnīam cõſtrinxit. Qḋ eni ait: nõ ſunt nobis
plus q̃ꝫ gnqꝫ panes ⁊ duo piſces andree retu-
lit reſpõſionē. Qḋ vͦ adiũxit: niſi forte nos ea
mus ⁊ emamꝰ in oēm hãc turbã eſcas videt̃ ad
rñſionē philippi ꝑtinē: niſi qḋ de ducētis dena
rijs tacuit: quãqꝫ ⁊ ipſiꝰ andree ſnīa põt h̃ intel-
ligi. Cũ eni dixiſſet: eſt puer vnꝰ h̃ qui hꝫ gnqꝫ
panes ordeaceos ⁊ duos piſces adiũxit etiã ip̃e
Sꝫ h̃ quid ſunt int̃ tantos: h̃ eſt dicē: niſi forte
nos eamꝰ ⁊ emamꝰ in oēm hãc turbã eſcas. Ex
qua vniuerſa varietate v̾boꝝ rerũ aut ſnīarũqꝫ
ꝯcordia ſatis apparet ſalubrit̃ nos doceri nihil
querēdũ in verbis niſi loquētiũ voluntatē cui
demõſtrãde inuigilare debēt oēs veridici nar-
ratores: cũ de hoie vel de angelo vł de deo nar
rãt. hoꝝ eni volũtas v̾bis ꝓmi põt: ne de ip̃a in
ter ſe aligd diſcrepēt. Sane ꝑtermittē nõ opor-
tet h̃ loco intētũ. ⁊ ad cetera q̃ talia forte occũr
rerint facē lectorē: q: lucas dixit gnq̃genos iuſ-
ſos eē diſcũbere. marcꝰ vͦ ⁊ quinq̃genos ⁊ cen
tenos. Qḋ hic iõ nõ mouet: q: vnꝰ ꝑteꝫ dixit: alt̃
totũ. Qui eni etiã de cētenarijs retulit. h̃ retu-
lit qḋ ille ꝑtermiſit. Nihil itaqꝫ ꝯtrariũ eſt. Ue
rũtñ ſi aliꝰ de gnq̃genis tñ cõmemoraſſet. aliꝰ
tñ de cētenis: valde videret̃ eē ꝯtrariũ nec facile
dinoſcētur vtrũqꝫ dictũ eeꝫ vnũ: aut ab altero
alterũ ab altero eē cõmemoratũ. Et tñ attētius
ꝯſideratũ inueniri debuiſſe qs nõ fateat̃. Hoc
ideo dixi q: exiſtũt ſepe aliq̃ eiuſmodi q̃ parũ in
tendētibꝰ ⁊ temere iudicãtibꝰ ꝯtraria videant̃
⁊ non ſint. ¶ Caplm. xlvij.

SEqtur matheꝰ ⁊ dicit. Et dimiſſa tur-
ba aſcēdit in montē ſolus orare. Ueſpe
re aũt facto ſolus erat ibi. Nauicula au
tem in medio mari iactabat̃ fluctibus. Erat
eni contrarius ventus. Quarta aũt vigilia no-
ctis venit ad eos ambulãs ſupra mare. Et vi-
dentes eũ ſupra mare ambulantē turbati ſunt
dicentes: Quia fantaſma eſt ⁊c̄. vſqꝫ ad illud
vbi ait. Uenerũt ⁊ adorauerunt eum dicentes
Uere filius dei es. Marcus quoqꝫ h̃ ideꝫ poſt
narratum de gnqꝫ panibꝰ miraculũ ita ſequitur
Et cum ſero eſſet erat nauis in medio mari et
ipſe ſolus in terra: ⁊ videns eos laborantes in
remigando. Erat eni ventus contrarius eis ⁊
cetera ſimiliter niſi q̄ꝫ de petro ſup aquas ambu
lare nihil dixit. Hoc aũt ne moueat precauen-
dum ē qḋ marcus dixit de domino cuꝫ ambu
laret ſup aquas ⁊ volebat ꝑterire eos. Qũo eni
hoc intelligere potuerũt: niſi quia in diuerſum
ibat eos volēs tanq̃ꝫ alienos preterire: a gbus

ita nō agnoſcebatur vt phantaſma putaretur.
Qđ ad miſticā ſignificationē referri: quis vſqꝫ
adeo tardus ē ut nolit aduertere. Sꝫ tñ turba-
tis ⁊ exclamātibꝰ ſubuenit fides dicens fidite:
ego ſū noli timē. Quō ġ volebat eos ꝑterire q̊s
pauētes ita ꝯfirmat niſi qꝛ illa volūtas ꝑtereū
di ad eliciēdū illū clamorē valebat cui ſbueniri
oportebat: Joānes etiā adhuc cū iſtiſ aliquātu
lū immoratur. Naꝫ poſt narratū de qnqꝫ pani
bus miraculū: ipſe quoqꝫ h̄ de laborāte nauicu-
la ⁊ de ambulatione domini ſuper aquas non
tacet ita cōtexens. Jheſus ergo cū cognouiſſet
quia venturi eſſent vt caperent eū ⁊ facerēt eū
regem: fugit iterū in montem ipſe ſolus. Ut au
tem ſero factum eſt deſcenderūt diſcipuli eiꝰ ad
mare. Et cū aſcendiſſent nauē venerunt traus
mare in cabparnaū. ⁊ tenebꝛe iam facte erant
⁊ non venerat ad eos iheſus. Mare autem
vento mago flantem exurgebat ⁊ cetera. Ni-
hil hic cōtrariuꝫ videri pōt: niſi ꝙ matheus di
miſſis turbis euꝫ dicit aſcendiſſe in montē. vt
illic ſolus oraret. Joannes autē in montē fugiſ
ſe cū eaſdem turbas dimiſiſſet quas de quiqꝫ
panibus pauit. Sed cum ⁊ ipe ioannes dicat
poſt illud miraculum fugiſſe iterū eum in mon
tem. ne a turbis tenētur que cū volebant regeꝫ
facere. vtiqꝫ manifeſtum eſt ꝙ de monte in pla
niora deſcenderat: quādo illi panes turbis mi
niſtrati ſunt. Et ideo nō eſt cōtrarium ꝙ aſcen-
dit rurſus in montē. ſicut ⁊ matheus ⁊ ioānes
dicunt. niſi ꝙ matheus dicit ⁊ aſcendit. ioānes
autē fugit qđ eſſet cōtrariū. ſi fugiens nō aſcē-
deret. Nec illud repugnat quod mathēꝰ dixit
aſcendit in montem ſolus orare. ioannes autē
cum cognouiſſet inquit: quia venturi eſſent. vt
facerent eum regem. fugit iterum in montem
ipſe ſolus. Neqꝫ enim cauſe orandi ꝯtraria eſt
cauſa fugiendi: quandoquidē dominus ⁊ hic
transfigurans in ſe corpus humilitatis nr̄e. vt
cōforme faceret corpori glorie ſue, ꝑ id quoqꝫ
docebat hanc eſſe nobis magnam cauſam oran
di: quando eſt cauſa fugiendi. Nec illud aduer
ſum eſt ꝙ matheus prius eū dixerit iuſſiſſe di
ſcipulos aſcendere in nauiculā. ⁊ precedere euꝫ
trans fretū donec dimitteret turbas. Ac deiñ
dimiſſis turbis aſcendiſſe in montē ſolū orare.
ioannes vero prius euꝫ fugiſſe cōmemorat ſo
lum in montem: ac deinde: vt autē ſero factum
eſt inquit: deſcenderunt diſcipuli eius ad mare
⁊ cum aſcendiſſent nauem ⁊ cetera. Quis eniꝫ
non videat hoc recapitulando ioannem poſt-
ea dixiſſe: factum a diſcipulis. quia iam ieſus
iuſſerat anteqꝫ fugiſſet in monteꝫ ſicut ſolet in
ſermone ad aliquid pretermiſſuꝫ rediri quodā
modo. Sed quia ipſe reditus maxime in bre-
uitate ac puncto temporis factus non comme
moratur: putant plerunqꝫ quod audiunt hoc
etiam poſtea factum eſſe quod poſtea dicitur.
Sic etiam quos dixerat aſcendiſſe nauem: et
veniſſe trans mare in capharnauꝫ: dicit ad eos
in mari laborantes veniſſe dominum ambulā
tem ſuper aquas qđ vtiqꝫ prius in ipſa naui-
gatione factum eſt: qua veniebant capharnaū
Lucas autem poſt narratum de quinqꝫ panibꝰ
miraculum pergit in aliud ⁊ ab ordine iſto di-
greditur. neqꝫ enim aliquid de nauicula illa cō-
memorat: ⁊ de via domini ſuper aquas: ſed cū
dixiſſet ⁊ manducauerunt omnes ⁊ ſaturati ſūt:
⁊ ſublatum eſt quod ſuperfluit illis fragmēto-
rum cophani duodecim. deinde ſubiunxit: ⁊ fa
ctum eſt cum ſolus eſſet orans erant cuꝫ illo et
diſcipuli: ⁊ interrogauit illos dicens. Quem me
dicunt eſſe turbe. Jam deinceps aliud narrās:
nō ꝙ illi tres dominum ambulanteꝫ ſuper aq̄s
veniſſe ad nauigantes diſcipulos retulerunt.
Nec ideo putari debet in illo monte quo eum
dixit mathēꝰ aſcendiſſe vt ſolus oraret dixiſſe
diſcipulis quē me dicunt turbe. Lucas eniꝫ vi
detur in hoc congruere matheo: quia dixit: cuꝫ
ſolus eſſet orans: cum ille dixiſſet: Aſcendit in
montem ſolus orare. ſed omnino alibi cum ſo-
lus oraret: ⁊ eſſent cum illo diſcipuli: h̄ interro
gauit. Solus quippe lucas fuiſſe dixit: non ſine
diſcipulis ſicut matheus ⁊ iohannes; quando
ab illo diſceſſerunt vt precederent eum trans
mare. Jſte nanqꝫ apertiſſime adiunxit: Erant
cum illo ⁊ diſcipuli. Proinde ſolus dixit: ſine
turbis que cum illo non habitabant.

Capitulum .xlviij.

Sequitur Matheus dicens. Et cum
transfretaſſent venerunt in terram ge
neſar. Et cum cognouiſſent eum viri
loci illius: miſerunt in vniuerſam regionem
illam. ⁊ obtulerunt ei omnes male habentes:
⁊ rogabant eum vt vel fimbriam veſtimenti
eius tangerent. Et quicunqꝫ tetigerunt ſalui fa
cti ſunt. Tunc acceſſerunt ad eum illi ab ieroſo
limis ſcribe ⁊ phariſei dicentes. Quare diſcipu
li tui tranſgrediuntur traditiones ſeniorum.
Non enim lauant manus ſuas cum paneꝫ mā
ducant ⁊ cetera: vſqꝫ ad illud vbi ait. Non lo
tis manibus manducare coinquinat homineꝫ
hoc ⁊ Marcus commemorat ſine aliqua repu
gnantie queſtione. Quicquid enim diuerſo mo
do ab alio dicitur ab eadem ſententia non re-
cedit. Johannes autem ab illa nauicula ad
quam dominus ſuper mare ambulans venit:
poſtea quam exierunt in terraꝫ more ſuo in ſer
mone dñi interꝰ eū occaſione panis multa ꝑci-
pueqꝫ diuina locutum eſſe cōmemorat. poſtqꝫ

ſermonē ipꝫ rurſus i aliudatqꝫ aliđ eiꝰnarratio ſublimiter fertur. nec tamen in eo ꝙ ab iſtis digreditur: aliquid ordini iſtorum: illiꝰ in alia trāſitus aduerſatur. Quod eni prohibet itelligere ⁊ illos eſſe ſanatos a domino. de quibus narrāt matheus ⁊ marcus. ⁊ illi s qui eum ſecuti ſūt tranſ mare. hec eum locutum eſſe que predicat ioannes. Quandoquidē capharnaū quo dicit ſm ioannem tranſfretaſſe: iuxta ſtagnum eſt geneſar ad quam terram ſm matheum dicuntur exiſſe. ¶ Cap. xlviiij.

S Equitur itaqꝫ matheus poſt illum ſermonē domini: vbi de nō lotis manibꝰ cū phiſeis egit atqꝫ ita ꝯſerit narratiōis ordinē ꝙtuꝫ ipſe trāſitus indicat rerū ordinē etiā q̄ cōſecute ſunt ſeruans. Et egreſſus inquit inde ihesus ſeceſſit in partes tyri ⁊ ſidonis Et ecce mulier cananea a finibus illis egreſſa clamauit dicens ei. Miſerere mei domine fili dauid. filia mea male a demonio vexatur. Qui nō reſpondit ei verbum ⁊c. vſqꝫ ad illud vbi ait. O mulier magna eſt fides tua. fiat tibi ſicut viſ Et ſanata eſt filia eius ex illa hora. hoc de muliere chananea: etiā marcus cōmemorat eundē rerum geſtarum ordinē ſeruans. nec referens aliquam repugnantie queſtionē. niſi ꝙ in domo dicit fuiſſe dominū. cum ad illum venit eadē mulier pro filia ſua rogans. Matheus autem poſſet quidez facile intelligi de domo tacuiſſe eādē tamē rem cōmemoraſſe: ſed quoniaꝫ dicit diſcipulos domino ita ſuggeſſiſſe dimitte illā quoniā clamat poſt nos. nihil videtur aliud ſignificare ꝙ poſt dominū ambulantē mulierez illam deꝓcatorias voces emiſiſſe. Quomodo ergo in domo: niſi quia intelligendū eſt dixiſſe quidē marcum ꝙ intrauerit vbi erat ieſus. cū eum predixiſſet fuiſſe in domo: Sed quia matheus ait: nō reſpondit ei verbum. dedit agnoſcere ꝙ ambo tacuerunt in eo ſilentio egreſſum fuiſſe ihesum de domo illa. atqꝫ ita cetera cōtexuntur que iam in nullo diſcordant. Quod eni marcus cōmemorat ei dominū reſpōdiſſe de pane filiorū nō mittēdo canibus. illis interpoſitis dicta ſunt. que matheus dicta non tacuit ideſt quia diſcipuli rogauerunt eum pro illa. ⁊ quia reſpondit nō ſe eſſe miſſum niſi ad oues que perierunt domus iſrael. ⁊ qꝛ illa venit ideſt cōſecuta eſt. ⁊ adorauit eū dicēs. Domine adiuua me. tunc deinde dictum eſt. ꝙ euangeliſte ambo cōmemorāt ¶ Cap. l.

S Equitur matheus ita narras. Et cum tranſiſſet inde ihesus. venit ſecus mare galilee. ⁊ aſcendens in montem ſedebat ibi. ⁊ acceſſerunt ad eum turbe multe. habentes ſecū mutos claudos ⁊ debiles cecos ⁊ alios multos ⁊ proiecerent eos ad pedes eius. ⁊ curauit eos ita vt turbe mirarentur. videntes mutos loquentes claudos ambulantes. cecos videntes. ⁊ magnifiacabant dominū iſrael Jheſus autem cōuocatis diſcipulis ſuis dixit. Miſereor turbe qꝛ iam triduo perſeuerāt mecum. ⁊ nō habent qđ mādecent ⁊c. vſqꝫ ad illud vbi ait. Erant eniꝫ qui manducauerūt quatuor milia hominū extra paruulos ⁊ mulieres Hoc aliud miraculū de ſeptem panibus ⁊ paucis piſcibus. et marꝰ ꝯmemorat eodē pene ordine niſi qꝛ iterponit qđ nullꝰ alius dicit. de ſurdo cui dominus aures aperuit: ſpuens ⁊ dicēs effeta qđ eſt ad apire. Hoc ſane non ab re fuerit admonere in hoc miraculo de ſeptē panibꝰ quod duo euangeliſte matheus marcuſqꝫ poſuerunt. ⁊ ſi aliquis eoruꝫ id dixiſſet: qui de illis quinqꝫ panibus non dixiſſet cōtrarius ceteris putaretur. Quis enim non exiſtimaret vnum idēqꝫ factum eſſe. Non autē integre ⁊ veraciter. ſiue ab illo. ſiue ab alijs. ſiue ab omnibus fuiſſe narratū. ſed aut illū pro quinqꝫ panibus ſeptem dum falleretur cōmemoraſſe: aut illos per ſeptem quinqꝫ: aut vtroſqꝫ mētitos vel obliuiōe deceptos. h ⁊ de duodecim cophanis. ⁊ de ſeptem ſportis opinaretur quaſi ꝯtrarium. Hoc de quinqꝫ milibus ⁊ quatuor milibus eorum qui paſcerentur. Sed quia illi qui miraculum de ſeptem panibus narrauerunt, nec illud de quinqꝫ tacuerūt neminez mouet. ⁊ vtrūqꝫ factum omnes intelligunt. Hoc ideo diximus vt ſic vbi ſimile inuenitur factū a domio quod in aliquo alteri euangeliſte ita repugnare videātur. vt omnino ſolui nō poſſit nihil aliud intelligatur ꝙ vtrūqꝫ factū eſſe: ⁊ aliud ab alio cōmemoratum ſicut de centenis. ⁊ quinquagenis diſcumbentibus cōmemorauimus. Quia ſi nō etiam illud vtrūqꝫ apud vnuminunirere mus ꝯtraria ſingulos dixiſſe putaremꝰ.

¶ Capitulum .lj.

S Equitur matheus ⁊ dicit. Et dimiſſa turba aſcendit in maniculam: ⁊ venit in fines magedan ⁊c. vſqꝫ ad illud vbi ait. Generatio mala ⁊ adultera ſignum querit. ⁊ ſignum nō dabitur ei niſi ſignuꝫ ione prophe. Hoc iam ⁊ alibi dixit idez matheus. Unde etiā atqꝫ retinendum eſt ſepius dominum eadem dixiſſe vtqꝫ exiſtente cōtrario ſolui nō potuerit bis dictum intelligatur. Nunc ſane ordinē etiā marcus tenens poſt illud de ſeptem panibus miraculum. hoc idem ſubijcit qđ matheuſ. niſi ꝙ dalmanutha quod in quibuſdā codicibus legitur: non dixit matheus: ſed magedā. Nō aūt dubitandum eſt eundem locum eſſe ſub vtroqꝫ nomine. Nā pleriqꝫ codices: nō hn̄t etiā ſecūm

marcum nisi magedan. Nec illud moueat ꝙ marcus nõ dicit responsum esse querẽtibus signũ de celo idẽ ꝙ matheus de iona: sed ait dñz respondisse signum: nõ dabitur ei. Intelligẽduz est enim quale petebãt. hoc ẽ de celo. pretermisit aũt dicere de iona ꝙ matheus ꝯmemorauit

Capitulum liij.

SEquit matheus. Et relictis illis abijt ⁊ cõuenissent discipuli eius trans fretũ obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis. Intuemini ⁊ cauete a fermẽto phiseoꝝ ⁊ saduceoꝝ ⁊c̃. vsqꝫ ad illud vbi ait. Tunc intellexerũt quia nõ dixẽit cauẽdũ a fermẽto panuz: sed doctrina phiseoꝝ ⁊ saduceoꝝ. hec eadẽ etiã marcus ⁊ eodẽ ordine digerit.

Cap. liiij.

SEquitur matheus. Uenit aũt ihesus in partes cesaree philippi ⁊ interrogabat discipulos suos dicẽs. Quem dicunt homines esse filium hominis. At illi dixerũt. alij ioannẽ baptistam. alij aũt heliam. alij vero ieremiam. aut vnũ ex prophetis ⁊c̃. vsqꝫ ad illud vbi ait. Et qđcunqꝫ solueritis sup terraz erit solutum ⁊ in celis. hoc eodẽ pene ordine marcꝰ narrat sed interposuit primo de ceco illuminato. ꝙ solus ipse cõmemorat dẽ illo qui dixit domino. Uideo homines sicut arbores ambulantes. Lucas autẽ post miraculũ illud de quinqꝫ panibus hoc recordatur atqꝫ iusserit. Cuius recordationis ordo sicut supra iam oñdimus: nihil repugnat ordini istoꝝ. Sed potest illud mouere: qđ lucas: dominũ interrogasse discipulos suos quẽ illum dicerẽt homines: tunc dixit. cuz esset solus orans ⁊ adessent etiam ipsi. Porro autẽ marcus in via dicit illos hoc ab eodẽ interrogatos. Sed eum mouet qui nunqꝫ orauit in via. Jam etiã me recolo dixisse. ne quis arbitretur ꝙ hic petrus nomẽ accepit. vbi illi ait Tu es petrus. ⁊ sup hãc petraz edificabo ecclesiam meam. Non enim accepit hoc nomen. nisi vbi ioannes cõmemorat ei dictum esse: tu vocaberis zephas qđ interp̃tatur petrus. Unde nec illo loco vbi marcus. xij. discipulos nominatim cõmemorans: dixit appellans iacobum ⁊ ioannem filios tonitrui. Arbitranduz est nomẽ accepisse petrum. quia dixit illic ꝙ imposuerit ei nomẽ vt vocaretur petrus. hoc enim recolẽdo dixit nõ ꝙ factũ sit.

Ca. liiij.

SEquitur matheus ⁊ dicit. Tunc p̃cepit discipulis suis. vt nemini dicerẽt quia ipse esset christus. Et inde cepit ihesus oñdere discipulis suis. quia oporteret eum ire ierosolimã. ⁊ multa pati a senioribus ⁊ scribis ⁊c̃. vsqꝫ ad illud vbi ait. Non sapis ea que dij sunt: sed ea que hominũ hoc eodẽ ordine subnectunt marcꝰ ⁊ lucas: sed lucas de petro ꝙ passioni xp̄i cõtradixerit tacet.

Cap. lv.

SEquitur matheus. Tunc iesus dixit discipulis suis: si quis vult post me venire abneget semetipsum: ⁊ tollat crucez suam ⁊ sequatur me ⁊c̃. vsqꝫ ad illud vbi ait. Et tunc reddet vnicuiqꝫ ſm opera sua. hic ⁊ marcus subiungit eundẽ ordinẽ seruans. ſꝫ ipse nõ dicit de filio hominis venturo cum angelis suis. vt reddat vnicuiqꝫ ſm opus suũ. Cõmemorattũ etiã illud dixisse dominũ. Qui me cõfusus fuerit ⁊ mea verba in gñãtiõe ista adultera ⁊ peccatrice. filius hominis cõfitebitur eum cũ venerit in gloria sua cuz angelis suis Quod intelligi potest ad eandẽ sententiã ptinere qua dixit matheus: vt reddat vnicuiqꝫ ſm opus suũ. lucas quoqꝫ eadem eodẽqꝫ ordine annectit. nõ multuz diuerso verboꝝ modo eadez tamẽ sententiarũ veritate similius.

Cap. lvj.

SEquitur mathus. Amẽ dico vobis sũt quidam de hic stantibus: qui nõ gustabunt mortem. donec videãt filiũ hominis venientẽ in regno suo. Et post dies sex: assumpsit ihesus petrum ⁊ iacobum ⁊ ioannẽ fratrem eius. ⁊ duxit illos in montẽ excelsuz seorsum ⁊c̃. vsqꝫ ad illud vbi ait. Nemini dixeritis visionẽ. donec filius hominis a mortuis resurgat. hec visio domini in monte corã tribus discipulis. petro iacobo ⁊ ioanne. vbi etiã de celo illi testimoniũ paterne vocis phabituz est. ⁊ a tribus euangelistis eodẽ ordine cõmemorat ⁊ ad easdẽ omnino sententias. sed cetera ſm ea genera locutionũ diuersa: sine vlla sniaruz diuersitate q̃ multis locis supius demõstrauimꝰ videri a legẽtibus possunt. Quod autẽ marcus post sex dies factum dicit sicut matheus: lucas autẽ post. viij. nõ cõtemnẽdi sunt. si quos mouet: sed ratione debita instruendi. Dies enim aliquando ãnũciamus dicentes: post tot dies. aliquando nõ admiramus eum in quo loquimur ⁊ eum quo res ipa futura est quam prenũciamus vl' policemur: ſꝫ medios post quos reuera plenos atqꝫ integros: illud futurum est. hoc fecit matheus ⁊ marcus excepto eo die quo hoc loquebatur ihesus. ⁊ illo quo exhibuit memoratam in monte visionẽ medios dies intuentes dixerũt post sex dies ꝙ ille admiratis finalibꝰ idest primo atqꝫ vltimo dixit post octo dies eo loquendi modo quo pars pro toto cõmemoratur. Itẽ qđ lucas ait de moyse ⁊ helia. Et factũ est dũ discenderẽt ab illo ait petrus ad ihesum Preceptor bonũ est nos hic eẽ ⁊ cetera. Nõ debet putari ꝯtrariũ. eo ꝙ matheus marcusqꝫ ita cõiunxerunt petrũ hoc suggessisse. quasi adhuc moyses ⁊ helias cum domino loquerẽtur. Nõ enim expresserũt qđ tunc: sed tacuerunt potiꝰ

qꝺ iste addidit illis discedentibus. hoc petrum
de tribus tabernaculis faciendis dn̄o sugges-
sisse addidit: Etiã lucas intrãtibꝰ illis in nubẽ
factã esse vocẽ de nube qꝺ illi non dixerũt: sed
nec contradixerunt. ¶ Capitulũ .lvij.

S Equit matheꝰ. Et interrogauerunt eũ
discipuli eius dicẽtes: Quid ergo scri-
be dicũt: ꝙ heliã oportear primũ veni-
re. At ille respõdens ait eis: Helias quidẽ ven
turus est: ⁊ restituet omnia. Dico aũt vobis: qꝛ
helias iam venit: ⁊ nõ cognouerũt eũ: sed fece-
runt in eũ quecũqꝫ voluerũt. Sic ⁊ filius homi
nis passurus ẽ ab eis. Tunc intellexerũt disci-
puli eius: qꝛ de iohanne baptista dixisset eis. Hoc
idẽ marcus etiã hunc ordinẽ seruãs cõmemo-
rauit: ⁊ in nõnulla diuersitate verboꝝ. nusqꝫ tñ
ab eiusdẽ sn̄ie vitate discessit. Sꝫ ipse nõ addi-
dit: itellexisse discipulos: ꝙ ioãnẽ dn̄s sig̃ficasset
dicendo: ꝙ helias iam venerit. ¶ Capi. lviij.

S Equit matheus ⁊ dicit. Et cum venis
set ad turbã: accessit ad eũ homo geni-
bus ꝓuolutis ante eũ dicens: Dñe mi
miserere filij mei: quia lunaticus ẽ: ⁊ male pati
tur ⁊c̄. vsqꝫ ad illud vbi ait. Hoc genꝰ non eijci
tur nisi ꝑ orationẽ ⁊ ieiuniũ. hoc ⁊ marcus ⁊ lu
cas eodem etiam ordine memorant sine vlla re
pugnantie questione. ¶ Capitulũ .lix.

S Equit matheus dicens. Conuersanti
bus aũt eis in galilea dixit illis ihesus:
Filiꝰ hoĩs tradendus est in manꝰ homi-
nũ: ⁊ occidẽt eũ. Et tertio die resurget ⁊ contri
stati sunt vehementer. hoc eodem ordine mar
cus lucasqꝫ commemorant. ¶ Capitulũ .lx.

S Equitur matheus. Et cũ venissent ca-
pharnaũ accesserunt qui dragma accipi
ebant ad petrũ. Et dixerũt ei. Magi-
ster vester nõ soluit dragma. Ait etiam ⁊c̄. vsqꝫ
ad illud vbi ait: Inuenies staterẽ illũ: sumens
da illũ pro me ⁊ te. hoc solus iste cõmemorat: q̊
interposito eundẽ ordinem sequitur in q̊ cũ eo
etiã marcꝰ ⁊ lucas parit ambulãt. ¶ Capi. lxi.

S Equit ergo matheus ⁊ dicit. In illa ho-
ra accesserunt discipuli ad iesum dicen
tes: Quis putas ẽ maior in regno celo
rum: ⁊ aduocãs paruulũ statuit eũ in medio eo
rum ⁊ dixit. Amẽ dico vobis: nisi ꝯuersi fueri-
tis: ⁊ efficiamini sicut paruuli nõ intrabitis in
regnũ celorum: vsqꝫ ad illud vbi ait. Sic ⁊ pat
meus celestis faciet vobis. Si nõ remiseritis
vnusquisqꝫ fratri suo de cordibus vr̄is. Ex isto
aliquanto ꝓlixiore dn̄i sermone non omnia sed
quedã marcus eundẽ sequẽs ordinem posuit:
quedã etiã ipse que matheꝰ non dicit: inseruit.
Totus aũt sermo quousqꝫ eũ cõsiderandũ susce
pimus a petro solo interpellat querẽte: quoti-
ens fratri debeat ignosci. Talia eni dn̄s loque
bat vt satis eluceat: etiam hoc qꝺ petrus inter-
rogauit. eiqꝫ respõsum est ad eundẽ pertinẽ ser
monẽ. Lucas aũt nisi illud de paruulo quẽ cõ-
stituit ante discipulos imitandũ: cũ de sua ma-
gnitudine cogitarẽt. nihil hoc ordine seruato cõ
memorat. Siqua eni alia similiter dixit que ⁊
in isto sermone sunt posita alibi ⁊ ex alijs occasi
onibus dicta recoluit. sicut iohãnes de remissi
one peccatorũ. qꝺ tenebunt sicuti tenuerint. ⁊
dimittent sicut dimiserint post resurrectionẽ
a domino dictũ cõmemorat. cum matheus in
hoc sermone dn̄m hoc dixisse meminerat: qꝺ ⁊
petro ante dictum fuisse idem ipse testat. Ea-
dem itaqꝫ sepe ac pluribꝰ locis ihesum dixisse:
Necubi moueamur si ordo dictoꝝ quibusdã
repugnare putabitur: sicut iam totiẽs commẽ-
dauimus meminisse debeamus: ne hoc sem-
per ãmonere necesse sit. Capi. lxij.

S Equit matheus ita narrans. Et factũ
est cum consumasset ihesus sermones
istos: migrauit a galilea ⁊ venit i fines
iudee trans iordanẽ: ⁊ secute sunt eũ turbe mul
te: ⁊ curauit eos ibi. Et accesserunt eũ pharisei:
temptantes eũ ⁊ dicẽtes: scilꝫ homini dimittẽ
vxorẽ suam quacũqꝫ ex cã ⁊c̄. vsqꝫ ad illud vbi
ait. Qui põt capere capiat. hoc ⁊ marcꝰ cõme-
morat: eundẽ ordinem tenẽs. Sane vidẽdum
est ne repugnare videat: qꝺ idem marcꝰ a do-
mino dicit interrogatos phariseos qd eis moy
ses precepit atqꝫ ita illos interroganti respon-
disse de ꝑmisso sibi libello repudij: cũ matheus
dixerit verbis dn̄i quibꝰ ostẽderat ex lege deũ
cõiunxisse masculũ ⁊ feminã ⁊ ꝓpterea nõ eos
debẽ ab hoĩe separi: retulisse respõsionẽ. Quid
ergo moyses mãdauit dari libellum repudij. ⁊
dimittere quibꝰ iterũ ait. Qm̄ moyses ad duri
ciã cordis vr̄i ꝑmisit vobis dimittere vxores
vr̄as. ab initio aũt nõ sic fuit. Nã etiã marcus
hãc dn̄i responsionẽ nõ tacet. sꝫ postea qꝫ ei re-
presserint: sꝫ iudas propterea dixerit quia fur
erat: ceteri vero propter pauperum curam. Jo
annē autē de solo illo id cōmemorare voluisse:
cuius ex hac occasione furandi consuetudineꝫ
credidit intuendam. Capi. lxx.

Sequitur matheus. Tunc abijt vnus de
duodecim qui dicitur iudas scarioth
ad principes sacerdotū ⁊ ait illis. Quid
vultis mihi dare: ⁊ ego vobis eum tradam.
At illi. Cōstituerunt ei. xxx. argenteos. vsqꝫ ad
illud vbi ait. Et fecerunt discipuli sicut cōsti-
tuit illis iesus. ⁊ parauerūt pasca. Nihil i hͦ ca-
pitulo contrarium putari potest marco ⁊ luce
qui hͦ ideꝫ similiter narrant. Quod eniꝫ dicit
matheus. Ite in ciuitatem ad quendam. ⁊ di-
cite ei. Magister dicit: tempus meum prope
est: apud te facio pasca cuꝫ discipulis meis: cū
significat quem marcus ⁊ lucas patremfami-
lias vel dominum domus: in qua eis cenacu-
lum demonstratum est: vbi pararet pasca. Qd
ergo ibi posuit matheus ad quendam tanꝗ ex
persona sua: studio breuitatis illum compēdio
voluit insinuare. Si eni diceret dixisse domi-
num. Ite in ciuitateꝫ: ⁊ dicite ei. Magister di
cit: tempus meum prope est: apud te facio pas
ca: tanꝗ ciuitati dicendum esset acciperetur.
Ac per hoc non ex domini cuius mandatū nar
rabat: sed ex sua persona interposuit: ad quen-
dam iussisse dominum vt irent: ne haberet ne
cesse totum dicere: cum hͦ illi ad insinuandam
iubentis sententiam sufficere videretur. Naꝫ
neminem sic loqui vt dicat. Ite ad quendam:
quis nesciat. Si enim diceret: Ite ad quēcūqꝫ
aut ad quemlibet: posset esse integra locutio. sꝫ
non esset certus homo ad quem mitterentur:
cum eum circum ostendāt: ꝗuis tacito nomi-
ne: marcus ⁊ lucas. Sciebat quippe dominꝰ
ad quem mitterentur: vt auteꝫ eum etiam illi
quos mittebat inuenire possent: premonuit ꝙ
indicium sequerentur de homine gestante aque
lagenam vel anphoram: vt eum secuti ad do
mum quam volebant venirent. Cuꝫ itaqꝫ nō
hic posset dici. Ite ad quemlibet quod integri-
tas quidem locutionis admittit: sed hoc loco
rei huius que insinuabatur veritas non ad-
mittit: quanto minus hic dici potuit. Ite ad quē
dam ꝙ omnino nunquam recta locutione dici
potest. Sed plane discipulos a domino non ad
quemlibet sed ad quendam hominem: idest
ad certum aliquem missos esse manifestum ē
Quod nobis ex persona sua recte potuit euan-
gelista narrare: vt diceret: Misit eos ad quen
dam: vt dicerent ei. Apud te facio pasca. Po
tuit etiam sic: Misit eos ad quendam di-
cens: Ite dicite ei. Apud te facio pasca. Ac
per hoc cum verba dn̄i posuisset dicentis: Ite
in ciuitatē: interposuit ipse ad quendā. nō q: hͦ
dn̄s dixerit: sed vt ipse nobis insinuaret tacito
noīe fuisse quēdā ī ciuitate ad quē dn̄i discipu

li mittebãť vt prepararẽt pasca. Ac sic post hãc ex persona sua interpositionẽ duoꝝ verborum sequereť ordinẽ verboꝝ domini dicentis. Et dicite ei. Magister dicit. Jam enim si queras cui recte respondetur, illi cuidã homini ad quẽ misisse insinuauit euangelista: cũ ex persona sua interposuisset ad quendaz. Minus quidẽ vsitata locutio: sed tamẽ sic intellecta integerrima est. Aut si habet aliquid proprietatis hebrea lingua quaz perhibeť scripsisse matheus: vt etiaz totũ ex persona dñi dictũ locutionis integritate nõ careat videant qui nouerunt. Sane ita posset etiã latine dici. si dicereť. ite in ciuitatem ad quendã quaz vobis demonstrauerit homo qui vobis occurrerit lagenã aque portans. hoc modo iubẽti sine ambiguitate posset obtemperari. Velut etiã si diceret. ite in ciuitatẽ ad quendam qui manet illo aut illo loco: in tali vel tali domo cum expressione loci ⁊ designatiõe domus posset fieri. his autẽ atq; huiusmodi ceteris tacitis indicijs qui dicit. ite ad quendam ⁊ dicite ei: ⁊ ideo non posset iri: q2 certũ aliquẽ vult intelligi. cum dicit ad quendã: ⁊ nõ exprimit quomodo dinoscatur. Quod si ex persona dictuz euangeliste illud interpositũ acceperamꝰ erit quidẽ necessitate breuitatis subobscura locutio: sed tamen integra. Cum vero Marcus lagenaz dicit: quã lucas anphoram dicit ille vasis genus ille moduz significauit. Vterq; tamẽ veritatem sententie custodiuit. Sequitur matheus. Vespere autem facto discũbebat cũ duodecim discipulis: ⁊ edentibus illis dixit. Amẽ dico vobis: q2 vnus vestrũ me traditurus est. Et contristati valde ceperũt singuli dicere. Nũquid ego sum domine ⁊c. vsq; ad illud vbi ait Respondens aũt iudas qui tradidit eum dixit. Nunquid ego sum rabbi. Ait illi. Tu dixisti. In his que consideranda nunc proposuimus. nihil afferre questionis etiam ceteri euangeliste qui talia commemorant.

¶ Explicit liber secundus. Incipiunt capitula libri tertij.

¶ Capitulum. .j.

¶ De eo qđ se postea discipulis manifestauit quomodo sibi omnes euangeliste non aduersentur ⁊ latis testimonijs: ⁊ de apostolo paulo ⁊ de actibus apostolorum.

Iam: quoniam omniuz quatuor narratio in eo versatur loco: in quo necesse est eos vsq̃ in finez pariter ambulare nec multũ digredi abinuicem: sic vbi forte alius aliud cõmemorat: quod alius pretermittit: videtur mihi expeditius nos demõstrare posse omniuz euangelistaꝝ conuenientiam: si ab h iam loco omniuz omnia conteramus: ⁊ in vnã narrationem faciemq̃ digeramus. Sic ergo arbitror commodius faciliusq̃ id quod suscepimus explicari ait: aggrediamur narrationem omnia cõmemorantes cũ eorundem euangelistarum attestatione: q2 ex his omnibus quisq̃ quod potuit aut quod voluit commemorauit: vttamen ab omnibus hec omnia dicerentur: que demonstranda sunt in nullo sibi esse ꝯria.

¶ Capitulum. .j.

Hinc igitur incipiamus ſm matheum. Cenantibꝰ autẽ eis accepit iesus panem ⁊ benedixit ac fregit: deditq̃ discipulis suis ⁊ ait. Accipite ⁊ comedite hoc est corpus meũ. Hec ⁊ marcus lucasq̃ cõmemorant. Quod enim lucas de calice bis cõmemorauit: prius anteq̃ panẽ daret: deinde posteaq̃ panẽ dedit illud qđ supiꝰ dixit. ꝑoccupauit vt solet. Illud vero qđ ordine suo posuit nõ cõmemorauerat superiꝰ. Vtrunq̃ ãt coniunctuz hanc sententiã facit: que ⁊ illoꝝ est Joannes autẽ de corpore ⁊ sanguine dñi h loco nihil dixit: sed plane alibi multo vberius hinc dñm locutum esse testatur. Nunc vero dñm cũ a cena surrexisse ⁊ pedes discipuloꝝ lauisse commemorasset. reddita etiaz ratione: cur eis hoc fecerit: in qua dñs adhuc causam significauerat per testimonium scripture ab eo se tradi qui manducaret eius panez venit ad hunc locum quez tres ceteri pariter insinuant. Cum hoc dixisset inquit iesus turbatus est spiritu: ⁊ protestatus est: ⁊ dixit. Amen amẽ dico vobis quia vnus ex vobis tradet me. Aspiciebant ergo sicut idem ipse ioannes subnectit adinuicem discipuli hesitantes de quo diceret. Et contristati sunt sicut matheus ⁊ marcus dicũt: ceperunt ei singulatim dicere: Nunquid ego suz. At ipse respondens ait sicut matheus sequitur. Qui intingit mecuz manũ ĩ parapside: hic me tradet. Et sequit̃ idez matheus. Ista subnectens. Filiꝰ quidẽ hoĩs vadit: sicut scriptũ est de illo. Ve aũt homini illi: per quẽ filius hoĩs tradet̃. Bonuz erat ei si natꝰ nõ fuisset homo ille. In his ⁊ marcus h etiã ordine consonat. deinde matheꝰ subiungit. Respondẽs autẽ iudas qui tradidit eũ dixit. Nunquid ego suz rabbi? At illi. Tu dixisti. Etiã hic nõ expressuz est: vtrũ ipse esset. Potest .n. adhuc intelligi tanq̃ dixerit: tu dixisti: nõ ego dixi. Potuit etiã h dici sicut a iuda ⁊ a dño responderi: vt nõ omnes aduerterent. Deinde sequitur matheus ⁊ inserit mysteriũ corporis ⁊ sanguinis a dño discipulis datũ: sicut ⁊ marcus ⁊ lucas: sed cũ tradidisset calicẽ rursus de traditore suo locutus est: qđ lucas ꝓsequitur dicẽs. Verumtñ ecce manus tradentis me: mecũ est in mensa. Et quidẽ filius hoĩs ſm q̃ diffinituz est vadit. Verũtñ ve illi homini per quẽ tradetur. Hic iam intelligendũ est illud cõsequi: qđ ioannes narrat. isti aũt pretermiserunt. sicut ioãnes quedaz pretermisit: que illi dixerunt. Cuz ergo post traditum calicẽ dixisset dominus. qđ a luca positũ est. Veruntamen: ecce manus tradentis me mecũ est in mensa ⁊c. Coniungitur illđ ſm ioannẽ. Erat aũt recũbens vnus ex discipulis eius in sinu iesu: quẽ diligebat iesus. Innuit ergo huic symon petrus: ⁊ dicit ei. Quis est de quo dicit. Itaq̃ cũ recubuisset ille supra pectus iesu: dicit ei. Domine quis est? Respõdit iesus. Ille est cui ego intinctũ panẽ porrexero. Et cũ intinxisset panẽ: dedit iude simonis scariothis. Et post bucelam: tũc introiuit in illũ sathanas. Hic videndũ est ne nõ solũ luce qui iam dixerat intrasse sathanã in cor iude: quãdo pactꝰ est tunc cũ iudeis: vt eũ accepta pecunia traderet: sed ẽt sibijpsi ioannes repugnare videatur q2 iam dixerat superius anteq̃ istã bucelaz acciperet: ⁊ cena facta cũ diabolus imisisset in cor vt traderet eũ iudas. Quomodo .n. intrat ĩ cor nisi ĩmittendo iniquas persuasiones cogitationibus iniquoꝝ. Sed nunc intelligere debemus a diabolo iudã plenius esse possessuz: sicut contra in bono illi qui iam acceperãt spiritũ sanctũ qñ eis post resurrectionẽ insufflauit dicens: accipite spiritũ sanctũ. postea eũ cũ desuper missus esset die pentecostes: vtiq̃ plenius acceperunt. Post bucelã ergo cũ introiuit in eũ sathanas. Et sicut contexti ioãnes ipse cõmemorat: dixit ei iesus. Qđ facis: fac citius. Hoc aũt nemo sciuit discũbẽtiuz ad quid dixerit ei. Quidã .n. putabant: q2 loculos habebat iudas: q̃ dixerit ei iesus. Eme ea que opus sunt nobis ad diẽ festũ aut egenis vt aliqd daret. Cuz ergo accepisset ille bucelã exijt ꝯtinuo. Erat aũt nox. Cũ ergo exijsset dicit iesus. Nũc clarificatꝰ est filius hominis: ⁊ deus clarificatus est in eo. Et si deus clarificatꝰ est in eo: ⁊ deus clarificabit eum in semetipõ: ⁊ ꝯtinuo clarificabit eũ: filioli adhuc mo

dicũ vobiscũ sum. Queritis me: ⁊ sicut dixi iudeis: quo ego vado vos nõ potestis venire: et vobis dico modo. Mandatũ nouũ do vobis: vt diligetis inuicẽ: sicut dilexi vos: ⁊ vos diligatis inuicez: In hoc cognoscent oẽs: q: mei discipuli estis. si dilectionẽ habueritis adinuicez Dicit ei symon petrus. Domine quo vadis. Respondit iesus. quo ego vado non potes me modo sequi. Sequeris aũt postea. Dicit ei petrus. Quare nõ possum te sequi: modo animaz meã pro te ponaz. Respondit iesus. Animã tuã pro me ponis. Amen amen dico tibi: nõ cantabit gallus donec me ter neges.

Capitulum. ij.

Hoc de predicta negatione sua nõ solus ioannes: de cuius euangelio modo ista interposui: sed ⁊ ceteri tres cõmemorãt. Non sane oẽs ex vna eadẽq3 occasione sermonis ad eaz cõmorandã veniunt. Nã matheus ⁊ marcus pari prorsus ordine: ⁊ eodẽ narrationis sue loco eã subnectũt ambo. posteaq3 dominus egressus est ex illa domo: vbi manducauerant pasca. Lucas vero ⁊ ioannes anteq3 inde esset egressus. Sed facile possemus intelligere aut illos duos eadẽ recapitulando posuisse: aut istos preoccupando nisi magis moueret: quod taz diuersa non tñ verba: sed etiaz sententias domini premittunt: quibus permotus petrus illaz presumptionẽ proferet: vel cũ domino vl' pro dño moriendi: vt magis cogant intelligi ter euz expressisse presumptionẽ suaz diuersis locis sermonis xpi: ⁊ tunc illi a dño responsum: quod euz esset ante galli cantũ ter negaturus. Neq3 enim incredibile est aliquantuz distinctis interuallis tẽporis petruz cõmotuz esse ad presumẽdum sicut ad negandũ: vel ei dñm aliquid ter similiter respondisse: quandoquidẽ etiã contexti nullis alijs interpositis rebus aut verbis post resurrectionẽ ter illũ interrogauerit: vtruz euz amet: ⁊ ei ter hoc idem respondẽti: etiã ipsi mãdatũ de pascendis ouibus suis vnũ idemq3 ter preceperit. Hoc aũt esse credibilius: qd' ter ostẽderit presumptionẽ suam petrus ⁊ de trina sua negatione ter a dño audierit ex ipsis euangelistarum verbis: que a dño dicta diuerse ac diuersa cõmemorant: sic probatur. Ecce meminerimus: qd' nunc interposui ex euangelio ioannis. Hoc certe dixerat filioli: adhuc modicũ vobiscum sum. Queritis me: ⁊ sicut dixi iudeis: quo ego vado vos nõ potestis venire: ⁊ vobis dico modo. Mandatũ nouũ do vobis vt diligatis inuicem: sicut dilexi vos: ⁊ vos diligatis inuicẽ In hoc cognoscent oẽs: q: mei discipuli estis: si dilectionẽ habueritis adinuicem. Dicit ei symon petrus. Dñe quo vadis. Nempe hic manifestũ est ex illis verbis motũ esse petrum. Ut diceret dñe quo vadis: q: dicentẽ audierat: quo ego vado vos nõ potestis venire. Respondit iesus eidem petro. Quo ego vado nõ potes me sequi mõ: sequeres aũt postea. Tunc ille. Quare non possum inquit sequi te modo. Animaz meã pro te ponã. Huic presumptioni. Respondit dñs futurã eius negationez. Lucas autẽ euz cõmemorasset dixisse dñm symon: ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticũ. ego aũt rogaui pro te vt non deficiat fides tua: ⁊ tu aliqñ cõuersus cõfirma fratres tuos: tũc subiecit petrũ respondisse. Dñe tecũ paratus sum: ⁊ in carcerẽ in mortẽ ire. Et ille dixit. Et ego dico tibi petre: non cãtabit hodie gallus: donec ter abneges nosce me. Quã h' aliud sit aliud aliud: vñ petrus ad presumẽdũ permotus sit: quis nõ videat. At vero matheus: ⁊ hymno dicto ingt erierunt in mõtez oliueti. Tunc dicit illis iesus Omnes vos scandalũ patiemini in me in ista nocte. Scriptũ est. n. Percutiã pastorẽ ⁊ dispergentur oues gregis. Postq3 aũt resurrexero p̃cedaz vos in galileaz. Sic prorsus ⁊ Marcus Quid habent etiã hec verba vel sententie simile illis: vel quibus s'm Joannẽ: vel quibus s'm Lucã: petrus retulit presumptionẽ suã. Et hic ergo ita sequitur. Respondens aũt petrus: ait illi: ⁊ si omnes scandalizati fuerint in te: ego nũq3 scandalizabor. Ait illi iesus. Amen dico tibi q: in hac nocte anteq3 gallus cantet ter me negabis. Ait illi petrus. Etiã si oportuerit me mori tecum non te negabo. Similiter ⁊ omnes isti dixerunt. Hec pene ipsis verbis: etiã marcus cõmemorat nisi q' generaliter: sed distinctius: quẽadmodum futuruz esset expressit dictuz a domino. Amen dico tibi: q: tu hodie in nocte hac prius q3 bis gallus vocem dederit ter me negaturus es. Cum itaq3 omnes dicant predixisse dominũ quod eum petrus esset negatur⁹: anteq3 gallus cãtaret. Nõ aũt omnes dicãt quotiens gallus cantaret: marcus hoc solũ narrauit expressius. Unde nonnullis videtur cõgruere ceteris: q: parum attendunt: ⁊ maxime corum obnubilatur intentio dum aduersus euangelium animo induuntur hostili. Tota enim petri negatio: trina negatio est. In eadẽ nanq3 p̃manSit negatione animi: propositoq3 mẽdacij donec admonitus quid ei predictuz sit: amaro fletu et cordis dolore sanaret. Hec autẽ tota idest trina negatio si post primũ galli cãtũ inciperet falsum dixisse videntur tres: quoꝝ matheus dixit. Amen dico tibi: q: in hac nocte anteq3 gallus cantet ter me negabis. Lucas aũt dico tibi petre: nõ cãtabit hodie gallus donec ter abneges nosce me. Joãnes aũt. amen dico tibi nõ cãtabit

gallus donec me ter abneges. Diuersis.n. ver
bis ꝛ verboꝝ ordine eandē explicauerunt sen
tentiā dixisse dn̄m qḋ anteq̄ȝ gallus cātaret: eū
petrus esset negaturus. Rursus si totā trinā ne
gationē ante peregisset: q̄ȝ cantare gallus inci-
peret suꝑfluo dixisse marcus deprehenderetur
ex persona dn̄i. Amen dico tibi. q: tu hodie in
nocte hac priusq̄ȝ gallus bis vocē dederit ter
me es negaturꝰ. Quid.n. attinebat dicere priꝰ
q̄ȝ bis: quādo si ante primū galli cantū tota illa
trina negatio cōpleret̄ simul: ꝛ ante ſm: ꝛ ante
tertiū: ꝛ ante oēs galli cantus eiusdē noctis cō-
pleta inueniret̄: que ante ipm primū cōpleta ꝓ
baretur. Sed q: ante primū galli cantū cepta ē
illa trina negatio attenderunt illi tres. nō quā-
do eā cōpleturus eēt petrus: sed quāta futura es
set: ꝛ qn̄ cōceptura: ꝛ q: trina futura: ꝛ q: an̄ gal-
li cantū esset ceptura. Quanq̄ȝ in aīo eius: ꝛ an-
te primū galli cantū tota possit intelligi. Quā-
uis enim verbis negantis ante primum cepta
ante ſm autē galli cantū peracta sit tota illa tri-
na negatio: tamen affectione animi ꝛ timore pe
tri ante primum tota concepta est. Nec interest
quantis moraꝝ interuallis trina voce enuncia
ta sit: cum cor eius etiā ante primū galli cantū
tota possederit. Tā magna scilicet formidine i
bibita: vt posset dn̄m nō solū semel: sed ꝛ iterū
ꝛ tertio interrogatus negare: vt clareat rectius
diligētiusq̄ȝ attendētibus: q̄mo iam mecatus est
mulierē in corde suo qui eā viderit ad cōcupiscē
dū: sic qn̄cunq̄ȝ petrus verbis ederet timorem
quē tam vehementer animo cōceperat: vt ꝑ
durare posset vsq̄ȝ ad tertiā domini negatio-
nem: tota trina negatio ei tempori deputanda
est: qn̄ eum trine negationi sufficiens timor in
uasit. Ex quo intelligit̄ ēt si post primū galli can
tū inciperent pulsato interrogationibus pecto-
re verba illa negationis erumpere: nec sic ab-
surde atq̄ȝ mēdaciter dici potuisse: anteq̄ȝ gal-
lus cantet ter me negabis: q: ante galli cantuȝ
tantus timor eius obsederat mentē qui eā pos
set vsq̄ȝ ad tertiā negationē perducere. Multo
minus igitur mouere dȝ: q: trina negatio ēt tri
nis negantis vocibus ante galli cantū cepta: ꝛ
si non ante primum galli cantū peracta est. Tā
q̄ȝ si alicui diceretur. hac nocte anteq̄ȝ gallus cā
tet ad me scribes epistolam: in qua mihi ter cō
uiciaberis non vtiq̄ȝ si eam ante omnem galli
cantū scribere inciperet: ꝛ post primū galli can
tū finiret: ideo dicendū erat falsū fuisse ꝑdictū
Marcus ergo de ipsaꝝ vocū interuallis plani
us elocutus est: qui dixit ex persona dn̄i priusq̄ȝ
bis gallus vocē dederit ter me negaturus. Ita
gestū esse apparebit: cū adeuntē locū narratio
nis euangelice venerimus: vt etiam illic ostē-
datur euangelistas sibi cōgruere. Si autē que
runtur ipsa omnino verba: que petro dominꝰ
dixerit: neq̄ȝ inueniri possunt: ꝛ superfluo que-
runtur cum snīa eius: propter quam cognoscē
da verba proferuntur: etiā in diuersis euangeli
staꝝ verbis possit esse notissima. Siue ḡ diuer
sis sermonū dn̄i locis cōmotus petrus singula-
tim ter enunciauerit presumptionē suā: ꝛ ter ei
dn̄s suā negationē predixit: sicut probabilius
indagatur: siue aliquo narrandi ordine possint
oium euangelistaꝝ cōmemorationes in vnum
redigi: quibus demonstretur semel dn̄m pre-
dixisse petro presumēti: ꝙ eū negaturus esset:
nulla hic euangelistaꝝ repugnātia deprehendi
poterit sicut nulla est discordia.

Capitulum. iij.

Nunc ergo quantū possumus ipm ex oī
bus ordinē iā sequamur. Cū itaq̄ȝ scdm
iohm. h petro predictū eēt sequit̄ idem
ioānes: ꝛ cōserit dn̄i sermonē dicētis. Nō tur be
tur cor vrm. Creditis in deū: ꝛ in me credite: i
domo pr̄is mei mānsiones multe sunt ꝛc. sermo-
nis huius ꝑclara maximeq̄ȝ sublimia diu nar-
rat: donec cōtextim veniat ad illū locū: vbi ait
dn̄s: pater iuste: mundus te nō cognouit. Ego
autē te cognoui. Et hi cognouerūt: q: tu me mi
sisti: ꝛ notū eis feci nomē tuū: ꝛ notū faciā: vt di
lectio qua dilexisti me in ipsis sit: ꝛ ego in ipsis.
Cū autē facta esset contentio inter eos: quis eo
rum videt̄ esse maior: sicut lucas cōmemorat
dixit eis. Reges gētiū dn̄antur eoꝝ ꝛ qui pote
statē habēt suꝑ eos: benefici vocant̄. Vos aūt
nō sic. Sed qui maior est in vobis fiat sicut mi
nor. Et qui precessor est sicut ministrator. Nā
quis maior est qui recumbit an qui ministrat?
Nonne qui recumbit. Ego autē in medio vrm
sum sicut qui ministrat. Vos autē estis qui per
mansistis mecū in temptationibus meis. Et
ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater
meus regnū: vt edatis ꝛ bibatis super mensam
meā in regno meo: ꝛ sedeatis super thronos iu
dicantes. xij. tribus israel. Ait aūt dn̄s simoni
sicut lucas ipse subiungit. Symon ecce satha-
nas expetiuit vos vt cribraret sic triticū. Ego
aūt rogaui pro te: vt nō deficiat fides: ꝛ tu ali-
qn̄ ꝯuersus ꝯfirma fr̄es tuos: qui dixit ei: dn̄e te
cū paratus suȝ ꝛ in carcerē ꝛ in mortē ire. Et il
le dixit. Dico tibi petre: nō cātabit hodie gallꝰ
donec me ter abneges nosce. Et dixit eis. Qn̄
misi vos sine sacculo ꝛ pa ꝛ calciamētis: nūqd
aliquid defuit vobis. At illi dixerunt nihil: di-
xit ḡ eis: sed nūc qui hȝ sacculū tollat sil̄r ꝛ perā
ꝛ qui non habet vendat tunicā suā: ꝛ emat gla
diū. Dico enim vobis: quoniam adhuc h qḋ
scriptum est opȝ impleri in me: ꝛ cum iniustis

deputatus est ⁊c. Ea que sunt de me finem habent. At illi dixerunt. Dñe ecce gladij duo hic. At ille dixit eis. Satis est. Et immo dico: sicut matheus marcusqȝ cõmemorant: exierunt in montẽ oliueti. Tunc dicit illis iesus Omnes vos scandalum patiemini in me in ista nocte. Scriptũ est.n. Percutiã pastorẽ: ⁊ dispergentur oues gregis. Postq̃ȝ autẽ resurrexero: precedã vos in galileã. Respondens aũt petrus: ait illi Et si omnes scandalizati fuerint in te: ego nunq̃ȝ scandalizabor. Ait illi iesus. Amen dico tibi q: in hac nocte anteq̃ȝ gallus cantet ter me negabis. Ait illi petrus. Etiã si oportuerit me mori tecum: non te negabo. Similiter ⁊ omnes discipuli dixerunt. Hec secũdũ matheum inseruimus: sed ⁊ marci pene ipsa ⁊ totidem verba sunt. Nisi q̄ distat illud: quod de galli cantu iaȝ supra enodauimus.

Capitulum. iiij.

Onterit ergo narrationẽ matheus. et dicit. Tunc venit iesus cum illis in villam que dicit getsemani. Hoc dicit ⁊ marcus: hoc ⁊ Lucas non expressit nominato predio cum ait. Et egressus ibat sm consuetudinem in montẽ oliuaꝝ. Secuti sunt aũt illum ⁊ discipuli Et cum peruenisset ad locũ: dixit illis. Orate ne intretis in tẽptationẽ. Iste est locus: cuius nomen illi dixerunt getsemani. Ibi fuisse intelligimus hortũ queȝ cõmemorat ioannes: ita narrans. Hoc cũ dixisset iesus: egressus est cum discipulis suis trãs torrentẽ cedron vbi erat hortus: In quem introiuit ipse ⁊ discipuli eius. Deinde sm matheuȝ dixit discipulis. Sedete hic donec vadam illuc ⁊ orem. Et assumpto petro ⁊ duobus filijs zebedei cepit cõtristari ⁊ mestus esse. Tunc ait illis. Tristis est anima mea vsqȝ ad morteȝ. Sustinete hic ⁊ vigilate mecum: et progressus pusillum procidit in faciẽ suã orans ⁊ dicens. Mi pater si possibile est: trãseat a me calix iste. Uerumtamẽ non sicut ego volo: sed sicut tu: ⁊ venit ad discipulos ⁊ inuenit eos dormientes. Et dicit petro sic. Non potuistis vna ora vigilare mecũ. Uigilate ⁊ orate ne intretis in tẽptationẽ. Spiritus quidẽ promptus ẽ: caro aũt infirma. Iteruȝ scdo abijt: ⁊ orauit dicens. Pater mi: si nõ potest hic calix transire: nisi bibam illũ: fiat voluntas tua. Et venit iterum: ⁊ inuenit eos dormientes. Erant.n. oculi eorum grauati. Et relictis illis iterum abijt: ⁊ orauit tertio eundẽ sermoneȝ dicens. Tunc venit ad discipulos suos: ⁊ dicit illis. Dormite iam ⁊ requiescite. Ecce appropinquauit hora: ⁊ filius hominis tradetur in manibus peccatoꝝ. Surgite eamus. Ecce appropiquauit qui me tradet Hec etiam Marcus eoqȝ prorsus modo atqȝ ordine conserit: aliquanto breuius quasdaȝ constringens sententias: ⁊ aliquid magis aperiẽs. Nam videtur hic sermo sm matheuȝ tanq̃ȝ sibijpsi contrarius: q̄ post tertiã orationem venit ad discipulos suos. Et dixit illis. Dormite iam ⁊ requiescite. Ecce appropinquauit hora: ⁊ filius hominis tradetur in manus peccatorũ Surgite eamus: ecce appropinquauit qui me tradet. Quomodo.n. supra dicit. Dormite iaȝ ⁊ requiescite: cum connectat: ecce appropinquauit hora: ⁊ ideo dicat: surgite eamus. Qua velut repugnantia cõmoti qui legunt: conantur ita pnunciare quod dictum est: dormite iam ⁊ requiescite tanq̃ȝ ab exprobante: non a permittẽte sit dictum. Quod recte fieret: si esset necesse. Cuȝ vero marcus ita hoc cõmemorauerit: vt cũ dixisset: dormite iaȝ ⁊ requiescite: adiungeret: sufficit: ⁊ deinde inferret: venit hora: ecce tradetur filius hominis vtiqȝ intelligitur: post illud qd eis dictum est: dormite iam ⁊ requiescite: siluisse dominũ aliquantulũ: vt hoc fieret quod permiserat: ⁊ tunc intulisse. Ecce appropinquauit hora. Ideo post illa verba sm marcũ positum est sufficit: idest q̄ requieuistis iam sufficit. Sȝ q: cõmemorata non est ipsa interpositio silentij domini: propterea coartat intellectuȝ: vt in illis verbis alia pnunciatio requiratur. Lucas autẽ pretermisit quotiens orauerit. Dixit sane quid isti tacuerunt ⁊ orantẽ ab angelo confortatũ: ⁊ prolixius orantis sudorem fuisse sanguineum: ⁊ guttas decurrentes in terram. Cum s dicit: ⁊ cuȝ surrexisset ab oratione: ⁊ venisset ad discipulos suos: non expressit quota oratione: neqȝ hoc tamen illis duobus repugnat. Joannes vero posteaq̃ȝ in hortum ingressuȝ dicit cũ discipulis suis: non cõmemorat quid illic egerit donec eius traditor cũ iudeis ad eum cõprehẽdendum veniret. Tres igitur isti eandem reȝ ita narrauerunt: sicut etiaȝ vnus homo ter posset loqui cum aliquanta varietate: nulla tamen aduersitate. Lucas.n. quantuȝ ab eis progressus: idest auulsus fuerit: vt oraret manifestius aperuit dicens: quantum iactus est lapidis.

Porro autẽ marcus: primo ex verbis suis idẽ narrauit rogasse dominum: vt si fieri posset trãsiret ab illa hora: idest passionis: quã calicis nomine mox significauit. Deinde verba ipsa domini sic annunciauit abba pater omnia tibi possibilia sunt: transfer calicem a me. Quibus verbis si adiũgas quod illi duo dixerunt: q̄ ipse ẽt marcus ex persona sua pariter supra posuit: ita sententia manifestatur. Pater si fieri potest. Omnia enim tibi possibilia sunt: transfer calicem istum a me ne quis eum putaret patris me minisse potestatem: cum ait si fieri potest. Nõ eniȝ dixit: si facere potes: sed si fieri potest. Fieri

autem potest qd̕ ille voluerit. Sic itaqꝫ dictum est si fieri potest: ac si diceretur: Si vis. Manifestauit enĩ marcus quo intellectu accipiendũ sit: si fieri potest: quando ait. Omnia tibi possibilia sunt. Et quod cõmemorauerunt eum dixisse. verũ non qd̕ ego volo: sed qd̕ tu: tantũdẽ valet quantũ si ita dicaꝶ: Veruntamẽ nõ mea volũtas: sed tua fiat satis ostẽdit nõ ex impossibilitate: sed ex volũtate patris dictũ esse: si fieri potest p̄sertim: qꝛ lucas ⁊ h ip̄m planius intimauit. Non enĩ ait: si fieri potest. sed si vis. cui apertiori sentẽtie apertius iungitur qd̕ marcus posuit: vt ita dicaꝶ: si vis. omnia enim tibi possibilia sunt. transfer a me calicem istum. qd̕ aũt ipse marcus: nõ solum pater: sed ⁊ abba eũ dixisse cõmemorat. hoc aũt abba est hebraice qd̕ est latine pater. ⁊ fortasse dominus ꝓpter aliquod sacramẽtum vtrũqꝫ dixerit: quia christus dixit abba pater vtrũqꝫ idem valeat: volens ostendere illã se tristiciã in persona sui corporis: idest ecclesie suscepisse: cui factus est angularis lapis veniẽti ad eũ: partim ex hebreis ad quos ꝑtinet quid ait abba. partim ex gentibus ad quas ꝑtinet: quid ait pater. ⁊ Paulus apostolus nõ pretermittẽs hoc sacramentum in quo clamam⁹ quidẽ: abba paꝶ. Et iterũ ait: Misit deus spiritũ suum in corda vestra clamantẽ: abba pater. Oportuit enĩ vt bonus magister ⁊ verus saluator infirmioribus compatiens in seipso demõstraret: nõ debẽ suos martyres desperare siqua forte cordib⁹ eorũ inreperet sub tempore passionis ex humana fragilitate ⁊ tristicia: cum eam vincerent volũtati fue preponendo volũtatem dei: quia ille scit quid expediat quibus consulit. De qua tota re non nũc tempus est vt vberius disseratur. Agiꝶ enĩ modo de ꝯuenientia euangelistarum in quorũ diuersitate verboꝝ salubriter discimus: non aliud in verbis ad audiendã veritatẽ q̃ sentẽtiam loquentis esse requirẽdam. Hoc est enim pater: qd̕ abba pater: sed ad sacramẽtũ intimãdum planius est abba pater. Ad vnitatẽ significandã sufficit pater. Et dñm quidẽ. abba pater dixisse credendũ est. sed tñ non eluceret sñia nisi alijs dicẽtib⁹ tñ pater demõstrareꝶ: sic esse illas duas ecclesias: ex iudeis ⁊ grecis. vt etiã vna sit. Ex illo ergo intellectu: dictum est abba pater: qd̕ idẽ domin⁹ alibi ait: habeo alias oues que nõ sũt ex hoc ouili. gentes vtiqꝫ significãs cũ haberet oues etiã in populo israel. Sed qꝛ secutus adiecit oportet me ⁊ eas adducere vt sit vn⁹ grex ⁊ vnus pastor q̃tuꝫ valet ad israelitas ⁊ gentes abba pater: tantum ad vnum gregem solum pater.

Capitulum. .v.

ADhuc ergo ipso loq̃ente sicut dicunt matheus ⁊ marcus. Ecce iudas vnus de duodecim venit ⁊ cũ eo turba multa cũ gladijs ⁊ fustibus missi a p̄ncipibus sacerdotũ ⁊ seniorib⁹ populi. Qui aũt tradidit eum dedit illis signũ dicens: Quẽcunqꝫ osculat⁹ fuero ipse ẽ tenete eum. Et cõfestim accedens ad iesum dixit: Aue rabbi. Et osculatus ẽ eũ. Dixitqꝫ illi p̄mo qd̕ ait lucas. Juda osculo filiũ hominis tradis. Deinde qd̕ mathe⁹. Amice ad quid venisti? Deinde dixit qd̕ ioannes cõmemorat. Quẽ queritis? Respõderũt ei. Jesuꝫ nazarenũ. Dixit eis iesus. Ego sum. Stabat aũt ⁊ iudas qui tradiderat eũ cuꝫ ipsis. Ut ḡ dixit eis. Ego sum. Abierũt retrorsum ⁊ ceciderunt in terrã. Jterũ ergo eos interrogauit. Quẽ queritis? Jlli aũt dixerunt. Jesum nazarenũ. Respondit iesus. Dixi vobis: qꝛ ego suꝫ. Si ergo me queritis sinite hos abire. vt impleret sermo quẽ dixit. Quia quos dedisti mihi nõ perdidi ex ipsis quenq̃. Videtes autẽ sicut lucas dicit: hi qui circa ip̄m erant qd̕ futurũ erat dixerunt: Dñe si percutimus in gladio. Et ꝑcussit vnus ex ipsis: qd̕ omnes quatuor dicũt: seruuꝫ p̄ncipis sacerdotũ: ⁊ amputauit auriculã eius: sicut lucas ⁊ ioannes dicũt dexterã. Qui autez percussit fm̃ ioannẽ petrus erat. Quẽ percussit aũt malc⁹ vocabaꝶ. Deinde qd̕ lucas dicit: respõdens iesus ait. Sinite vsqꝫ adhuc. ⁊ adiunxit qd̕ matheus cõmemorat. Cõuerte gladiũ tuum in locũ suũ. Omnes enĩ qui acceperunt gladium gladio peribũt. An putas qꝛ non possuꝫ rogare patrẽ meũ: ⁊ exhibebit mihi modo pl⁹ q̃. xij. legiones angelorũ. Quõ ergo iplebũtur scripture? quia sic oportet fieri. His verbis adiũgi põt: qd̕ illũ eo loco dixisse ioannes cõmemorat: Calicẽ quem dedit mihi pater nõ bibam illũ. Tũc sicut lucas dicit: tetigit auriculã illi⁹ qui percussus erat ⁊ sanauit eum. Nec moueat quasi cõtrarium sit qd̕ lucas dixit. Jnterrogantib⁹ discipulis: si percuterẽt in gladio dñm respondisse. Sinite vsqꝫ huc: quasi post illam ꝑcussionẽ ita dictum fuerit: vt placuerit ei vsqꝫ huc factum. sed ampli⁹ fieri noluerit: cum in verbis q̃ matheus posuit intelligaꝶ potius totũ factum qd̕ vsus ẽ gladio petrus dño displicuisse. Jllud enĩ veri⁹ est qd̕ cum eũ interrogassent dicẽtes. Dñe si percutim⁹ in gladio. Tũc respõdit. Sinite vsqꝫ huc. i. vos non moueat quod futurũ est: ꝑmittendi sunt hucusqꝫ progredi: hoc ẽ vt me app̄hendãt: ⁊ impleant que de me scripta sunt. Si inter moras verborũ interrogantiũ dominũ: ⁊ illi⁹ respondentis petrus defensionis auiditate ⁊ maiore pro domino cõmotione percussit: sed non potuerunt etiam si-

mul dici que simul fieri potuerunt. Non enim diceret. Respondēs aūt iesus vbi illorū interro gationi rūderet: non facto petri. Naz de facto petri quid indicauerit matheꝰ solus dicit. Ubi etiā nō dixit matheꝰ. Rn̄dit iesus petro: Con uerte gladiū tuū, sed dixit. tūc ait illi iesus. Cō uerte gladiū tuum. Quod post factū apparet di xisse dominum. Illud vero quod lucas posuit. Respondēs autem iesus ait. Sinite vsqꝫ huc. illis qui interrogauerant responsum esse acci piendam est. sed quia ut diximus inter verba interrogantium ⁊ respondentis domini facta est vno ictu percussio: hoc ordine idicauit esse narrandum vt etiam inter verba interrogatio nis ⁊ responsionis eam insereret. Nō est ḡ con trarium ei hoc quod dixit matheus. Omnes enim qui acciperint gladium gladio peribūt. idest qui vsi fuerint gladio peribunt. Uideri autem posset contrariuz si dominus ex illa re sponsione saltem vsqꝫ ad vnum scilicet ipsuz letale vulnus: vsum tamen gladij spontaneuz approbasse demonstretur Quanqꝫ etiaz petro dictum totuz congruenter intelligi possit vt sic connectetur. ⁊ quod lucas ⁊ quod matheus re tulit: quemadmodum supra cōmemoraui. Si nite vsqꝫ huc. ⁊ converte gladium tuum in lo cum suum. Omnes enim qui acciperint gla dium gladio peribunt ⁊c. Quomodo autem sit intelligendum. Sinite vsqꝫ huc. iam exposui. ⁊ si alter melius pōt ita dum tamen euangeli starum veritas constet. postea sequitur ma theus ⁊ cōmemorat eum in illa hora dixisse turbis. Tanqꝫ ad latronem existis cum gladijs ⁊ fustibus cōprehendere me. Quotidie apud vos sedebam docens in templo: ⁊ nō me tenui stis. Tunc addidit etiam verba que lucas po suit. Sꝫ h̄ est hora vestra ⁊ potestas tenebrarū Hoc autem totum factum est sicut matheus dicit. vt implerentur scripture prophetarum. Tunc discipuli omnes relicto eo fugierunt: si cut ⁊ marcus dicit. Sequebatur autem illum vnus adolescens amictus syndone: sicut idem marcꝰ cōmemorat. Et cū tenuissent eum reli cta syndone nudꝰ pfugit ab eis.

Capitulum .vj.

At illi tenētes iesuz duxerūt ad cayphā pncipē sacerdotum: vbi scribe ⁊ senio res conuenerāt sicͭ matheꝰ dicit. Sed pri mū ad annā ductus ē socerū cayphe sicut ioan nes dicit. Marcꝰ aūt ⁊ lucas nomē nō dicunt pōtificis. Ductꝰ est aūt ligatus cū adessent in il la turba tribunus ⁊ cohors: ⁊ ministri iudeorū sicut ioannes cōmemorat. Petrus aūt seq̄ba tur eū a longe vsqꝫ in atriū principis sacerdo tum. Et ingressus intro sedebat cū ministris vt videret finē sicut dicit matheus: ⁊ calefaciebat se ad ignē. sicut in eo loco narrationis dicit mar cus h̄ ⁊ lucas cōmemorat: ꝙ petrus seq̄batur a longe. Accēso aūt igne in medio atrio ⁊ circun sedentibus illis erat petrus in medio eoꝝ. Et ioannes dicit: Qꝫ sequebat̄ symon petrus ⁊ ali us discipulus. Discipulus autē ille alius erat notus pontifici: ⁊ introiuit cū iesu in atriū pon tificis sicut ioannes dicit. Petrꝰ aūt stabat ad hostiū foris. ſm eundē ioannē. Exijt ḡ discipu lus alius qui erat notus pontifici ⁊ dixit hostia rie ⁊ introduxit petrū sicut ioannes dicit: Sic eni factū est vt intus eēt petrus in atrio: sicut ⁊ alij dicūt. Principes aūt sacerdotū ⁊ omne cō ciliū sicut matheꝰ dicit: querebāt falsum testi moniū cōtra iesum vt eū morti traderent. ⁊ nō inuenerūt cū multi falsi testes accessissent. Cō uenientia eni testimonia nō erant sicͭ marcꝰ di cit cū eundē locū cōmemoraret. Nouissime aūt veniūt duo falsi testes sicut dicit matheꝰ ⁊ dixe runt. hic dicit. Possum destruere tēpluz dei ⁊ post triduū reedificare illud. Aliꝰ etiā marcus cōmemorat dixisse. Nos audiuimꝰ eū dicētem Ego dissoluā templū hoc manu factū: ⁊ post tri duū aliud nō manu factū edificabo. ⁊ ideo non erat cōueniēs testimoniū illoꝝ sicͭ idez marcus ibidē dicit. Et surgēs pnceps sacerdotū ait illi. Nihil respōdes ad ea q̄ isti aduersum te testifi cant̄. Jesus aūt tacebat. Et pnceps sacerdotuz ait illi. Adiuro te per deū viuum vt dicas no bis: Si tu es christus filius dei viui. Dicit illi iesus: Tu dixisti. hec matheꝰ. Marcꝰ aūt ean dem alijs verbis dicit: nisi ꝙ tacet qđ eū adiu rauerit pnceps sacerdotū: sed tm̄ valere osten dit qđ ei dicit iesus. Tu dixisti. quantū si dicēt. Ego sum. Sequit̄ eni vt ait idē marcꝰ. Jesus aūt dixit illi. Ego sum. Et videbitis filiū homi nis a dextris sedentē virtutꝭ ⁊ venientē cū nu bibus celi. hoc dicit ēt matheꝰ. sed nō dicit res pondisse iesum. Ego sum. Tunc pnceps sacer dotū scidit vestimēta sua dicens. Blasphema uit. Quid adhuc egemꝰ testibus. qđ matheꝰ cō mēorat. Ecce nūc audistis blasphemiā. Quid vobis videt̄. At illi respōdētes dixerūt. Reꝰ est mortis. hoc etiā testat̄ ⁊ marcus. ⁊ sequitur matheus. Tunc expuerūt in faciē eius ⁊ cola phis eum ceciderūt. Alij aūt palmas in faciez ei dederūt dicētes. Prophetiza nobis christe. Quis est qui te pcussit: hoc dicit ⁊ marcꝰ. Com memorat etiā ꝙ ei faciē vallauerūt. de his qꝫ lucas attestat̄. Hic intelligit̄ passus dn̄s vsqꝫ ad mane in domo pncipis sacerdotū quo addu ctus ē: vbi etiā petrus tētatus ē. Sed de petri

tētatione que int has domini contumelias fa
cta est:nō eodem ordine oēs narrant. Nā ipas
primo commemorant matheus ⁊ marcus: de-
inde petri tētationem. lucas vo explicat prius
tētationem petri: demū has domini contume
lias. Joannes aūt incipit petr tētationē dice-
re. ⁊ interponit quedam de contumelijs domi-
ni: ⁊ adiungit. Et inde missus ē ad cayphā pō-
tificem. ⁊ inde recapitulat: vt explicet quā cepe
rat tētationē petri in domo quo primo adduct9
est. ⁊ reddit ad ordinē: vbi ostendit quēadmo-
dum ductus sit domin9 ad cayphā. Sic ergo
matheus sequit. Petrus vo sedebat foris in
atrio: ⁊ accessit ad eum vna ancilla dicens. Et
tu cum iesu galileo eras. Et ille negauit coram
omnib9 dicens. Nescio quid dicis. Exeūte aūt
illo ianuā vidit illū alia ancilla: ⁊ ait his q erāt
ibi. Et hic erat cum iesu nazareno. Et iterum
negauit cū iuramēto. Quia non noui hominē.
Et post pusillū accesserūt qui stabāt: ⁊ dixerunt
petro. Uere ⁊ tu ex illis es. nā ⁊ loqla tua ma-
nifestuz te facit. Tunc cepit detestari ⁊ iurare.
Quia nō nouisset hominē. Et cōtinuo gallus cā
tauit. hoc dicit mathe9. Intelligitur aūt q po-
steaq̄ exijt foras: cū iam semel negasset gallus
cātauit pm9: qd sol9 marc9 dicit. Nō āt foris an
te ianuam: iterū negauit. sed cū redijsset ad fo-
cum. Quādo aūt redierit post erit cōmemora-
re. Marc9 ergo sic illud narrat. Et exijt foras
ante atriū: ⁊ gallus cantauit. Rursus aūt cū vi-
disset illum ancilla: cepit dicere circūstantibus
Quia hic ex illis est. At ille iterū negauit. h vo
ancilla nō eadez: sed alia est: sicut dicit mathe9
Sane h quoq3 intelligit quia in secunda nega
tione a duobus cōpellatus est ⁊ ab ancilla scilz
quā cōmemorat mathe9 ⁊ marcus. ⁊ ab alia q̄
cōmemorat lucas. Sic eni hoc narrat lucas.
Petrus vo seq̄batur a longe. Accenso autem
igne in medio atrio ⁊ circūsedentib9 illis erat
petrus in medio eorum. Quem cū vidisset an
cilla quedā sedentē ad lumen: ⁊ cū fuisset intui
ta dixit: Et hic cū illo erat. At ille negauit eum
dicēs. Mulier non noui illū. Et post pusillum
ali9 videns eum dixit. Et tu de illis es. Hoc g̊
qd lucas ait. ⁊ post pusillū iam egressus erat pe
trus ianuam: ⁊ pmus gallus cantauerat. iāq3
redierat vt quēadmodū dicit ioannes ad focū
stans iterū negaret. Joannes eni in prima nega
tione petri non solū de primo galli cantu tacet
sicut ceteri excepto marco: sed etiam q sedentē
ad ignē cognouerit ancilla nō cōmemorat. hoc
eni tm̄ ait. Dicit ergo petro ancilla hostiaria.
Nunquid ⁊ tu de discipulis es hois istius? Di
cit ille. Non sum. Deinde interponit que gesta
sunt cū iesu in eadem domo: q̄ cōmemoranda
arbitratus ē ita narrās. Stabāt aūt serui ⁊ mi
nistri ad prunas: q2 frigus erat: ⁊ calefaciebant
se. Erat aūt cum eis ⁊ petrus: stans ⁊ calefaciēs
se. Hic ergo intelligit iam exisse foras petrum
⁊ redisse. pmo eni sedebat ad ignē: postea iam
rediens stare ceperat. Sed forte ait aliquis: nū
dū exierat. Surrexerat aūt exiturus: h pōt dice
re qui putat foris ante ianuā secūdo interroga-
tum negasse. Uideamus g̊ ioannis sequentia.
Pontifex g̊ inquit: interrogauit iesum de disci
pulis suis: ⁊ de doctrina ei9. Respōdit ei iesus.
Ego palā locutus sum mundo. Ego semp do-
cui in synagoga ⁊ in tēplo quo oēs iudei conue
niunt: ⁊ in occulto locutus sum nihil. Quid me
interrogas. Interroga eos qui audierunt quid
locutus suz ipsis. Ecce hi sciunt q̄ dixerim ego
Hec aūt cum dixisset vn9 assistens ministrorūz
dedit alapā iesu dicens. Sic respōdes pontifi-
ci. Respōdit ei iesus. Si male locutus sum te
stimoniū phibe de malo. Si aūt bene quid me
cedis? Et misit eum anna ligatū ad cayphā pō
tificem. hic sane ostendit q anna pontifex erat
Nundū eni missus erat ad cayphā cum iaz illi
diceret. Sic respōdes pontifici. Et hos duos
annā ⁊ cayphā pontifices: cōmemorat etiā lu-
cas in initio euāgelij sui. his dictis. ⁊ ioannes
redit ad quod ceperat de negatione petri etiā
qd eandē domū vbi gesta sunt q̄ narrauit: ⁊ vn̄
ad cayphā missus est iesus: ad quē ab initio du
cebatur. sicut dicit matheus. Commemorauit
autem ista ioannes que interposuit recapitu-
lans de petro ⁊ ad eam narrationem rediens
ita dicit: Ut compleat trinam negationem.
Erat autem symon petrus: stans ⁊ calefaci-
ens se Dixerunt ergo ei. Nunquid ⁊ tu ex dis
cipulis eius es? Negauit ille ⁊ dixit. Non sum
Hoc igitur loco inuenimus: Non ante ianu-
am: sed ad focum stantem: secundo negasse pe
trum: quod fieri non posset nisi iam redisset
posteaquā foras exierat. Neq3 enim iam exi
erat ⁊ foris eum vidit altera ancilla: sed cuz
exiret eum vidit: idest cum surgeret vt exiret.
Animaduertit eum ⁊ dixit: his qui erant ibi:
idest qui simul erant ad ignem intus in atrio.
Et hic erat cum iesu nazareno. Ille autem qui
foras exierat: hoc audito rediens iurauit illis
contrauidentibus: quia non nouit hominem.
Nam ⁊ marcus sic ait de eadem ancilla. Et ce
pit dicere circumstantibus: quia hic ex illis est
Dicebat enim non illi: sed his qui illo exeun-
te ibi remanserant. sic tamen vt ille audiret vn
de rediens. Et rursus petrus ad ignem stans:
resistebat negando verbis eorum. Deinde

in eo qđ ioannes ait dixerunt. Nunquid ⁊ tu ex discipulis eius es? Qꝫ redeūti ⁊ statim dictum intelligimꝰ. hoc quoqꝫ cõfirmat: nã illã tm̃ alterã ancillã quã cõmemorant in hac negatione mathêꝰ ⁊ marcus: sed ⁊ aliũ quem cõmemorat lucas: cũ petro id egisse. Unde ⁊ ioannes dicit Dixerũt ergo ei. Quapropter siue postea ꝙ̃ illo exeũte. Dixit ancilla his qui secũ erant in atrio. quia hic ex illis ẽ. Hoc audito ille regressus est: vt se quasi purgaret negando: siue qđ ẽ credibilius nõ audiuit qđ de illo dictũ fuerit: cum foris exiret: ⁊ posteaqꝫ rediit ei dixerit ancilla: ⁊ ille alius quẽ lucas cõmemorat: nunqd ⁊ tu ex discipulis eiꝰ es. Et dixit. Nõ sum. pertinatius insistente illo de quo lucas ait: atqꝫ dicente. Et tu de illis es. Cui petrus ait. O homo nõ sum: liqdo tamẽ colligit̃ datis de hac re oibus euangelistarũ testimoniis. nõ ante iannã secundo petrus negasse: sed intus in atrio ad ignẽ. matheũ aũt ⁊ marcũ qui cõmemorauerũt exisse eũ foras: regressum eiꝰ breuitatis causa tacuisse. Nũc iam de trina negatione inspiciamus eorũ cõgruentiã quã matheũ solũ iam explicasse meminerimꝰ. Sequit̃ ergo matheus ⁊ dicit. Et post pusillũ rursus q astabant dicebant petro. Uere ex illis es. Nã ⁊ galileus es Ille aũt cepit anathematizare ⁊ iurare: qꝛ nescio hominẽ istũ quẽ dicitis. ⁊ statim iterũ gallus cantauit. Lucas aũt ita secutꝰ hoc idẽ narrat: ⁊ interuallo facto q̃si hore vniꝰ: aliꝰ quidã affirmabat dicẽs. Uere ⁊ hic cũ illo erat. nã ⁊ galileus est. Et ait petrꝰ. Homo nescio quid dicis. Et ꝯtinuo adhuc illo loquente cantauit gallus. Joannes de trina petri negatione ita explicat: dicit vnꝰ ex seruis põtificis cognatꝰ eiꝰ cuiꝰ abscidit petrꝰ auriculã. Nõne ego vidi te i hoꝛto cũ illo. Iterũ ergo negauit petrus: ⁊ statim gallus cãtauit. Quid igit̃ mathêꝰ ⁊ marcus dicũt: post pusillũ: quantũ eẽt hꝰ tẽporis: manifestat lucas dicendo: Et interuallo facto q̃si hore vniꝰ. de hoc aũt interuallo tacet ioannes. Itẽ quod mathêꝰ ⁊ marcus nõ singulari sed plurali numero enunciant eos qui cum petro agebant: cũ lucas vnũ dicat. ioannes ꝗꝫ vnũ: eumqꝫ cognatũ eiꝰ cui abscidit petrus auriculã facile ẽ intelligere aut pluralẽ numerũ ꝓ singulari: vsitata locutione vsurpasse matheũ ⁊ marcũ. aut ꝙ vnꝰ maxime tanqꝫ sciẽs: ⁊ qui cũ viderat affirmabat. Ceteri aũt eũ secuti eius fidem simul vrgebãt. vnde duos euãgelistas cõprehẽdo pluralẽ numerũ posuisse. alios aũt duos eum solũ significare voluisse q precipuus in hoc erat. Jam vo illud quod mathêꝰ ipsi petro dictũ fuisse asserit Uere ⁊ tu ex illis es: nã ⁊ loquela tua manifestũ te facit. sic ioannes idẽ petro asseuerat. Nõne te ego vidi in hoꝛto cũ illo. marcꝰ aũt int̃ se illos de petro locutos dicit. Uere ex illis es: nam ⁊ galileꝰ es. sicut lucas: nõ petro sed de petro dicit. Alius quidã affirmabat dicẽs: Uere ⁊ hic cũ illo erat nã ⁊ galileus ẽ. Aut sentẽtiam intelligimus tenuisse eos q cõpellatũ dicunt petrum tantundẽ eni valuit qđ de illo corã illo dicebat̃ quantum si illi diceret̃ aut vtroqꝫ modo actũ vel dictũ ⁊ alios illũ: alios alium modum commemorasse. Galli aũt cantũ post tertiã negationẽ secundũ intelligimꝰ: sicut marcꝰ expressit. Sequit̃ ergo mathêꝰ ita dicens: Et recordatꝰ est petrus vbi iesu qđ dixerat: Priusqꝫ gallus cantet ter me negabis. Et egressus foras fleuit amare. Marcꝰ aũt ita dicit. Recordatus ẽ petrus vbi quod dixerat ei iesus. Priusqꝫ gallꝰ cantet ter me negabis. ⁊ cepit flere. Lucas aũt sic ait. Cõuersus dominꝰ respexit petrũ. Et recordatus ẽ petrus verbi dñi sicut dixit. Quia priusqꝫ gallus cantet ter me negabis. Et egressus foras petrus fleuit amare. Joannes de recordatione ⁊ fletu petri tacet. Sane i eo quod ait lucas: Qꝫ cõuersus dominꝰ respexit petrũ quomodo accipiendũ sit: diligentius cõsiderãdum ẽ. Quãuis eni dicant̃ etiã interiora atria tamẽ in exteriore atrio fuit petrus int̃ seruos q simul se ad ignẽ calefaciebãt. Nõ est aũt credibile ꝙ vbi audiebat̃ dominꝰ a iudeis: vt corporalis fieret illa respectio. Nã qꝛ cum dixisset matheus: Tunc expuerũt in faciẽ eius ⁊ colaphis eũ ceciderũt. Alii aũt palmas in faciẽ ei dederũt dicẽtes: Prophetiza nobis christe qs est qui te percussit? Secutus ẽ dicẽs. Petrus vo sedebat foris in atrio. Qđ nõ dicent nisi illa cũ dño intus agerent̃. Et quãtũ colligitur in narratione marci: non solũ in interioribꝰ: sꝫ etiam in superioribꝰ domus agebant̃. Nã postea ꝙ̃ marcꝰ talia narrauit: secutꝰ ait. Et cũ eẽt petrus in atrio deorsum. Sicut ẽ eo ꝙ matheus ait. Petrus vo sedebat foris in atrio. ostendit ꝙ illa interagerent̃ sic eo ꝙ dixit marcꝰ: Et cũ esset petrus in atrio deorsum ostendit nõ solũ in interioribus: sed etiã in superioribꝰ gesta q̃ dixerat. Quõ ergo respexit petrũ dominꝰ facie corporali. Quapropter mihi videt̃ illa respectio diuinitꝰ facta: vt ei veniret in montem quotiẽs iã negasset: ⁊ quid ei dominꝰ predixisset. atqꝫ ita misericordit̃ dño respiciẽte peniteret eũ. ⁊ salubrit̃ fleret: sicut quotidie dicimus. Dñe respice me. Et respexit eũ dominꝰ. q de aliquo periculo vel labore diuina misericordia liberatus est. Et sicut dictum est. Respice ⁊ exaudi me. ⁊ conuerte domine: ⁊ libera animam meam. ita dictum arbitror. Cõuersus dominꝰ respexit petrum: ⁊ recordatus est petrus ver-

bi domini. Deniqꝫ cū frequentius soleant euā
geliste in narrationibus suis ponere iesum ꝗꝫ
dominū: modo lucas dominuꝫ posuit dicens.
Cōuersus dominus respexit petrum: ⁊ recor-
datus ē petrus verbi domini. Mathe⁹ autē ⁊
marcus: quia de ista respectione tacuerunt: nō
verbi domini sed vbi iesu: cū recordarū esse di
xerunt vt etiam ex hoc intelligam⁹ illā respe-
ctionem a iesu. non humanis oculis sed diuini
tus factam. ¶ Capi. vij.

S Equitur ergo matheus ⁊ dicit. Mane
aūt facto ꝯsiliū inierunt oēs principes
sacerdotū ⁊ seniores populi aduersus
iesum vt cū morti traderent. Et victū addu-
runt eum ⁊ tradiderunt pontio pilato presidi.
Marcus similit ⁊ cōfestim mane inquit: consi
lium faciētes summi sacerdotes cū senioribus
⁊ scribis ⁊ vniuerso cōcilio vincientes: iesū du
xerūt ⁊ tradiderunt pilato. lucas autē posteaꝗꝫ
cōpleuit narrando petri negationē recapitula-
uit q̄ cum domino gesta sunt iā vt apparet cir
ca mane atqꝫ ita cōtexuit narrationē. Et viri q
tenebant illū illudebant ei cedentes. ⁊ vellaue
runt eū ⁊ percutiebant faciēꝫ eius: ⁊ interroga-
bant eum dicētes. Prophetiza quis est qui te
percussit. Et alia multa blasphemātes dicebāt
in eum. Et vt fact⁹ est dies ꝯuenerūt seniores
plebis ⁊ principes sacerdotū ⁊ scribe ⁊ duxerūt
illū in cōciliū suū dicētes. Si tu es christus dic
nobis. Et ait illis. Si vobis dixero nō crede
tis mihi. Si aūt ⁊ interrogauero: nō responde
bitis mihi neqꝫ dimittetis. Ex hoc aūt erit fi-
lius hominis sedēs a dextris virtutis dei. Di
xerunt aūt omnes. Tu ergo es filius dei. Qui
ait. Uos dicitis: quia ego sum. At illi dixerunt
Quid adhuc desideramus testimoniū. Ipsi eni
audiuimus de ore eius. Et surgēs omnis mul
titudo eorum duxerunt illū ad pilatū. hec om-
nia narrauit lucas vbi intelligit ꝙ etiā mathe⁹
⁊ marc⁹ narrauerūt: ꝙ interrogatus sit domin⁹
vtrū ipse eēt filius dei: ⁊ ꝙ dixerit. Dico vob
ammodo videbitis filiū hois sedentem a dex
tris virtutis dei ⁊ venientē in nubib⁹ celi. iam
lucescēte die gestū: quādo lucas dicit: Et vt fa-
ctus est dies: atqꝫ ita narrat similia. ⁊ si quid ēt
ipse cōmemorat qd̄ illi tacuerunt. Nocte aūt in
telligim⁹ per falsos testes accusatū eē: ⁊ qd̄ bre
uiter cōmemorauerūt matheus ⁊ marc⁹ lucas
tacuit qui enarrauit q̄ circa mane sunt gesta. nā
⁊ alij. i. mathe⁹ ⁊ marcus cōtexerunt narratio
nem in his que cum domino acta sunt vsqꝫ ad
mane: sed postea redierunt ad narrandā petri
negationē quo terminata redierūt ad mane vt
inde cetera cōtexerēt quousqꝫ ꝑducerent q̄ cum
domino acta erant: sed nundum cōmemoraue
rāt qd̄ mane factum eēt. Joannes ꝗꝫ cū ea que
cum domino gesta sunt ex quanta parte visum
est: ⁊ petri negationē totā cōmemorasset. addu
cunt ergo inquit iesum ad cayphā in pretoriuꝫ.
Erat aūt mane. vbi intelligim⁹ aut aliquā fuis
se causam q̄ coegerit cayphā esse in ꝑtorio: nec
eē presentem cū alij principes sacerdotū habe
rent de domino questionē aut in domo ei⁹ fuis
se pretoriū. Tamē ad ipm ab initio ducebatur
ad quē in extremo ꝑductus ē. sed quia iam tāꝗꝫ
ꝯuictum reum adducebāt cayphe: aut iā antea
visum fuerat vt iesus moreret̄ nulla mora int
posita est quādo occidendus pilato traderetur
Que igit̄ ꝑ pilatū cū domino gesta sunt: ita ma
the⁹ narrat. At primū excucurrit inde vt com
memoraret exitiū inde traditoris quem solus
narrauit ita dicens. Tūc vidēs iudas qui eum
tradidit q2 dānatus est: penitētia ductus retu-
lit. xxx. argenteos principib⁹ sacerdotū ⁊ senio
ribus dicens. Peccaui tradēs sanguinē iustū.
At illi dixerūt. Quid ad nos. Tu videris. Et
ꝓiectis argenteis in tēplo recessit. ⁊ abiens la
queo se suspendit. Principes aūt sacerdotū ac-
ceptis argēteis dixerūt. Nō licet eos mittere i
corbonā: quia preciū sanguinis est. Cōsilio autē
vnito emerūt agruꝫ figuli in sepulturā peregri
nor ꝓpter qd̄ vocat⁹ ē ager ille achedemach:
hoc est ager sanguinis vsqꝫ ad hodiernū diem
Tunc impletum est quod dictū est per Jeremi
am ꝓphetam dicentē. Et acceperunt. xxx. ar-
genteos preciū appciati quē appciauerunt filij
israel ⁊ dederunt eos in agrū figuli sicut ꝯstruit
mihi dominus. Si quis aūt mouetur ꝙ h̄ te-
stimoniū non inuenitur in scriptura Jeremie ꝓ
phete: ⁊ ideo putat fidei euangeliste aliquid de
rogandū: ꝑmo nouerit nō oēs codices euange
liorū habere: ꝙ per ieremiā dictum sit: sed tan-
tummodo ꝑ ꝓphetam. Possim⁹ ergo dicē his
potius codicibus eē credendū q ieremie nomē
non habent. Dictum ē eni hoc per ꝓphetā: scꝫ
zachariā vñ putarūt codices esse mendosos q
habēt nomen ieremie: q2 vel zacharie habere
debuerūt vel nulli⁹ sicut quidā: sed tm̄ ꝑ ꝓphe
tam dicentē qui vtiqꝫ intelligit̄ zacharias: sed
vt at̄ ista defensione cui placet. Mihi aūt cur
nō placeat h̄ causa est: quia plures codices ha
bent ieremie nomē: ⁊ qui diligenti⁹ in grecis ex
emplaribus euangeliū ꝯsiderauerūt in antiq-
oribus grecis ita se perhibent inuenisse: ⁊ nul-
la fuit cā cur adderet̄ h̄ nomē vt mēdositas fie
ret. Cur aūt de nōnullis codicib⁹ tolleret̄: fuit
vtiqꝫ cā vt h̄ audax impitia facēt cū turbaret̄
q̄stione qd̄ h̄ testimoniū apud ieremiā nō inue-
niret̄. Quid ḡ intelligendū ē nisi h̄ actū eē secre
tiore ꝯsilio ꝓuidētie dei q̄ mētes euāgelistaruꝫ

sunt gubernate. Potuit eni fieri vt animo mathei euāgeliū cōscribētis ꝓ zacharia ieremias occurrerit vt fieri solet: qḋ tñ sine vlla dubitatione emendaret: saltem ab alijs ammonitus qui ipso adhuc in carni viuente hec legē potuerūt vbi cogitaret recordationi sue q̄ sancto spū regebat nō frustra occurrisse aliud ꝓ alio nomen ꝓphe: nisi quia ita dñs hec scribi cōstituit. Cur āt ita ꝯstituerit dñs pma illa cā vtilissima dꝫ facillime cogitari: ⁊ sic esse insinuatū: ita oēs sāctos ꝓphetas vno spū locutos mirabili int̄ se ꝯsensione cōstare: vt multo ampli⁹ sit q̄ȝ si omniuȝ oīa ꝓphetaruȝ vno vni⁹ hoīs ore dicerent: ⁊ iō indubitant accipi quecūqȝ per eos spūssanct⁹ dixit in singula esse omniū: ⁊ oīa singuloꝝ. Cuȝ igit̄ ⁊ que dicta sunt ꝑ ieremiā: ita sit zacharie q̄ȝ ieremie. ⁊ q̄ dicta sunt ꝑ zachariā tam sint ieremie q̄ȝ zacharie: q̄ opus erat vt emendaret mathe⁹ cū aliud ꝓ alio sibi nomē occurrens a se scriptū relegisset: ac non poti⁹ sequēs auctoritatē spiritussancti a quo mentem suam regi plus nobis ille vtiqȝ sentiebat. ita hec scriptū relinqueret sicut cū ammonendo ꝯstituerat ei dominus ad informādos nos tantā verboꝝ suorū inter ꝓphetas eē ꝯcordiā vt nō absurde imo ꝯgruentissime etiā ieremie deputarem⁹ quod ꝑ zachariā dictuȝ reꝑirem⁹. Si eni hodie q̄sq̄ȝ volens alicuius vba indicare dicat nomen alteri⁹ a quo dicta non sint: qui tamē sit amicissimus ⁊ familiaritate ꝯiunctissim⁹ illi cui⁹ verba dicere voluit. Et cōtinuo recordatus alium pro alio se dixisse: ita se colligat atqȝ corrigat vt tamē dicat: bñ dixi: quid nil aliud intuēs nisi tātam int̄ ambos esse ꝯcordiā int̄ illū scilicȝ cui⁹ verba dicere voluit. ⁊ aliuȝ cui⁹ ei nomen pro illi⁹ noīe occurrit vt tale sit hec istū dixisse: q̄le si ille dixisset: quāto magis hec de ꝓphetis sanctis intelligendū: ⁊ maxime cōmendanduȝ fuit vt oīum libros tanq̄ȝ vni⁹ vnū librū acciperem⁹ in quo nulla rerū discrepantia crederet: sic nulla inueniretur in quo maior eēt ꝯstantia veritati: q̄ȝ si omnia illa vnus hō quālibet doctissimus loq̄ret. Qḋ ergo hinc argumentū sumere conant vel infideles vel imperiti hoīes q̄si ad ostendendā dissonantiā sanctoꝝ euangelistarū hec poti⁹ debent assumere fideles ⁊ docti ad ostendendā vnitatē sanctorū ⁊ ꝓphetaruȝ. Et alia cā que mihi videt alio tempore diligentius ꝑtractanda nec ampli⁹ sermonē protendamus: q̄ȝ huius operis terminādi necessitas flagitat cur hoc nomē ieremie in testimonio zacharie sit manere ꝑmissum vel poti⁹ sancti spiritus auctoritate post ceptū sit. Est apud ieremiam q̄ emerit agrū a filio fratris sui ⁊ dederit ei argētum: nō quidē sub hoc nomine ꝑcij qḋ positum est apud zachariam. Q̄ autem prophetia de xxx. argenteis ad hoc interp̄tatus est euangelista qḋ modo de dño cōpletū est. veruntñ agri emptio non ē apud zachariā. Q̄ aūt ꝓphaȝ de xxx. argenteis ad hec interpretatus sit euangelista qḋ modo de domino cōpletū est vt hec eēt precium eius manifestū est. sed ad hec pertinere etiam illud de agro empto qḋ ieremias dicit: hic potuit mistice significari vt non hic zacharie nomen poneret qui dixit. xxx. argenteis, sed ieremie q dixit de agro empto: vt lecto euangelio atqȝ inuento noīe ieremie, lecto aūt ieremia et non inuento testimonio de. xxx. argenteis. inuento tamē de agro empto admoneat lector vtrūqȝ cōferre: ⁊ inde sensum enudare ꝓphetie quomodo pertineat ad hoc qḋ in domino impletū est. Nā illud qḋ subiecit huic testimonio matheus cū ait: Quē ap̄p̄ciauerūt filij israel et dederūt eos in agrū figuli sicut cōstituit mihi domin⁹: nec apud zachariam: nec apud ieremiam reperit: vnde magis ex persona ipsi⁹ euangeliste accipiendū est elegant ⁊ mistice incertū quia hec ex domini reuelatione cognouerat ad hanc rem q̄ de christi precio facta est huiusmodi ꝑtinere ꝓphetiam: liber quippe empti agri apud ieremiā iubetur mitti in vas fictile: ⁊ emitur hic de precio dñi agri figuli: ⁊ hoc ad sepulturā peregrinoꝝ tanq̄ȝ ad ꝑmansionē quietꝫ eorū qui in hoc seculo peregrinātes consepeliunt christo per baptismū. Nā ⁊ illam emptionem agri hec significare ieremie dicit domin⁹: q̄ erit ꝑmansio de captiuitate liberatoꝝ in illa terra hec tanq̄ȝ delimanda arbitrat⁹ sum: cū admouerē quid in his ꝓpheticis testimonijs in vnū redactis ⁊ euangelice narrationi collatis diligentius attentiueqȝ req̄ratur. hoc interposuit mathe⁹ de iuda traditore.

¶ Capi. viij.

Deinde sequitur ⁊ dicit. Jesus aūt stetit ante p̄sidē: ⁊ interrogauit eū p̄ses dicēs Tu es rex iudeoꝝ. Dicit ei iesus. Tu dicis. Et cū accusaret a principib⁹ sacerdotū ⁊ senioribus nihil respōdit. Tūc dicit illi pilat⁹. Nō audis quāta aduersum te dicūt testimonia. Et nō respōdit ei vllū vbuȝ: ita vt miraret preses vehemēter. Per diē aūt solēnē ꝯsueuerat preses dimittē populo vnū vinctū quē voluissent Hēbat aūt tūc vinctū insignē: q dicebat barabas. Cōgregatiꝫ g̊ ill' dixit pilat⁹. Quē vultis dimittā vob. Barabā an iesum q dicit xp̄s. Sciebat eni q̄ ꝑ inuidiā tradidissent eū. Sedēte āt illo ꝓ tribunali: misit ad illū vxor ei⁹ dicēs. Nihil tibi ⁊ iusto illi. Multa eni passa sum hodie ꝑ visum ꝓpt̄ eū. Principes aūt sacerdotū ⁊ seniores ꝑsuaserūt popul' vt peterēt barabā. iesū vo ꝑderēt. Rñdēs aūt p̄ses ait ill'. Quē vultis

vobis de duobꝰ dimitti. At illi dixerūt. Bara
bā. Dicit illꝭ pilatꝰ. Quid ǧ faciā de iesu q dicit
xp̄s. Dicūt oēs: crucifigat. Ait illꝭ preses. Quid
eni male fecit. At illi magis clamabāt dicentes
Crucifigat. Uidēs aūt pilatꝰ ꝙ nihil ꝓficeret ſꝫ
magis tumultꝰ fieret: accepta aqua lauit manꝰ
corā populo dicēs. Innocēs ego ſum a ſanguie
iuſti. Uos videritis. Et rn̄dens vniuerſus po
pulus dixit. Sāguis eiꝰ ſup nos ⁊ ſup filios no-
ſtros. Tūc dimiſit illis barabā: Jeſum aūt fla-
gellatū tradidit eis vt crucifigeret. hec narra-
uit matheꝰ p pilatū geſta de dn̄o. Marcus q̊ꝫ
pene hiſdē verb ⁊ rebus cōcinit. Uerba aūt pi
lati quibꝰ reſpōdit populo petēti vt ſolennit vnꝰ
vinctꝰ dimitteret ita refert. Pilatus aūt rn̄dit
eis ⁊ dixit. Uultis dimittā vobis regē iudeoꝝ
Matheꝰ aūt ſic ait. Cōgregatis ǧ illis: dixit pi
latꝰ. Quē vultis dimittā vobis. Barabā an ie
ſum q dicit chriſtꝰ: Nulla queſtio ē ꝙ tacet ipos
petiſſe vt aliqs eis dimitteret. Sed q̄ri pōt: q̄
verba pilatꝰ dixerit: vtrū que a matheo: an q̄ a
marco referunt. Aliud eni videt eē quē vultis
dimittā vobis. Barabā an ieſum q dicit xp̄s:
aliud: vultis dimittā vobis regē iudeoꝝ. Sed
qꝛ chriſtos reges dicebāt: ⁊ q dixit illū an illuz
manifeſtū eſt eū queſiſſe an vellēt ſibi dimitti
regē iudeoꝝ. i. chriſtū: nihil intereſt ſententie:
qd̄ hic tacuit marcꝰ de barabā h ſolū volēs di
cere qd̄ ad ieſum ꝑtinebat: qn̄ quidē in eoꝝ re-
ſpōſione ſatis ⁊ ipſe oñdit. quē ſibi dimitti vo-
luerint. Pōtifices inqt cōcitauerūt turbā vt ma
gis barabā dimitteret eis. Seqtur aūt ⁊ dicit.
Pilatꝰ aūt iterū reſpōdens ait illꝭ. Quid ǧ vulꝗ
faciā regi iudeoꝝ: Unde iā ſatis apparet ꝙ id
marcꝰ velit oſtendē: dicendo: regē iudeoꝝ: qd̄
matheꝰ dicēdo chriſtū. Nō eni dicebant chriſti
reges niſi iudeoꝝ. Nāꝗ in eo etiā loco matheꝰ
ait. Dicit illis pilatꝰ. Quid igit faciā de ieſu q
dicit chriſtꝰ. Ergo ſequit marcꝰ. At illi clama-
uerūt iterū. Crucifige eū. Qd̄ ille ait. dicūt oēs
crucifigat. Et ſeqtur marcꝰ. Pilatꝰ vō dicebat
eis. Quid eni mali fecit. At illi magis clama-
bant Crucifige eū: h matheꝰ nō dixit. ſed qn̄ di-
xit: Uidēs aūt pilatꝰ qꝛ nihil ꝓficeret: ſꝫ magis
tumultꝰ fieret: dixit etiā eū lauiſſe manꝰ corā po
pulo vt innocentē ſe a ſanguine iuſti ſignificaret
qd̄ idē ⁊ marcꝰ ⁊ alij tacēt ſatis oſtēdit etiā ma
theꝰ egiſſe p̄ſidē cū populo: vt dimitteret. Qd̄
breuit ſignificauit marcꝰ in eo ꝙ refert pilatuz
dixiſſe: Quid eni mali fecit. Deinde ſic etiam
ipſe cōcludit q̄ per pilatū cū dn̄o geſta ſunt. Pi
latus aūt inquit volēs populo ſatiſfacere dimi
ſit illis barabā: ⁊ tradidit ieſum flagellꝭ ceſū vt
crucifigeret. hec apud p̄ſidē geſta narrauit mar
cus. lucas apud pilatū geſta ſic narrat. Cepert

aūt accuſare illum dicentes. Huncinuenimus
ſubuertentem gentē noſtram: prohibentem tri
buta dari ceſari: ⁊ dicentem ſe chriſtum regem
eſſe: hoc illi duo euangeliſte non dixerunt. cū ta
men dicerent ꝙ eum accuſabant. Ergo iſte eti
am ipſa crimina que falſa obiecerunt aperuit.
Tacuit autem quod ei dixit pilatus. Non re-
ſpondens quicquā. Uides in quantis te accu-
ſant: Sed plane ſequitur ⁊ dicit etiam quod il
li dixerunt. Pilatus autem interrogauit eum
dicens. Tu es rex iudeorum. At ille reſpon-
dens ait. Tu dicis. hoc autem matheus ⁊ mar
cus commemorauerunt anteꝗ̄ dicerent com
pellatum ieſum ꝙ eis accuſantibus non reſpon
deret. Nihil autem intereſt veritatis quo ordi
ne lucas iſta retulit quemadmodum nihil in-
tereſt ſi alius aliqud tacet quod alius comme-
morat: quemadmodum in conſequentibus di
cit. Ait autem pilatus ad principes ſacerdotū
⁊ turbas. Nihil inuenio cauſe in hoc homine.
At illi inualeſcebant dicentes. Commouet po-
pulum docens per vniuerſam iudeam: ⁊ inci-
piens a galilea vſqꝫ huc. Pilatus autem audi
ens galileam interrogauit: ſi homo galileus eſ
ſet. Et vt cognouit ꝙ de herodis poteſtate eēt
remiſit eum ad herodem. Qui ⁊ ipſe ieroſoly
mis erat in illis diebus. Herodes autem viſo
ieſu gauiſus eſt valde. Erat enim cupiens ex
multo tempore videre eum eo ꝙ audiret mul
ta de illo: ⁊ ſperabat ſignum aliquod videre fie
ri ab eo. Interrogabat autem illuz multis ſer-
monibus. At ipſe nihil illi rn̄debat. Stabant
etiā principes ſacerdotū ⁊ ſcribe ꝯſtanter accu
ſantes eū. Spreuit aūt illū herodes cum exer-
citu ſuo: ⁊ illuſit indutum veſte alba: ⁊ remiſit
ad pilatum: Et facti ſunt amici herodes ⁊ pila
tus in ipſa die: nam antea inimici erant adin-
uicem. hec omnia ideſt ꝙ a pilato ad herodem
dominus miſſus eſt. ⁊ que ibi geſta ſunt lucas
ſolus indicat: etiā ſi aliqd ibi ait ſimile quod in
alijs narrationē locis indicat etiaz apud alios
poſſit iueniri. Ceteri aūt ea tm̄ dicē voluere q̄
apud pilatū geſta ſunt q̊uſqꝫ dn̄s crucifigēdus
traderet. Rediēs ǧ lucas ad ea q̄ apud p̄ſidez
gerebant vn̄ digreſſus erat vt narraret qd̄ apd̄
herodē actū ē: ita ſeqtur. Pilatꝰ aūt ꝯuocatiꝭ p̄n
cipibꝰ ſacerdotū ⁊ magiſtratibus ⁊ plebe: dixit
ad illos. Obtuliſtis mihi hūc hoiez q̄ſi auerten
tē populū: ⁊ ecce corā vob intrrogās nullā cām
inueni i hoie iſto: ex his in qbꝰ eū accuſatis. hic
intelligimꝰ eū pretermiſiſſe quēadmodū a dn̄o q̄-
ſierit ꝙ accuſatoribꝰ nō reſponderet. Sꝫ neqꝫ
herodes inqt. Nā remiſi vos ad illū. ⁊ ecce ni
hil dignū morte actū ē ei. Emēdatū ǧ illū dimit
tā. Neceſſe aūt habebat dimittē eis p diē feſtū

vnum.Et clamauit autez simul vniuersa tur-
ba dicẽs. Tolle hũc ⁊ dimitte nobis baraban.
Qui erat ꝓpter seditionẽ quãdam factã in ciui
tate ⁊ homicidiũ missus in carcerẽ. Iterũ autẽ
pilatus locutus est ad illos volẽs dimittere ie-
sum. At illi succlamabant dicentes. Crucifige
illũ. Ille aũt tertio dixit ad illos. Quid eni ma-
li fecit iste. Nullam cãm mortis inuenio in eo.
Corripiam ergo illũ ⁊ dimittã. At illi instabãt
vocibꝰ magnis.postulãtes vt crucifigeret. Et
inualescebãt voces eorũ. Matheus huic hinc
conatui quo sepius cũ eis egit. volẽs vt dimit
teret iesus paucissimis verbis satis attestatus
est. vbi ait. Videns aũt pilatus ꝙ nihil ꝓfice-
ret:sed magis tumultus fieret qḋ non diceret
nisi multũ ille visus esset:quãuis tacuerit quoci
ens h efficere tẽptauerit. vt eruer et iesum fu-
rori eoꝝ. Et lucas itaqꝫ ita cõcludit qḋ factũ est
apud ꝑsidez. Et pilatus inqt adiudicauit fieri
peticionẽ eoꝝ. Dimisit autẽ illis eũ qui ꝓpter
homicidiũ ⁊ sedicionẽ missus fuerat in carcerẽ
quẽ petebãt: Iesum vero tradidit volũtati eoꝝ
Nunc eadẽ ẜm ioannem cõsideremus.i.que ꝑ
pilatũ facta sunt. Et ipi inqt nõ introierunt in
pretoriũ vt nõ ꝯtaminarent:sed mãducarẽt pa
sca. Exijt ergo pilatꝰ ad eos foras ⁊ dixit. Quã
accusationẽ affertis aduersus hominez hunc:
Responderũt ⁊ dixerũt ei. Si nõ esset hic male
factor:nõ tibi tradidissemus euz. hic videndũ
est ne ꝯtra sit ei:qḋ lucas dicit certa in euz dicta
esse crimina.⁊ dicit que dicta sunt. Ceperunt
autẽ inqt accusare illũ dicentes.hũc inuenimꝰ
subuertẽtẽ gentẽ nostrã:⁊ ꝓhibentẽ tributa da
ri cesari ⁊ dicẽtẽ se xp̃m regẽ esse. Quod vͦo nũc
ẜm ioannẽ ꝯmemoraui. videtur iudei voluisse
dicere crimina. cũ dixisset eis pilatꝰ quã accu
sationez affertis aduersus hominẽ hunc. Re-
sponderũt eni si nõ esset hic malefactor non tibi
tradidissemꝰ eum. Videlicet vt eoꝝ auctorita
tem secutus:qd ei obijceret desineret querere
sed ob h tm̃ nocentez credẽt:ꝙ sibi ab eis tra-
di meruisset. Ergo intelligere debemus:⁊ h di
ctum esse.⁊ illud qḋ lucas ꝯmemorauit. Mul
ta enim dicta ⁊ multa respõsa sunt. Unde cuiqꝫ
eoꝝ q̃tum visum est:descripsit ⁊ in narratione
sua posuit:qḋ satis eẽ iudicauit. Nã etiã ipe io
annes dicit quedã q̃ obiecta sunt:q̃ suis locis
videbimus. Itaqꝫ sequit. Dixit ergo eis pila-
tus. Accipite eũ vos.⁊ ẜm legem vestrã iudi-
cate eũ. Dixerũt ergo ei iudei. Nobis non licet
interficere quẽq̃. Ut sermo iesu impleret quẽ
dixit:significãs qua morte esset moriturus. In-
troijt ergo iterũ in pretoriũ pilatus. ⁊ vocauit
iesum.⁊ dixit ei. Tu es rex iudeoꝝ.⁊ respondit
iesus:A temetipo h dicꝭ.an alij tibi dixerũt de
me:⁊ hoc nõ videt ꝯuenire illi ꝙ ab alijs ꝯme-
moratũ est.rñdit ihs:tu dicis nisi in ꝯsequẽtibꝰ
oñderet.⁊ illud dictũ esse. Unde oñdit ea que
nunc dicit a ceteris potius euangelistis tacita
q̃ a dño dicta non esse.attende ergo ⁊ cetera.
Respondit inqt pilatus. Nunquid ego iudeꝰ
sum. Gens tua ⁊ pontifices tui tradiderunt te
mihi. Quid fecisti. Respondit iesus. Regnum
meum nõ est de mundo h. Si ex h mundo eẽt
regnum meũ:ministri mei vtiqꝫ decertarent:
vt nõ traderer iudeis. Nunc autẽ regnũ meuz
nõ est hic. Dixit itaqꝫ ei pilatꝰ. Ergo rex es tu.
Respondit iesus. Tu dicis q2 rex suz ego. Ec-
ce qñ ventũ est ad id quod alij euãgeliste cõme
morauerũt. Sequit ergo idem dicentẽ adhuc
dño:qḋ ceteri tacuerũt. Ego in h natus sum.⁊
ad hoc veni in mũdũ: vt testimoniũ ꝑhibeam
veritati. Omnis qui est ex veritate audit meã
vocem. dicit ei pilatus.quid est veritas. Et cũ
hoc dixisset:iterum exijt ad iudeos ⁊ dicit eis
Ego nullam inuenio in eo causam. Est autẽ cõ
suetudo vobis: vt vnũ dimittã: vultis dimit-
tam vobis regem iudeorũ. Clamauerunt rur-
suz omnes dicentes. Non hunc sed baraban.
Erat autẽ barabas latro. Tunc ergo apprehẽ
dit pilatus iesum.⁊ flagellauit. Et milites ple
ctentes coronam de spinis imposuerũt capiti
eius:⁊ veste purpurea circundederunt eum. ⁊
veniebant ad eum ⁊ dicebãt. Aue rex iudeoꝝ
Et dabant ei alapas: Exijt iteruz pilatus foras
⁊ dicit eis. Ecce adduco eum vobis foras: vt
cognoscatis quia in eo nullam causaz inuenio
Exijt ergo iesus portans coronam spineam ⁊
purpureũ vestimentum.⁊ dicit eis. Ecce ho-
mo. Cum ergo vidissent eũ pontifices ⁊ mini
stri clamabant dicentes. Crucifige. crucifige
euz. Dicit ei pilatus. Accipite euz vos ⁊ cruci
figite. Et enim nõ inuenio in eo causaz. Respõ
derunt ei iudei. Nos legem habemus.⁊ ẜm le
gem debet mori:quia filium dei se fecit. Hoc
potest congruere ei qḋ lucas cõmemorat in accu
satione iudeorum dictũ. Hunc inuenimus sub-
uertentem gentem nostram vt adiungatur.q2
filium dei se fecit. Sequitur ita ioãnes ⁊ dicit.
Cum ergo audisset pilatus hunc sermonem
magis timuit.⁊ ingressus est pretorium iterum
⁊ dicit ad iesum. Unde es tu. Iesus autem re-
sponsum nõ dedit ei. Dicit ergo ei pilatꝰ. Mi-
hi non loqueris. Nescis quia potestatẽ habeo
crucifigere te.⁊ potestatem habeo dimittere.
Respondit iesus. Non haberes potestatez ad
uersus me vllam:nisi tibi datum esset desuper
Propterea qui tradidit me tibi:magis pecca
tum habet. Exinde querebat pilatus dimitte-
re eum. Iudei autez clamabant dicentes. Si

hunc dimittis non eris amicus cesaris. Omnis qui se regem facit cõtradicit cesari: huic potest congruere qđ lucas in eadem accusatione iudeorum ita narrat cum dixissent: invenimus eum subvertentem gentem nostram. adiecit: ⁊ prohibentem tributa dari cesari: ⁊ dicentem se christum regez esse. Ex quo soluitur illa questio qua putari poterat ioannem dixisse: nullũ a iudeis domino crimen obiectum quando responderunt ⁊ dixerunt ei: si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eum. Sequitur ergo ioannes ⁊ dicit. Pilatus ergo cum audisset hos sermones adduxit foras iesum: ⁊ sedit pro tribunali in loco qui dicitur lithostrat⁹. hebraice autem ga lbata. Erat autem parasceue pasca hora quasi sexta. Et dic iudeis. Ecce rex vester. Illi autem clamabant. Tolle tolle crucifige eum. Dixit eis pilatus. Regem vestrum crucifigam. Tradidit eis illum vt crucifigeretur. hoc narrauit ioannes per pilatum gesta.

Capitulum .ix.

Consequens est vt iam ipsam domini passionem ẜm quatuor euangelistaruz testimonia videamus quaz matheus sic incipit. Tunc milites presidis suscipientes iesum in pretorium congregauerunt ad eũ vniuersam cohortem: ⁊ exeuntes eum clamidẽ coccineam circundederunt ei: ⁊ plectentes coronã de spinis posuerunt super caput eius: ⁊ arundinem in dextram eius: ⁊ genuflexio ante eum illudebant dicentes. Aue rex iudeorum. Ꝭ marcus in eodem loco narrationis ita dicit. Milites autem duxerunt eum intro in atriuz pretorij ⁊ conuocant totam cohortem: ⁊ induunt eũ purpuream: ⁊ imponunt ei plectentes spineam coronam: ⁊ ceperunt salutare eum. Aue rex iudeorum. ⁊ percutiebant caput eius arundine ⁊ conspuebant eum: ⁊ ponentes genua adorabãt eum. Intelligitur itaq̃ȝ quod matheus ait: Clamidem coccinam circundederunt ei: hoc marcum dixisse: indutum purpura. Pro regia enim purpura clamis illa coccina ab illudentibus adhibita erat. ⁊ est rubra quedam purpura cocceo similia. Potest etiam fieri vt purpuram etiam marcus commemorauerit q̃ȝ clamis habebat quãuis esset coccina. lucas hoc pretermisit. Joannes autem anteq̃ȝ diceret ꝙ cum pilat⁹ crucifigendum tradiderit commemorauit hoc dicens: Tunc ergo apprehendit pilatus iesum: et flagellauit: ⁊ milites plectentes coronaz de spinis imposuerunt capiti eius: ⁊ veste purpura circundederunt eum: ⁊ veniebant ad eum ⁊ dicebant. Aue rex iudeorum: ⁊ dabant ei alapas vnde apparet matheum ⁊ marcum recapitulando ista commemorasse: non quo tunc factũ sit: cum eum pilatus iam crucifigendum tradidisset. Joannes enim apud pilatum dicit hec gesta satis euidenter: vnde isti qđ preterierãt recoluerunt: ad hoc pertinet etiam ꝙ consequẽter dicit matheus: Et expuentes in eum acceperunt arundinem ⁊ percutiebant caput eius: Et postq̃ȝ illuxerunt eum exuerunt clamidem ⁊ induerunt eum vestimentis eius ⁊ duxerunt eũ vt crucifigerent hoc qđ exuerunt clamidem: ⁊ induerunt eum vestimentis eius: in fine factũ intelligitur cum iam duceretur: Marcus hoc ita dicit: Et postq̃ȝ illuxerunt ei exuerunt illum purpuram: ⁊ induerunt eum vestimentis suis

Capitulum .x.

Sequitur ergo matheus. Exeũtes aũt inuenerunt hominẽ cireneuz nomine symonem hunc angariauerunt vt tolleret crucẽ eius. Marcus quoq̃ȝ. ⁊ educunt illũ inquit vt crucifigerent eum. ⁊ angariauerũt ꝑtereuntẽ. quẽpiã symonẽ cireneum veniente de villa patrẽ alexandri ⁊ rufi: vt tolleret crucem eius. hoc lucas ita dicit. Et cum ducerent eum apprehẽderunt symonẽ quẽdam cirenẽsem venientem de villa. ⁊ imposuerũt illi crucez portare post iesum. Joannes aũt sic narrat. Susceperunt autẽ iesum. ⁊ baiulans sibi crucez exijt in eum qui dicit caluarie locũ ebraice golgota ibi eum crucifixerunt. Unde itelligit ꝙ ipe sibi portabat crucẽ. cũ exiret in locũ memoratũ. Symon autẽ in itinere angariatus est. de quo tres cõmemorant: cui postea data est crux vsq̃ȝ ad locum. Ita vtrunq̃ȝ factũ inuenimus. primo id qđ ioãnes dixit. deinde qđ ceteri tres. Cap. xj

Sequitur itaq̃ȝ matheus. Et venerũt inquit in locum qui dicitur golgota: ꝙ est caluarie locus. de Ꝭ loco aptissime consentiunt. Deinde adiungit idem matheus. Et dederunt ei vinum bibere cũ felle mixtuz. Et cum gustasset noluit bibere. Ꝭ marcus ita narrar. ⁊ dabant ei bibere vinũ mirratũ. ⁊ nõ accipit. Hoc intelligendũ est matheum dixisse cuz felle mixtũ. fel quippe pro amaritudine posuit ⁊ mirratũ enim vinuz amarissimũ est. Quãq̃ȝ fieri possit vt felle ⁊ mirra vinũ amarissimũ redderent. Quod ergo ait marcus non accepit. intelligit non accepit vt biberet. Gustauit autez sicut matheus testis est. vt qđ idem matheus ait noluit bibere. Ꝭ marcus dixit: non accepit. tacuit aũt ꝙ gustauerit. Capi. xij.

Sequitur mathe⁹. Postq̃ȝ autẽ crucifixerunt eũ: diuiserunt vestimẽta eius sortem mittentes ⁊ sedentes seruabãt eũ hoc idem marcus sic: Et crucifigentes euz diuiserunt vestimenta eius mittẽtes sortez super eis quis quid tolleret. Ꝭ lucas sic ait. Diuide

tes vero vestimenta eius. miserunt sortes. ⁊
stabat populus expectans. Breuitur a tribus
dictum est. Joannes autē distinctus hoc expli
cat: quēadmodū gestum sit. Milites ergo inqt
cum crucifixissent eū. ⁊ acceperūt vestimēta eiꝰ
⁊ fecerūt quatuor partes vnicuiqꝫ militi partē
⁊ tunicam. Erat autē tunica incōsutilis desup
contexta per totū. Dixerunt ergo adinuicem.
Non scindamus eā: sed sortiamur de illa cuiꝰ
sit. vt scriptura impleret dicens Partita sunt
vestimenta mea. ⁊ in vestem meam miserunt
sortem. Capi. xiiij.

Sequitur matheus. Et imposuerūt su-
per caput eius causam ipsius scriptam.
hic est iesus rex iudeoꝝ. Marcus autē
pusqꝫ h dixisset. erat autē inquit hora tercia. ⁊
crucifixerunt eum: h enī subiūgit cū de vestiū
diuisione dixisset. Que res diligentissime cō-
sideranda est ne magnum faciat errorē. Sunt
enī qui arbitrent hora quidē tertia dn̄m cru
cifixum. a sexta autē hora tenebras factas vsqꝫ
ad nonam: vt consumpte intelligant tres hore
ex quo crucifixus est. vsqꝫ ad tenebras factas.
Et posset quidē h rectissime intelligi: nisi ioan-
nes diceret quasi hora sexta pilatum sedisse pro
tribunali in loco qui dicit lithostratos. hebrai
ce autē galbata. Sequitur enim. Erat autem
parasceue pasca hora quasi sexta. ⁊ dicit iudeis
Ecce rex vester. Illi autē clamabant tolle tolle
crucifige eum. Dixit eis pilatus. Regē vr̄m
crucifiigam. Responderunt pontifices. Non
habemus regem nisi cesarem. Tunc ergo tra-
didit eis illū: vt crucifigeret. Si igit hora qua
si sexta pilato sedente pro tribunali: traditus ē
crucifigendus iudeis: quō hora tertia crucifi-
xus est sicut verba marci nō intelligentes qui
dam putauerūt: prius enī que hora crucifigi
potuerit videamus, deinde videbimꝰ cur hora
tertia crucifixū dixerit marcus. hora erat quasi
sexta cū traditus est crucifigēdus a pilato seden
te vt dictum est pro tribunali. Non enim ple-
na sexta erat: sed quasi sexta. i. peracta quinta.
Et aliquid etiam de sexta esse ceperat. Nunqꝫ
autem isti dicerent quinta ⁊ quadrans. aut qn
ta ⁊ triens, aut quinta ⁊ semis: aut aliquid hu-
iusmodi. Habent enim iustum morē scriptu
re vt aperte totum ponant, maxime in tempo
ribus sicut de octo illis diebus post quos eum
dicunt ascendisse in montem, quoꝝ medios in
tuens marcus ait: post dies sex: presertī quia
tam moderate idem ioānes locutus est vt nō
diceret sexta: sꝫ qsi sexta. Quod si ita nō diceret
sed tm̄modo sextam diceret. possemus nos ita
intelligere: quēadmodū loqui scripture solent
sicut dixi aperte totū: vt peracta qnta ⁊ incho-
hata sexta gererent hec que narrata sunt in cru
cifixione domini nostri. donec cōpleta sexta il-
lo pendente fierent tenebre: quibꝰ tres euāge-
liste attestant: matheus marcus ⁊ lucas. Que-
ramus iam consequēter: cur marcus cōmemo
rasset crucifigentes eū diuiserunt vestimenta
eius. mittentes sortes super eis quis qd tolle-
ret secutus adiunxit. erat autē hora tertia ⁊ cru
cifixerūt eum. Jam certe dixerat ⁊ crucifigen-
tes eū: diuiserūt vestimenta eius. Sicut etiā
⁊ ceteri attestant: ꝙ eo crucifixo vestimēta diui
sa sunt. Si eiꝰ rei geste tempus voluit ꝯmemo
rare marcus: sufficeret dicere. erat autē hora
tertia. Ut qd̄ adiunxit ⁊ crucifigerēt eū: nisi qd̄
voluit aliqd recapitulando significare. ꝙ qsitū
inueniret cū scriptura ipsa illis temporibꝰ lege
retur quibus vniuerse ecclesie notū erat qua
hora dominꝰ ligno suspensus est. Unde possit
huiusmodi error corrigi vel mēdatiū refutari.
Sed qr sciebat a militibus suspensū dominū
nō a iudeis sicut ioānes aptissime dicit. occul
te ostēdere voluit eos magis crucifixisse q cla
mauerūt vt crucifigeret. qꝫ illos qui ministeriū
principi suo sm̄ suum officiū prebuerūt. Intelli
git ergo fuisse hora tertia cū clamauerūt iudei
vt dn̄s crucifigeret ⁊ veracissime demonstrat
tunc eos crucifixisse qn̄ clamauerunt maxime
quia nolebāt iudei se h fecisse. ⁊ ppterea eum
pilato tradiderāt qd̄ eoꝝ verba satis indicant
sm̄ ioannā. Cū enim dixisset pilatus eis. Quā
accusationem affertis aduersus hominē hūc?
Respōderunt ⁊ dixerunt ei. Si non esset hic
malefactor: nō tibi tradidissemus eum. Dixit
ergo eis pilatus. Accipite eum vos. ⁊ sm̄ legē
vestrā iudicate eum. Dixerunt ergo iudei. No
bis nō licet interficere quēqꝫ. Quod ergo ma-
xime iudei fecisse volebant: hoc eos fecisse ho
ra tertia marcus ostendit. verissime iudicans
magis fuisse domini necatricē linguā iudeoꝝ
qꝫ militū manus. Quisquis autē dixerit nō fu-
isse horā tertiā: cū h iudei primitꝰ clamauerūt
insanissime se ostēdit inimicū euangelij. Nisi
forte aliter potuerit eandē dissoluere questio-
nem. Non enim habet vnde conuincat non
fuisse tunc hora tertia. Et ideo veridico euan-
geliste potius credendū qꝫ cōtentiosis suspectio
nibus hominum. Unde inquit pbans horam
tertiam fuisse. Respōdebo quia credo euange-
listis. Quibus ⁊ tu si credis ostende quēadmo
dum ⁊ hora sexta ⁊ hora tertia potuit dominꝰ
crucifigi. De sexta enim vt fateamur: narra-
tione ioannis. vrgemur tertiam marcus com
memorat. Quibus sit vterqꝫ nostrum credat.
ostendat quēadmodum fieri vtrunqꝫ potuerit
⁊ libentissime acquiescam. Non enim sentētiā

meaz sed euangelij diligo veritatē. Atq; vtinā
etiam plures ab alijs inueniantur huius exit⁹
questionis. Quod donec fiat: vtere mecuz isto
si placet. Si enim nullus alius exitus poterit
inueniri solus iste sufficiet. Si autem potuerit
cum demōstratus fuerit eligemus: Tñ non po
test consequens esse. vt quilibet omnium qua
tuor euangelistaꝝ mentitus sit: aut in tāto ⁊ tā
sancto culmine auctoritatis errauerit. Si au-
tem qs dixerit se inde cōuincere non fuisse ho
ram tertiam: cum illud iudei clamauerūt quia
postea ꝙ̃ dixit idem marcus. pilatus autem
iterum respondēs ait illis. Quid ergo vultis
faciam regi iudeorum. At illi iterum clamaue
rūt: crucifige eum: non interponit aliquid mo
rarum ab eodem marco in eius narratione. ⁊
cōtinuo ad id peruenitur vt traderetur ad cru
cem dominus a pilato: quod ioannes hora q̃si
sexta factum esse cōmemorat. Intelligat qui h̄
dicit: multa pretermissa esse que in medio ge-
sta sunt: cum pilatus ageret querēs quomodo
eum a iudeis eriperet ⁊ aduersus eorum insa-
nissimam voluntatem: quibuscūq; modis po-
tuit instantissime niteret. Matheus enim ait.
Dixit illis pilatus. Quid igitur faciam de iesu
qui dicitur christus. Dicunt omnes: crucifigat
Tunc fuisse dicimus horam tertiā. Quod aūt
matheus sequitur ⁊ narrat: videns autem pi-
latus: quia nihil ꝓficeret. sed magis tumultus
fieret. ⁊ in conatibus pilati ad eripiendū iesum
dominū: ⁊ in tumultu iudeoruz contranitentiū
cōsumptum tempus duarum horarū intelligi
mus. ⁊ ceptam fuisse sextam quē nundum ter
minata gesta sunt. que ab eo tēpore quo pilat⁹
dominū tradidit. vsq; ad tenebras factas nar
rantur. Quod autem matheus supra cōmemo
rat. sedente autem illo pro tribunali misit ad
illum vxor ei⁹ dicens: nihil tibi ⁊ iusto illi. mul
ta enim passa sum hodie per visum ꝓpter eū
postea sederat pro tribunali pilatus: sed inter
illa que prius gesta sunt narrabat: recordatus
mathe⁹: ꝙ de pilati vxore dixit. voluit hoc ibi
interponere. vt p̄strueret qua maxime causa
pilatus nec nouissime volebat eum tradere iu
deis. lucas autē narrat: cū dixisset pilatus: emē
datum ergo illum dimittam. exclamasse vni-
uersam turbam. tolle hunc ⁊ dimitte nobis ba
raban. Sed fortasse nundum dixerant cruci-
fige. Iterum autem pilatus ſm eundem lucam
locutus est ad illos volens dimittere iesum.
At illi succlmabant dicentes: crucifige crucifi
ge eum. Tunc intelligitur fuisse horam tertiā.
Quod autem sequitur lucas ⁊ dicit. ille autem
tertio dixit ad illos: quid enim mali fecit iste.
nullam causam mortis inuenio in eo. corripiaz
ergo illum ⁊ dimittaz. At illi instabant vocib⁹
magnis postulātes vt crucifigeretur: ⁊ inuale-
scebāt voces eorum satis etiam ipse significat
magnū tumultū fuisse: ⁊ post quātū morarū ill'
tertio dixerit. Quid eni mali fecit. licz intellige
re quantū indagande veritati satis est: ⁊ postea
qd ait: instabāt vocibus magnis. ⁊ inualesce-
bant voces eorum qs non videat ideo factū:
quia videbant pilatū nolle eis tradere dominū
Et qui h̄ magnopere nolebat: nō vtiq; in mo-
mento tēporis cessit: sed vel due hore ⁊ aliqd
amplius in illa cunctatione transierunt. Ioan-
nem quoq; interroga: ⁊ vide quanta fuerit pi-
lati illa cunctatio ⁊ recusatio tam fedi misterij
Idē nanq; multo explicatius ea narrat quāuis
nec ipse vtiq; dicat omnia: in quib⁹ scz due ho-
re ⁊ de sexta aliquid preterfluxit. Tamen cum
flagellasset iesum ⁊ a militibus veste illusoria:
multisq; illusionib⁹ male tractari pmisisset cre
do vt hoc modo saltē eorū furorē mitigaret ne
vsq; ad mortē seuire pertenderet: exijt iterum
pilatus foras ⁊ dicit eis. Ecce adduco eum vo
bis foras vt cognoscatis: quia in eum nullam
causam inuenio. Exijt ergo iesus portans spi-
neā coronam ⁊ purpureum vestimentū. Et di
cit eis: Ecce homo: velut illa ignominiosa spe
tie visa placarent. Sed adiūgit ⁊ dicit. Cum g̊
vidissent eū pontifices ⁊ ministri clamabāt di-
cētes. Crucifige crucifige eum. Tūc horā tertiā
fuisse dicim⁹. Attēde que sequant. Dicit eis pi
latus. Accipite eū vos ⁊ crucifigite. Ego eni nō
inuenio in eo cām Respōderūt ei iudei. Nos
legem habem⁹: ⁊ ſm legē debet mori: qꝛ filiuz
dei se fecit. Cū ergo audisset pilatus hūc sermo
nem: magis timuit. Et ingressus ē pretoriū ite
rū: ⁊ dicit ad iesum. Unde es tu? Iesus aūt rn̄sū
nō dedit ei. Dicit ei pilatus. Mihi nō loq̄ris?
Nescis qꝛ potestatē habeo crucifigere te: ⁊ po-
testatē habeo dimittere te. Rn̄dit iesus. Non
habēs potestatem aduersus me vllaz: nisi tibi
datū esset desuper. Propterea q tradidit me ti
bi magis peccatū hz. Exīde pilat⁹ q̃rebat dimit
tē eū. In h̄ igit ꝙ q̃rebat pilat⁹ dimittē eū q̃ztū
tp̄is putam⁹ eē ꝯsūptū quāta p̄termissa q̄ vel a
pilato d cebant: vel a iudeis ꝯdicebant q̊usq;
dicerēt iudei vn̄ ille cōmoueret ⁊ cederet. Ita
eni seq̄tur. Iudei aūt clamabāt dicētes. Si hūc
dimittis nō es amic⁹ cesaris. Oīs qui se regez
facit ꝯtradicit cesari. Pilat⁹ g̊ cū audisset hos
sermones adduxit foras iesum: ⁊ sedit pro tri-
bunali i loco qui dicit lithostrat⁹. hebraice aūt
galbata. Erat autē parasceue pasce hora quasi
sexta. ab illa ergo voce iudeoruz qua primo di
xerunt: Crucifige. cum esset hora tertia vsq; ad
h̄ ꝙ sedit ꝓ tribunali: per medias horas cūcta-

tionis pilati ⁊ tumultuantium iudeorum due
hore preterierant ⁊ peracta quinta iam de se-
xta aliquid ceperat. Dicit ergo iudeis. Ec-
ce rex vester. Illi autem clamabant. Tolle tol-
le crucifige eum. Sed neqꝫ iam commotus
pilatus timore calūnie facile cedebat. Tūc eni
vxor eiꝰ ad eū miserat sedentē ꝓ tribunali ꝙ
preoccupauit matheus q h solū cōmemorauit
anteqꝫ ad eū locū narratiōis veniret vt ibi h
poneret vbi oportunū iudicauit. Tētans vtiqꝫ
adhuc eos pilatus ne quid ꝓficeret dixit eis.
Regē vestrū crucifigam. Rn̄derunt pōtifices
Nō habemꝰ regē nisi cesarē. Tunc ḡ tradidit
eis illū vt crucifigeret. Et dum ꝑgit ⁊ dū cruci-
figit cū duobꝰ latronibꝰ: dū vestes diuidunt: et
in sortē illa tunica mittit: atqꝫ int h varijs con
uitijs illudit: simul eni cum illa gererent ⁊ con
uitia iaciebant cōpleta est hora sexta: ⁊ facte sūt
tenebre: q̄s matheus ⁊ marcus ⁊ lucas cōme
morant. Iam itaqꝫ corruat impia ꝑtinacia: et
credat dn̄m iesum christum. Et tertia hora cru
cifixū lingua iudeoꝝ: ⁊ sexta manibꝰ militum qr
in tumultu iudeoꝝ ⁊ pilati estibus due atqꝫ am
pliꝰ hore ꝑterierunt a voce qua dixerunt cruci
fige. sꝫ ipse marcꝰ qui maxime breuitatis secta
tor est breuit voluit intimare pilati voluntatē
⁊ conatum ꝓ dn̄i vita. Cum eni dixisset: At illi
iterum clamauerunt: Crucifige eum. Ubi ostē
dit ꝙ iā clamauerāt cū vellēt sibi dimitti bara
bā adiunxit. Pilatus vo dicebat eis. Quid eni
mali fecit. hoc mō breuit insinuauit qđ diu ge-
stum ē. Memorātū etiā ipse quid velint intelli
gi nō ait. Pilatus vo dixit eis sed ait: dicebat
Quid eni mali fecit. quia si diceret: dixit: q̄si se
mel dictū intelligeremꝰ. Quia vo ait: dicebat:
satis intimauit intelligētibꝰ multis modis ⁊ se
pe dictū esse quousqꝫ inciperet hora sexta. Co
gitemꝰ ergo qꝫ breuit hoc dixerit marcꝰ in cōpa-
ratione mathei: qꝫ breuit matheꝰ in cōparatio
ne luce: qꝫ breuit lucas in cōparatione ioannis
cum tn̄ alia atqꝫ alia quisqꝫ cōmemoraret qꝫ de
niqꝫ breuit ipse ioannes in cōparatione rerū q̄
geste sunt ⁊ morarū cum illa gererent: ⁊ sine i-
sania resistēdi credamꝰ duas horas: ⁊ quid de
illo interuallo trāsire potuisse. Quisqs aūt di-
xerit potuisse marcum si ita esset eo tempore
dicere fuisse horā tertiam: quo erat hora tertia
cum vox iudeorum de crucifigendo domino so
nuisset dicere etiā ꝙ eum tunc ipsi crucifixerint
nimis supbe legis narratoribus veritatē impo
nit. Sic eni potest dicere si h ipse narraret: eo
modo eodēqꝫ ordine ab omnibꝰ debuisse narra
ri quo ipse narrauit. Dignet ergo ꝯsilio marci
euangeliste superari consilium suum qui eo lo-
co id ponendum iudicauit quo loco diuina in-
spiratione suggestum ē. Recordationes enim
eorū eius manu gubernate sunt qui gubernat
aquam sicut scriptum est qualiter illi placuerit
Fluitat enim humana memoria per varias
cogitationes nec in cuiusqꝫ potestate est quid ⁊
quando veniat in mente. Cum ergo illi sancti
⁊ veraces viri quasi fortuita recordationum
suarum propter narrationis ordinem: occulte
dei potestati cui nihil fortuitum est cōmisissent
non oportet quemqꝫ hominū dicere longe ab
iectum ab oculis dei ⁊ longe peregrinantem h
loco poni debuit quod valde ignorat cur eo lo
co deus poni voluerit: quia ⁊ si obuelatum est
euangelium nostrum vt ait apostolus in his q
pereunt obuelatum est. Et cum dixisset alijs
quidem sumus odor vite in vitam: alijs odor
mortis in mortem subiecit statim. Et ad hoc
quis idoneus: idest quis idoneus intelligere
qꝫ iuste fiat. Quod idem dominus dicit. Ego
veni vt qui non vident videant: ⁊ qui vident
ceci fiant. Ita est enim altitudo diuitiarum sci
entie ⁊ sapientie dei: qua fit ex eadem massa:
aliud vas in honorem. aliud in contumeliam.
Et dicitur carni ⁊ sāguini. O homo tu quis es
qui respondeas deo? Quis ergo in hac re co-
gnoscit intellectum domini: aut quis consilia-
rius illi fuit: vbi sic gubernauit corda reminis-
centium euangelistarum: ⁊ in ecclesie fastigio:
tanto auctoritatis culmine sublimauit vt per
hoc ipsa q̄ in eis contraria videri possunt mul
ti excecarentur digne traditi in cōcupiscentias
cordis sui ⁊ reprobum sensum ⁊ multi exercen
tur ad elimandum pium intellectum contra oc
cultam omnipotentis iustitiam. Dicit enim
propheta domino. Nimis profunde facte sunt
cogitationes tue: vir imprudens non cognoscit
⁊ stultus non intelligit hec. Peto autem ⁊ am
moneo eos qui hoc legunt per nos adiuuāte do
mino elaborent vt huius sermonis quem hoc
loco interponendum arbitratus sum in omni
simili questionum difficultate meminerint ne
sepius eadem repetenda sint. facile autem vi-
debit qui sine impietatis duritia voluerit at-
tendere quam oportuno loco marcus h de ter
tia hora posuerit. vt quisqꝫ ibi recordetur qua
hora iudei crucifixerunt dominum qui vole-
bant in romanos vel principes vel milites
transferre ipsum facinus vbi factum ministro
rum militum commemoratum est. Ait enim.
Et crucifigentes eum diuiserunt vestimenta
eius mittentes sortes super eis quicquid tolle-
ret. Qui hic nisi milites sicut ioannes manife-
stat. Ergo ne quisquam contagionem tanti cri
minis auersus a iudeis in milites illos con-
uerteret. Erat autē inquit hora tertia ⁊ cruci

fixerunt eum vt illi cum potius crucifixisse inue-
niantur quos hora tertia vt crucifigeretur clamare
potuisse: diligẽs inquisitor inueniet cũ aduer-
terit hoc quod a militibꝰ factũ ẽ: hora sexta factuz
esse. Quanq̃ nõ desint q parasceuen quã ioan-
nes cõmemorauit dicens: Erat aũt parasceue
pasce: hora fere sexta horã diei tertiã velint in
telligi q̃ sedit pilatus ꝓ tribunali vt eadẽ ter-
tia completa videatur qñ crucifixus est: atq illo
iã pendente in ligno alie tres hore peracte sint
⁊ reddiderit spiritũ: vt ab ea q̃ defunctꝰ ẽ. i. diei
sexta tenebre fierent vsq ad nonã. Dicunt eni
die quidẽ illo quẽ dies sabbati seq̃batur parasce
uen fuisse pasce iudeorũ ꝙ ab eodẽ sabbato iaz
inciperẽt azima: sed tñ verum pasca qd iam in
passione domini gerebatur: nõ iudeorũ: sed christi
anorũ cepisse preparari. i. parasceuen hre ab ho
ra noctis nona: in eo ꝙ dñs a iudeis occidẽdus
preparabatur. parasceue quippe interpretatur prepa
ratio. Ab illa g̃ nona hora noctis vsq ad eiꝰ cru-
cifixionẽ occurrit hora parasceuen sexta ſm io-
annem. ⁊ hora diei tertia ſm marcum vt non
marcꝰ horã illã recordatam recapitulãdo ꝯme
morauit q̃ clamauerũt iudei. Crucifige crucifi
ge. sed eam prius horã tertiã dixerit: q̃ dñs est
crucifixus in ligno. Quis fidelis nõ huic faueat
solutioni questionis: si modo possit aliqs articu
lus conici: ab hora nona noctis: vnde cepisse pa
rasceuen pasce nostre. i. ꝑparationẽ mortis chri-
sti cõgruenter intelligamꝰ. Si eni dicamꝰ eam ce
pisse quãdo a iudeis apprehẽsus est dominꝰ ad-
huc noctis prime partes erãt. Si qñ ad domuz
pductꝰ est soceri cayphe. vbi ⁊ auditꝰ est a prin
cipibus sacerdotũ adhuc gallus nõ cantauerat
qd ex petri negatione colligimꝰ que cũ iam au-
diretur facta ẽ. Si aũt quãdo pilato traditus est
iam mane fuisse aptissime scriptũ est. Restat g̃
vt intelligamꝰ tunc cepisse istam parasceuẽ pas
ce. i. ꝑparationẽ mortis domini qñ responderũt
omnes principes sacerdotuz apud quos ꝑmo
audiebatur: ⁊ dixerũt: Reus ẽ mortis. quod apud
matheũ ⁊ marcũ inuenitur vt recapitulãdo intel
ligantur: de petri negatione postea dixisse: quod
antea factũ erat. Non eni absurde conicitur eo tẽ
pore qñ vt dixi reũ mortis pnũciauerũt horã no
nã noctis ẽẽ potuisse ex q̃ hora vsq ad horã qua
sedit pilatꝰ ꝓ tribunali q̃si hora sexta fuit: non
diei: sed parasceues. i. ꝑparationis imolatiõis
dñi quãdo verũ pasca est vt plena sexta eiusdẽ
parasceues que plena diei tertia occurrebat do
minus suspẽderetur in ligno. Siue g̃ hoc potiꝰ in
telligẽdũ eligatur siue marcꝰ tertiam horam reco
luerit: ea q̃ maxime ad ꝯdẽnationẽ iudeoruz in
dñi crucifixione cõmemorare voluerit: q̃ intel
sunt clamare potuisse vt crucifigeretur vt ipos
potiꝰ crucifixisse acciperemꝰ q̃z eos quorũ mani
bus suspẽsus in ligno ẽ: sicut ille centurio magis
accessit ad dñm q̃z illi amici quos misit: pro-
culdubio questio soluta ẽ de hora dñice passio-
nis que maxime solet in ꝯtentiosorũ ꝯcitare im
prudentiam ⁊ infirmorũ imperitiam perturba-
re.

¶ Capi. xiiij.

Sequitur matheus ⁊ dicit. Tunc crucifixi
sunt cuz eo duo latrones. vnꝰ a dextris
⁊ vnꝰ a sinistris. Et marcꝰ similiter ⁊ lu-
cas: nec ioannes aliquid facit questionẽ q̃uis ⁊
latrones eos nõ dixerit. Ait eni. Et cũ eo alios
duos hinc ⁊ inde mediũ: mediũ aũt iesuz. Es
set aũt ꝯtrarium si cũ illi dixissent latrones iste
diceret innocẽtes.

Capi. xv.

Sequitur mathēꝰ ⁊ dicit. Pretereũtes au
tem blasfemabãt eum: mouẽtes capi-
ta sua ⁊ ⁊ dicẽtes. Vah qui destruis tem
plũ dei ⁊ in triduo illud reedificas. Salua te-
metipsum. Si filiꝰ dei es descẽde de cruce. huic
marcꝰ pene ad eadẽ verba ꝯsonat. Seqtur de
inde mathēꝰ ⁊ dicit. Similiter ⁊ ꝑncipes sacer-
dotũ illudẽtes cũ scribis ⁊ senioribꝰ dicebãt ali
os saluos fecit seipm saluũ nõ potest facere. Si
rex israel est descẽdat nunc de cruce ⁊ credemꝰ
ei. Cõfidit in deũ liberet nũc euz si vult. Dixit
eni: quia dei filiꝰ sum. marcꝰ ⁊ lucas q̃uis alia
verba dicãt ad eandem tamen sententiam cõ
cinunt cum alius pretermittit quod alius com
memorat. De principibus enim sacerdotum
ꝙ insultauerint domino crucifixo pariter non ta-
cent q̃uis seniores tacuit marcus. lucas autez
principes dixit. nec addidit sacerdotum: ma-
gis nomine generali omnes primates comple
xus est vt ibi possint intelligi ⁊ scribe ⁊ senio-
res.

¶ Capi. xvj.

Sequitur matheus ⁊ dicit. Idipm autez
⁊ latrones qui crucifixi erant cum eo i-
properabant ei. nec marcus discrepat.
hec idem dicens alijs verbis. Lucas autẽ po-
test putari repugnare nisi genus locutionis satis
vsitatum nõ obliuiscamur. Ait eni lucas. Vnꝰ
autẽ de his qui pendebant latronibꝰ blasfema
bat eum dicẽs. Si tu es christus saluũ fac te-
metipm ⁊ nos. Et sequitur idẽ ipse atq ita con-
terit. Rñdens aũt alter increpabat illũ dicens
Neq̃ tu times deum quia in eadẽ dãnatione
es. Et nos quidem iuste nam digna factis reci-
pimus. hic vero nihil mali gessit. Et dicebat ad
iesum. Domine memento mei cum veneris
in regnum tuum. Et dixit illi iesus. Amen di-
co tibi. hodie mecuz eris in paradiso. Quomo
do ergo sic matheus dicit latrones qui crucifi-
xi erant cum eo improperabant ei: vel sic mar
cus dicit: ⁊ qui cum eo crucifixi erant conuici-

abantur ei. quando quidem vnus eorum con-
uiciatus est ſm luce testimonium: alter ⁊ com
pescuit eum ⁊ in deum credidit: nisi intelliga-
mus matheũ ⁊ marcum breuiter perstringen-
tes hoc locum. pluralem numerum pro singu-
lari posuisse: sicut ⁊ in epistola ad Hebreos le-
gimus pluraliter dictum: concluserunt ora leo
num: cum solus daniel significari intelligatur:
⁊ pluraliter dictum secti sunt cum de solo isaia
tradatur. In psalmo etiam qđ dictũ est: Astite-
runt reges terre ⁊ pͥncipes ꝯuenerunt. numerũ
pluralem ꝓ singulari positũ in actibꝰ apostolo
rum exponiť. Nam reges ꝑpter herodē: princi
pes ꝑpter pilatum intellexerũt qui testimoniũ
eiusdē psalmi adhibuerunt. Sed quia ⁊ paga
ni solent calũniari euangelio videant quemad
modũ locuti sunt auctores eorũ: fedras medi-
as ⁊ ditree ⁊ stras cum singule fuerint. Quod
aũt vsitatiꝰ verbi gratia ꝙ̄ vt dicat aliquis: ⁊
rustici mihi insultant: etiã si vnus insultet. Tũc
enim eẽt cõtrarium qđ lucas de vno manifesta
uit. si illi dixissent ambos latrones conuiciatoꝛ
domino. Ita enĩ non posset sub numero plura-
li vnus intelligi. Cũ vͦo dictũ est latrones vel q
cum eo crucifixi erant: nec additum est ambo:
non solum si ambo fecissent posset hic dici: sed
etiam quia vnus hoc fecit potuit vsitato locu
tionis modo per pluralem numerum signifi-
cari. ¶ Capi. xvij.

SEquitur matheus ⁊ dicit. A sexta autē
hora tenebre facte sunt sup vniuersam
terram vsqꝫ ad horã nonam: hoc ⁊ duo
alij ꝯtestantur addidit autem lucas etiã vnde
facte sunt tenebre. i. solem obscuratum. Seq-
tur matheus. Et circa horã nonaꝫ clamauit ie-
sus voce magna dicens. Heli heli lamazabata
ni: hoc ē deus meꝰ deus meus vt quid dereli
quisti me? Quidã aũt illic stantes ⁊ audientes
dicebant helyam vocať iste. Marcus pene ad
eadē verba: ad eandē tamen sentētiam nõ pe-
ne: sed oĩno ꝯsentit. Sequiť matheus. Et con-
tinuo vnus currēs ex eis acceptã spongiaꝫ im
pleuit aceto ⁊ imposuit arundinē ⁊ dabat ei bi-
bere. Sic ⁊ marcus dicit: Currēs aũt vnus ⁊
implens spongiam aceto circũponensqꝫ cala-
mo potum dabat ei dicens. Sinite videamus
si veniat helias ad deponenduꝫ eũ. Quod qui-
dem de helia nõ ipsum qui obtulit spongiã cuꝫ
aceto: sed ceteros dixisse matheꝰ narrauit. Aiť
enĩ. Ceteri vͦo dicebant: Sine videamꝰ an ve
niat helyas liberãs eum. vnde intelligimus ⁊
illũ ⁊ ceteros h̄ dixisse. Lucas aũt anteqꝫ de la
tronis insultatiõe narraret hoc de aceto ita cõ
memorauit. Illudebant aũt ei ⁊ milites accedē
tes ⁊ acetuꝫ offerētes illi dicētes. Si tu es rex

iudeorũ saluũ te fac. Semel ꝯplecti voluit qđ a
militibus factũ ⁊ dictũ est. vbi mouere nõ de-
bet qđ nisi vnum eorũ dicit acetũ obtulisse. Ge
nus enĩ locutionis tenuit de quo supra tracta-
uimus pluralē ꝓ singulari ponens. h̄ autēꝫ de
aceto etiã ioannes cõmemorauit vbi ait. Po-
stea sciens iesus qꝛ omnia consumata sunt vt cõ
sumaretur scriptura dixit. Sitio. Uas autē po
situm erat aceto plenũ. Illi aut ē spongiã plenã
aceto ysopo circũponētes obtulerunt ori eius.
Sed quod apud eundem ioannem inuenitur
dixisse: sitio: ⁊ qꝛ vas erat ibi aceto plenuꝫ: non
mirũ est si ceteri tacuerunt.

¶ Capitulum .xviij.

SEquiť matheus. Jesus aũt iterum cla-
mãs voce magna: emisit spiritũ. Mar
cus similiť. Jesus aũt emissa voce ma
gna expirauit. Lucas aũt quid ip̃a voce magna
dixerit declarauit. Dixit enĩ: Et clamãs voce
magna iesus ait. Pater in manꝰ tuas cõmēdo
spiritũ meum ⁊ h̄ dicens: Expirauit. Joannes
vͦo sicut tacuit illã vocem primam: Heli heli.
quã matheus ⁊ marcus retulerũt. tacuit etiam
istam quã lucas solus cõmemorauit. Illi auteꝫ
duo noĩe vocis magne significauerũt. i. pater i
manꝰ tuas cõmēdo spm̃ meũ. Qđ eũ voce ma-
gna dixisse ⁊ ipse lucas etiã attestatꝰ ē vt intelli-
geremꝰ hãc fuisse vocē magnã quã matheus et
marcꝰ cõmemorauerunt. sed dixit ioannes ꝙ
nullus illoꝝ triũ dicit eũ dixisse: Cõsumatũ est
cum acetũ accepisset. Qđ cũ ante ip̃aꝫ vocē ma
gnã dixisse intelligimꝰ. h̄ sunt enĩ verba ioan-
nis. Cũ ergo accepisset iesus acetũ dixit: Cõsu-
matũ est. Et inclinato capite tradidit spiritum
Inť illud qđ ait: Cõsumatũ est. ⁊ illud qđ ait: Et
inclinato capite tradidit spm̃. emissa ē illa vox
magna quã tacuit iste. Ceteri aũt tres comme
morauerũt: Hoc enĩ apparet esse ordinis vt an
te diceret: Cõsumatũ est cũ per factũ in illo eẽt
qđ de illo ꝓphetatũ erat ⁊ tanqꝫ ad h̄ expectaret
qui vtiqꝫ cũ vellet moreref. Deinde commen
dãs tradidit spm̃. Sed quouis ordine quilibet
arbitreť dici potuisse h̄ magno opere cauendũ
est ne cui videatur quisqꝫ euangelistarum alte-
ri repugnare si vel tacuit quod alius dixit: aut
dixit qđ alius tacuit. ¶ Capi. xix.

SEquiť matheꝰ. Et ecce velũ tēpli scis-
suꝫ ē in duas ptes a summo vsqꝫ ad de
orsum. Et marcꝰ sic: Et velũ tēpli scissuꝫ
est in duo a sursuꝫ vsqꝫ deorsuꝫ. lucas aũt simili
ter h̄ ait. Et velũ tēpli scissuꝫ ē mediũ. sꝫ nõ eo-
dē ordine. Uolēs enĩ miraculũ miraculo adiun
gere cũ dixisset sol obscuratꝰ ē: ꝯtinuo subiunge
dũ existimauit: ⁊ velũ tēpli scissum ē medium.
preoccupãs videlꝫ ꝙ expirãte dño factũ est vt

deinde recapitulās exeq̄ret. ⁊ de potu aceti. ⁊ de illa voce magna: ⁊ de ipsa morte q̄ ante scissionē veli post tenebras facta intelligunt. Mathe⁹ eni qui dixit. Jesus aūt iterū clamās voce magna: Emisit spiritū. cōtinuo subiecit. Et ecce velū tēpli scissum ē. satis exp̄ssit tunc eē scissum cū iesus emisisset spūm. Si aūt nō addidisset: ⁊ ecce: sed simplicit dixisset: velū tēpli scissum est. incertū eēt vtrū ipse ⁊ marc⁹ hoc recapitulādo cōmemorassent. Lucas aūt ordinē tenuisset. an lucas recapitulasset quod illi in ordine posuissent.

Capitulum .xx.

Sequit matheus. Et terremota ē: ⁊ petre scisse sunt ⁊ monumēta apta sunt et multa corpora sanctoꝝ q dormierāt resurrexerūt ⁊ exeuntes de monumentis post resurrectionē ei⁹ venerunt in sanctā ciuitatē ⁊ apparuerūt multis. Hec q̄ solus dixit non est metuendū ne cuiq̄ ceteroꝝ repugnare videantur Seqtur idē ipse. Cēturio aūt ⁊ qui cū eo erāt custodiētes iesum viso terremotu ⁊ his q̄ fiebant timuerūt valde dicētes. Vere fili⁹ dei erat iste Marc⁹ sic. Vidēs aūt cēturio q ex aduerso stabat: q2 sic clamas expirasset ait vere: homo hic filius dei erat. Lucas sic: Vidēs aūt cēturio qđ factū fuerat: glorificauit deū dicēs. Vere h homo iustus erat. Nō est ꝯtrariū qđ mathe⁹ viso terremotu dicit admiratū centurionez: ⁊ eos q cū illo erant. cū lucas dicat h eū admiratuz: ꝙ emissa illa voce expirasset. ostēdēs quā in potestate habuerit qñ moreret. In eo qppe ꝙ idez mathe⁹ nō solū dixit: viso terremotu. sed etiam addidit: his q̄ facta erant: integrū locū fuisse demōstrauit luce: vt diceret centurionē ipam dñi mortē fuisse miratū: q2 ⁊ h int illa ē que tūc mirabilit facta erant. quanq̄ ⁊ si mathe⁹ illud nō addidisset: intelligendū erat: cū multa miracula fcā fuerint: ⁊ oīa cēturio ⁊ q cū eo erant mirari potuerint: liberū fuisse narrantib⁹ qđ quisq̄ illū miratū cōmemorare voluisset nec eos sibi repugnare cum ali⁹ illud: ali⁹ illud diceret fuisse miratū qñ oīa fuerāt ille mirat⁹. Qđ aūt alius ait centurionē dixisse: Vere fili⁹ dei erat iste. ali⁹ aūt: Vere homo h fili⁹ dei erat nō mouebit euz cui nō excederūt tam multa superi⁹ similit dc̄a ⁊ exposita: ad vnaz quippe sententiam vtraq̄ verba ꝯcurrūt. nec qđ ali⁹ tacuit homo ali⁹ dixit: vllo modo ꝯtrium ē. magis ꝙ lucas ait: centurionē nō dixisse: fili⁹ dei erat. sed iustus erat. pōt putari diuersum. sed vel vtrūq̄ dictū a centurione intelligere debem⁹: ⁊ aliud illos: aliud istū cōmemorasse vel fortasse lucā exprimē voluisse sententiam centurionis qño dixerit iesum filiū dei: forte eni non eum vnigenitū equalem patri cēturio intellexerat: sed ideo filiū dei dixerat q2 iustū crediderat: sic multi iusti dici sunt filij dei. Qđ aūt etiam ipse lucas dicit. Videns autē centurio quod factum erat in eo genere inclusit omnia que in illa hora mirabiliter facta erant tanq̄ vnū mirabile factū cōmemorās cuius quasi mēbra ⁊ pedes erant omnia illa miracula. Jam vo qđ mathe⁹ addidit eos qui cū cēturione erant. alij aūt hoc tacuerunt cui non appareat ex notissima regula nō esse cōtrariuz cū alius dicit qđ alius tacet. Et qđ matheus dixit timuerunt valde. Lucas aūt nō dixit: timuit. sz glorificauit deum. quis nō eum intelligat timēdo glorificasse.

Capitulum .xxj.

sus. ¶ Ma. ¶ Dic mihi ergo queso te non te ta
les tibi omnes videntur: qualis illa luscinia ẽ
qui sensu quodam ducti bene canũt: hoc ẽ nu-
merose id faciunt ac suauiter: Quis interroga
ti de ipsis numeris: vel de interuallis acutaꝝ
grauiumq̃ vocum respondere non possunt.
¶ Di. ¶ Simillimos eos puto. ¶ Ma. ¶ Quid hi
qui illos sine ista scientia libenter audiuntur:
cum videamus elephantos: vrsos: aliaq̃ nõ
nulla genera bestiarũ ad cãtus moueri gruesq̃
ipsas delectari suis vocibꝰ. Nõ. n. nullo extra
proposito cõmodatam impẽse id agerent sine
quadam libidine: nonne pecoribus compa-
randi sunt. ¶ Di. ¶ Censeo: sed pene in omne
genus humanũ tendit hec cõtumelia. ¶ Ma.
Non est quod putas. Nã magni viri ⁊ si mu-
nam nesciunt: aut congruere plebi volunt: q̃
non multum a pecoribus distat: ⁊ cuius ingẽs
est numerus: quod modestissime ac prudentis-
sime faciunt: Sed de hoc nunc differendi locꝰ
non est: aut propter magnas curas relaxandi:
ac separandi animi gratia moderatissime ab
his aliquid voluptatis assumunt: quam in-
terdum sic capere modestissimuz est. Ab ea vo
capi vel interdum turpe atq̃ indecoꝝ est. ¶ Sz
quid videntur: vel qui tibijs canũt vel cithe-
ra: atq̃ huiusmodi instrumentis. nũquid nam
possunt luscinijs comparari: ¶ Di. ¶ Nõ. ¶ Ma.
Quid igitur discunt: ¶ Di. ¶ Quod in istis artẽ
quãdam esse video: In illa vero solam nãm.
¶ Ma. ¶ Uerisimile dicis. Sed ars tibi videt
dicenda etiã si quadam imitatione id faciunt.
¶ Di. ¶ Cur nõ: Nam video tantũ valere in ar-
tibus imitationẽ: vt ea sublata: omnes pene pe
rimãtur: Prebent. n. se magistri ad imitandũ
⁊ hoc ipsum est quod vocant docere. ¶ Ma.
Uidetur tibi ars ratio esse quedam ⁊ hi qui ar
te vtuntur recte vti: an aliter putes: ¶ Di.
Uidetur. ¶ Ma. ¶ Quisquis igitur recte vt
nõ põt: arte nõ vtit. ¶ Di. ¶ Et h̃ cõcedo. ¶ Ma.
Cẽses ne muta aialia: q̃ etiã irratiõabilia di-
cũt vti posse recte: ¶ Di. ¶ Nullo mõ. ¶ Ma.
Aut igit picas ⁊ psitacos: ⁊ coruos irratiõbilia
esse decturus es animalia. ¶ Aut imitationem
nomine artis temere vocasti. videmus. n. has
aues ⁊ multa canere ac sonare quodam humano
vsu: ⁊ non nisi imitando facere: nisi tu aliter cre
dis. ¶ Di. ¶ Quomodo hoc confeceris ⁊ q̃tum
contra responsionem meam valeat: nondum
plane intelligo. ¶ Ma. ¶ Quesiueraz ex te vtꝝ
citharistas ⁊ thibicines ⁊ huiusmodi aliud ge-
nus hominum: artem diceres habere etiam: si
id quod in canendo faciunt imitatione assecuti
sunt dixisti esse artem: tantumq̃ id valere affir-
masti: vt omnes pene tibi artes periclitari vi
derentur imitatione sublata. ex quo iam colli-
gi potest: omnez qui imitando assequitur arte
vti: ⁊ si forte non omnis qui arte vtitur: imitan
do eam perceperit. At si omnis imitatio ars est
⁊ omnis ratio: omnis imitatio ratio. Recte au
tẽ nõ vtitur irrationabile aial nõ igit hẽt artez
Habet autem imitationem: non est igitur ars
imitatio. ¶ Di. ¶ Ergo multas artes imitatiõe
cõstare dixi: non ipsam imitationẽ artem vo-
caui. ¶ Ma. ¶ Que igitur artes imitatõe ɔstãt
nõ eas censes ratiõe ɔstare: ¶ Di. ¶ Immo vtroq̃
puto eas constare. ¶ Ma. ¶ Nihil repugno: sz
scientiam in quo ponis: In rõne an imitatiõe:

Di.¶ Et hoc in vtroqꝫ.¶ Ma.¶ Ergo scientiã
illis artib⁹ dabis: qbus imitationẽ nõ adimis.
Di.¶ Non dabo. ita enim dixi in vtroqꝫ esse sci
entiam: vt in sola imitatione esse non possit.
Ma.¶ Quid in sola ratione videtur tibi esse pos
se? Di. Videtur.¶ Ma. Aliud igitur putas esse
artem: aliud scientiam. Si quidem scientia ꝛ
in sola ratione esse potest? Ars autẽ rationi iun
git imitationẽ.¶ Di.¶ Non video esse conse-
quens. Non enim omnes: sed multas artes
dixeram similis ratione atqꝫ imitatione cõsta-
re.¶ Ma.¶ Quid scientiam vocabis ne etiam
illam que his duabus simul constat? An eis so
lam partem rationis attribues?¶ Di.¶ Quid
eni me ꝓhibet vocare scientiã cũ rõni adiũgit
imitatio.¶ Ma.¶ Quoniam nunc agimus de
citharista ꝛ tibicine. i. de musicis rebus. Nolo
mihi dicas. Utrum corpori tribuendum sit. i.
obtempationi cuidam corporis.¶ Siquid isti
homines imitatione faciunt.¶ Di.¶ Ego istã
ꝛ aĩo simul ꝛ corpori tribuendũ puto ꝗꝗ̃ id ipꝫ
verbum satis improprie abs te positũ est: quod
obtempationem corporis appellasti. Nõ. n. ob
tempare nisi aĩo potest.¶ Ma.¶ Video te ac-
cutissime imitatione non soli corpori voluis-
se concedere: sed nunquit scientiam negabis
ad solum animum pertinere?¶ Di.¶ quis hoc
negauit?¶ Ma.¶ Nullo modo igit̃ scientiã in
sonis verboꝝ: ꝛ tibiarũ simul ꝛ rationi ꝛ imita
tioni tribuere sineris. Illa. n. mutatio non est:
vt confessus es: sine corpore. scientiã ṽo solius
animi ẽẽ dixisti.¶ Di.¶ Ex his quidez que tibi
concessi: fateor hoc esse confectum. Sed quid
ad rem? Habebit. n. ꝛ tibicem scientiaꝫ in aĩo
Neqꝫ eniꝫ cum ei accidit imitatio quam sine
corpore dedi esse non posse adimet illud qd̄ in
animo amplectit̃.¶ Ma.¶ Nõ adimet quidẽ.
Non eni ergo affirmo eos: a quib⁹ organa ista
tractantur omnes carere scientia: sed non habe
re omnes. Istam enim ad hoc volumus que-
stionez: vt intelligamus: si possumus: ꝗꝫ recte
sit scientia in illa diffinitiõe musica posita: quã
tibicines ꝛ fidicines: ꝛ id genus alij quilibet
habent.¶ Di.¶ Nihil ista disciplina puto esse
vilius nihil abiectius.¶ Ma.¶ Sed attende
ꝗꝫ dilligentissime: vt quod diu iam mollimur
appereat.¶ Certe enim iam mihi dedisti in so
lo animo habitare scientiam.¶ Di.¶ Quidni
dederim?¶ Ma.¶ Quid sensum auriũ alioue:
an corpori: an vtriqꝫ concedis?¶ Di.¶ Utriqꝫ
Ma.¶ Quid memoriã?¶ Di.¶ Aĩo puto esse
tribuendam. Non. n. si per sensus percipimus
aliquid quod memorie comendamus: ideo in
corpore memoria esse putãda est.¶ Ma.¶ Ma
gna fortasse ista questio ẽ. Neqꝫ huic opportu-
na sermoni: Sed quod proposito sat est: puto te
negare non posse bestias habere memoriam.
Nam ꝛ nidos post annum reuisunt irundines
ꝛ ꝓpe capellis verissime dictum est. Atqꝫ ipse
memores redeunt in tecta capelle. Et canis do
minũ iam in suis hominibus ablituz recogno-
uisse predicatur: ꝛ innumerabilia: si velimus
animaduertere possumus: quibus id quod di-
co manifeustz est.¶ Di.¶ Non ego istũd nego
ꝛ quid te iuuet vehementer expecto.¶ Ma.
Quid putas nisi ꝙ scientiaz qui soli animo tri
buo: tribuit eamqꝫ omnib⁹ irrationalibus ani-
mantibus aderit: neqꝫ in sensu eam neqꝫ in me
moria.¶ Nam illud non est sine corpore: ꝛ vtrũ
qꝫ in bestia est: sed in solo intellectu collocauit
Di.¶ Et hoc expecto quid adiuuet.¶ Ma.
Nihil aliud nisi omnes qui sensuz sequũtur: ꝛ
quod in eo delectat memorie commendant:
atqꝫ ſm id corpus mouentes vim quandam
imitationis adiungunt: nõ eos habere scientiã
ꝗuis perite ac docte multa facere videantur:
si rem ipsam quam profitentur: aut exhibent in
tellectus puritate ac veritate non teneant: ac
si tales esse istos theatricos operarios ratio de
mostrauit. Nihil erit: vt opinor: cur dubites
ei negare scientiam: ꝛ ob hoc musicam que sci
entia modulãdi est: nequaꝗꝫ concedere.¶ Di.
Explica hoc videamus q̃le sit.¶ Ma.¶ Mo-
bilitatem digitorum celeriorem vel pinguio-
rem credo te non scientie: sed vsui dare.¶ Di.
Cur ita credis id?¶ Ma.¶ Quia supi⁹ soli ani-
mo scientiã tribuebas: hoc aũt quanꝗꝫ impan-
te aĩo: tamen esse corporis vides.¶ Di.¶ Sed
cũ sciẽs anim⁹ h̃ impat corpori: magis h̃ scien
ti aĩo: ꝗꝫ seruiẽtib⁹ mẽbris tribuendum puto.
Ma.¶ Nõne censes posse fieri vt vn⁹ aliũ sciẽ
tia precedat cũ ille imperitior multo facilius ꝛ
expeditius digitos moueat.¶ Di.¶ Censeo.
Ma.¶ At si motus celer ꝛ expeditior digitoꝝ
scientie tribuendus esset tanto in eo quisꝗꝫ ex-
celleret quãto esset scientior.¶ Di.¶ Concedo.
Ma.¶ Attende etiam istud. Nã opinor nõnũꝗꝫ
animaduertisse fabros vel huiuscemodi opi-
fices ascia siue securi eũ locũ feriendo repetere
ꝛ nõ̃ alio quo intendit animus ictum perduce-
re: quod nos tẽtantes cum assequi nequimus
ab eis sepe irridemur.¶ Di.¶ Ita est vt dicis.
Ma.¶ Ergo cũ id nos facere nõ valem⁹ nũqd
ignoram⁹ quid feriri debeat: vel quantum de-
beat amputari.¶ Di.¶ Sepe ignoramus: sepe
scim⁹.¶ Ma.¶ Fac ğ aliquẽ nosce oĩa que fabri
facere debeant: ꝛ perfecte nosce minus tamen
valere in opere: sed eisdem ipsis qui facillime
operantur multa dictare solertius ꝗꝫ illi per se
indicare possẽt: an id vsu euenire negas.¶ Di.

Non nego. ¶ Ma. ¶ Non igitur solum mouendi celeritas atq; felicitas: sed etiam motionis modus ipse in membris vsui potius q̃ sciencie tribuendus est. Naz si aliter esset eo quisq̃ manibus melius vteretur quo esset peritior: quod licet ad tibias citherãue referamus: ne quod ibi digitis atq; articuli faciunt quia difficile nobis scientia poti⁹ q̃ vsu ⁊ sedula imitatione ac meditatione fieri putemus. ¶ Di. Non queo resistere. Nã ⁊ medicos audire soleo doctissimos viros sepe in secandis vel quoquomodo cõprimendis mẽbris. in eo qđ manu ac ferro fiat ab imperitiorib⁹ excedi: qđ genus curandi cirugiã nominãt: quo verbo satis significat̃ oparia quodam in manibus medẽdi consuetudo. Perge itaq; ad cetera: etiã istã confice questionẽ. ¶ Ma. ¶ Illud restat: vt opinor: vt inueniamus si possimus has ipsas artes que nobis per manus placent: vt illi⁹ vsus potentes essent: non continuo scientiã: sed sensum ac memoriam secutas: ne forte mihi dicas fieri quidem posse: vt scientia sine vsu sit. Et maior plerumq; q̃ est in eis qui vsu excellunt: sed tamen etiam illos ad vsum tantũ non potuisse sine vlla scientia puenire. ¶ Di. ¶ Aggredere. Nã ita deberi manifestũ est. ¶ Ma. Nũq̃ ne huiusmodi histriones audisti studiosius: plus fortasse q̃ vnde velle fieri putas: vt imperita multitudo explodat sepe tibicenem nugatorios sonos afferentem rursumq; plaudat bñ canenti: ⁊ prorsus quãto suauius canit̃ tanto amplius ⁊ studiosius canitur: tanto amplius ⁊ studiosius moueat̃. Nũquid nam hic a vulgo per artem musicam fieri credendũ est: Di. ¶ Non. ¶ Ma ¶ Quid igitur: ¶ Di. ¶ Natura id fieri puto: que omnibus dedit sensum audiẽdi quo iudicatur. ¶ Ma. ¶ Recte putas Sedetur illud vide: vtrum ⁊ tibicẽ ipse hoc sensu preditus sit: quod si ita est: potest eius sequens indicium mouere digitos: cum tibias inflauerit: ⁊ ꝙ satis cõmode pro arbitrio sonuerit: id notare ac mandare memorie: atq; id repetendo cõsuefacere digitos eos fieri sine vlla trepidatione ⁊ errore: siue ab alio accipiat id qđ cantet: siue ipse inueniat illa de qua dictuz est ducente atq; approbante natura. Ita cũ sensum memoria ⁊ articuli memoriaz sequuntur vsu iam edomiti atq; preparati canit cũ vult tanto melius atq; iocundius: q̃to illi omnib⁹ prestat: que superius ratio docuit cum bestijs nos hic cõmunia appetitũ. s. imitandi sensum atq; memoriã. Nũquid habes aduersus quod dicas: ¶ Di. ¶ Ego vero nihil habeo. Jam audire cupio cuiusmodi sit ista disciplina quã ꝑfecto a cognitiõe dignissimoꝝ animoꝝ video subtilissime vendicatam. ¶ Ma. ¶ Nondum est satis quod factuz est: ne ad ei⁹ explicationẽ transire nos sinam: nisi quẽadmodum cõstitit inter nos posse histriões sine ista sciẽtia satisfacere voluntati auriũ populariũ: ita eciaz nullo modo esse posse histriones musica studiosos peritosq; cõstiterit. ¶ Di. ¶ Mirũ si hoc effeceris. ¶ Ma. ¶ Facile id qdem est: sed attentiore te mihi opus. ¶ Di. ¶ Numq̃ equidem ꝙ sciã remissior in audiẽdo fui: vsq; sermo iste suppressit exordiũ. Sed nũc me fateor multo erectiorem reddidisti. ¶ Ma. ¶ Gratũ habeo tibi te comodes magis: itaq; responderi placebit vtrum tibi videat̃ scire quid sit aureus solidus qui eum equo precio vendere cupiens decem nũmos eum valere putauerit. ¶ Di. ¶ Cui hoc videatur. ¶ Ma. ¶ Nunc age dic mihi quid carius habenduz sit quod nostra intelligentia continet̃: an quod nobis fortuito imperitorum iudicio tribuitur. ¶ Di. ¶ Nulli dubium est: lõge illud primum prestare ceteris omnibus que neq; nostra quidẽ putanda sunt. ¶ Ma. ¶ Naz ergo negas omnẽ scientiã intelligentia cõtineri Di. ¶ Quis neget: ¶ Ma. ¶ Et musica igit̃ ibi est. Di. Uideo ex ei⁹ diffinitiõe id esse ꝯsequẽs. Ma. ¶ Quid plausus populi ⁊ oia illa theatrica ꝓmia nonne tibi ex eo genere videntur qđ in potestate fortune ⁊ impitoꝝ iudicio positum est. ¶ Di. ¶ Nihil magis arbitror esse fortuituz obnoxiumq; casibus ⁊ plebee dominatiõi nutibusq; subiectum. q̃ illa sint omnia. ¶ Ma. Hoccine igit̃ ꝓcio cantus suos venderent histriones si musicã scirent: ¶ Di ¶ Nõ parũ qdez hac cõclusione cõmoueor: sed non nihil habeo quid ꝯtradicam. Nam ille venditor solidi cũ isto cõputandus non videtur. Non. n. accepto plausu: aut qualibet sibi largita pecunia scientiam si quam forte habeat qua populum delectauit ammittit: sed onustior nũmo: ⁊ laude hominũ letior: cum eadem disciplina multo esset ignobilior atq; pauperior adeptus nihil esset indoctior. ¶ Ma. ¶ Uide ergo vtrũ vel isto cõsiciamus qđ volumus q̃ id ipsuz qđ facimus. Di. ¶ Manifestũ est. ¶ Ma. ¶ Quiǵ cantat vl̃ cãtare discit: nõ ob aliud nisi vt laudet̃ a populo vel omnino abs quouis hoie indicat meliorẽ laudem illã esse q̃ cantũ. ¶ Di. ¶ Negare non possum. ¶ Ma. ¶ Quid ille qui magis de aliq̃re iudicat videt̃ tibi eam scire. ¶ Di. ¶ Nullo modo nisi forte quoq̃ modo corruptus. ¶ Ma. Ergo qui vero putat melius eẽ aliquid quod deterius est: nullo dubitãte scientia eius caret. Di. ¶ Ita est. ¶ Ma. ¶ Quando igitur mihi vl̃ persuaseris vel ostenderis quemlibet histrionum: non ideo illam siquam habeat facultatẽ

vel assecutum esse: vel exhibere vt populo pla
ceat: propter questum aut famam concedam
posse quemquam: ꝛ musice habere scientiam: ꝛ
esse histrionem. Si autem probabile est: nemi
nem esse istorum: qui non sibi professionis finẽ
in pecunia seu gloria constituat: ac proponat fa
teor necesse est aut musicam nescire: histriões
aut magis expetendam esse ab alijs laudem:
vel queqꝫ alia fortuita commoda q̃ꝫ a nobis-
met ipsis intelligentiaꝫ ¶ Di. ¶ Uideo me qui
superiora concesseram etiã istis cedere debere
Non eniꝫ mihi vllo modo videri potest de sce
na inueniri posse talem virum qui artem suaꝫ
propter seipsam: non propter extra posita com
moda diligat: cũ de gymansio vir talis iueniat
q̃ꝫ q̃ꝫ si quis existit: vel extiterit: non eo conten
nendi musici: sed honorandi aliquando histri
ones possint videri: Quãobrem explica iam
si placet tantum istam que iam vilis mihi vi-
deri non potest disciplinam ¶ Ma. ¶ Faciam
immo tu facis. Nam ego nihil aliud q̃ꝫ roga-
bo te ac percõtabor. Tu vero totum ꝛ quicqd
est: ꝛ quid nũc nesciens querere videris: respõ
dendo explicabis. Itaqꝫ iaꝫ ex te quero: vtrũ
quisq̃ꝫ possit ꝛ diu ꝛ velociter currere: ¶ Di.
Potest ¶ Ma. ¶ Quid tarde ꝛ velociter ¶ Di.
Nullo modo. ¶ Ma. Aliud ergo est diu: aliud
tarde. ¶ Di. ¶ Aliud omnino ¶ Ma. ¶ Item q̃
ro quid potest diuturnitati esse contrarium: si-
cuti est tarditati velocitas: ¶ Di. ¶ Non mihi
occurrit vsitatum nomen. Itaqꝫ diuturno ni-
hil video quid opponam: nisi non diuturnum
vt ei quod dicitur diu contrarium fit non diu:
quia ꝛ velociter si nolim dicere: ꝛ pro eo nõ tar
de dicerem: nihil aliud significaretur ¶ Ma.
Uerum dicis. Nihil enim deperit cum ita lo-
quimur veritati. Nam ꝛ si est hoc nomen qd
tibi non occurrisse dicis: aut ignoraꝭ a me: aut
in presentia non venit in mentem. Quãobreꝫ
si agamus vt hec bina contraria appellemus:
hec modo diu ꝛ non diu tarde ꝛ velociter. ¶ Ac
primuꝫ de diuturno ꝛ non diuturno disseram⁹
si placet ¶ Di ¶ Ita fiat ¶ Ma ¶ Manifestum
ne tibi est id dici diu fieri quidem per longum
id autem non diu: quod per breue tempus fit:
Di ¶ Manifestum. ¶ Ma. ¶ Motus igitur q
fit: verbi gratia duabus horis: nonne ad eum
qui per horam fit: duplum habet tẽpus: ¶ Di.
Quis hoc dubitauerit. ¶ Ma. ¶ Recipit ergo
id quod diu vel non diu dicimus dimensiões
huiusmodi ꝛ numeros: vt alius mot⁹ ad aliuꝫ
tanq̃ꝫ duo ad vnum sint: idest bis tãtũ habeat
alius. Item ad aliuꝫ tanq̃ꝫ tres ad duo. i. vt tã-
tas tres partes tẽporis habeat: quãtas alius
duas atqꝫ ita per ceteros numeros: licet curre
re vt non sint infinita: ꝛ interminata: sed habe
ant ad se duos motus aliquem numerum: aut
eundem: vt quantum temporis vn⁹: tãtũ te-
neat alter: aut non eundem: vt vnum ad duo
duo ad tria: tria ad quatuor: aut vnum ad tria
duo ad sex: ꝛ quicquid potest aliquid ad sese
dimensiionis obtinere ¶ Di. ¶ Planius ista
quero ¶ Ma. ¶ Reuertere ergo ad illas ho-
ras: ꝛ quod satis putabam dictũ: cum de vna
hora ꝛ de duabus dixissem per omnia consi-
dera. Certe enim non negas posse fieri aliqueꝫ
motum tempore vnius hore: ꝛ alium duaruꝫ
Di ¶ Uerum est. ¶ Ma. ¶ Quid alium duarũ
alium trium non fateris: ¶ Di ¶. Fateor.
Ma ¶ Et alium tribus horis fieri: alium qua-
tuor. Rursus alium vna: aliũ tribus: aut aliũ
duabus: alium sex: nonne manifestũ est: ¶ Di.
Manifestum est ¶ Ma ¶ Cur ergo ꝛ illud non
manifestũ sit. Nam hoc dicebam cũ duos mo
tus habere ad se posse aliquem numerum di-
cerem: vel vnum ad duo: duo ad tres: tria ad
quatuor: vnuꝫ ad tria: duo ad sex: ꝛ si q̃s alios
recensere volueris. His enim cognitis est po
testatis persequi cetera: siue septem ꝛ decem:
siue quinqꝫ ꝛ octo: ꝛ quicquid omnio est in duo
bus motib⁹: ita partes dimensas habentibus
ad inuicem vt possit dici tot ad tot: siue equa-
les numeri sint: siue alius maior: alius minor.
Di ¶ Iam intelligo ꝛ fieri posse ꝯcedo ¶ Ma.
Illud etiam: vt opinor intelligis omnem men
suram ꝛ modum: immoderationi ꝛ infinitati
recte anteponi. ¶ Di ¶ Manifestuꝫ est ¶ Ma.
Duo igitur motus qui ad sese: vt dictum est:
habent aliquam numerosam dimensionẽ his
qui eam non habent anteponendi sunt ¶ Di.
Et hoc manifestum est: atqꝫ consequẽs ¶ Illos
enim certus quidam modus atqꝫ mensura: q
in numeris est: sibimet copulat: qua qui carẽt:
non vtiqꝫ sibi aliqua ratione iungũtur. ¶ Ma.
Appellamus ergo si placet illos: qui inter se
dimensi sunt rationabiles. Illos autem qui ea
dimensione carẽt: irrationabiles ¶ Di. ¶ Pla
cet vero ¶ Ma. ¶ Iam illud attende: vtrum
tibi videatur maior concordia in motibus ra
tionabilibus eorum qui equales sunt inter se:
q̃ꝫ eorum qui sunt inequales: ¶ Di. ¶ Cui hoc
non videaꝭ: ¶ Ma. ¶ Porro inequaliũ nõne
alij sunt in quib⁹ possumus dicere quota parte
sua maior aut equeꝭ minori: aut eum excedat
Alij aũt in quibus nõ idẽ dico sicut in his nu-
meris: duo ꝛ q̃tuor. vl' sex ꝛ octo: cernis pfecto
in illis duob⁹ supiorib⁹ de media pte: maiorem
minori coequari. In his rursum quos posteri⁹
dixi minorẽ a maiore q̃rta pte maioris excedi
In his aũt alijs: q̃les sunt tres ꝛ septẽ; vel septẽ

⁊ vndecim: videmus quidē nō vllam cōueniē tiam: q2 ptes ad se nō hn̄t: de qbus dici possit tot ad tot: sed nūqd talē q̄lis est in supiorib⁹. Nā neqꝫ quota pte minori maior equat: neqꝫ quota pte minorē maior excedit: dici nullo mō potest. Nā neqꝫ tria quota pars sit denarij numeri: neqꝫ q̄tuor q̄ta pars sit vndenarij dixerit quisq̄ꝫ. Cū aūt dico: vt cōsideres quota sit ps ligdā dico: ⁊ sine vllo additamēto: sicuti est de media: tertia q̄rta qnta sexta: ⁊ deinceps: nō vt trientis ⁊ semiūtie: ⁊ hoc genus p̄cisionū aliqd addet. ¶ Di. ¶ Jam itelligo. ¶ Ma ¶ Ergo ex his ineq̄lib⁹ motib⁹ rōnabilib⁹ qn̄ duo gn̄a subiectis etiā numeroꝝ exēplis, pposui quos qbus anponēdos arbitraris illos ne in quib⁹ illa q̄ta pars dici pōt: an i qbus non pōt: ¶ Di ¶ Jllos mihi ratio videt anponēdos iubere in qb⁹ pōt dici: vt demonstratū est: quota pte sui maior: aut coequat minori: aut cū excedat his in qb⁹ idem nō euenit. ¶ Ma ¶ Recte: sed vis ne his noia iponam⁹: vt cū eos deinceps ꝯmemorare necesse fuerit: expeditius loq̄mur. ¶ Di ¶ Volo sane ¶ Ma ¶ Appellemus ḡistos quos preponimus cōnumeratos. Jllos aūt quibus hos preponim⁹ dinumeratos: ppterea q2 isti supiores nō solum singuli numerāt: sed etiā ea pte q̄ maior minori equat: vel eā excedit in se met iungūtur ⁊ numerant. Jlli aūt posteriores singulatim tātūmodo ad se numerant ⁊ nūerant ea v̄o pte qua vel equat minori maior vel excedit nō in se met iungūtur. Nō .n. pōt in eis dici aut quotiēs habeat minorem maior: aut illud quo excedit maior minorē quotiens habeat ⁊ maior ⁊ minor. ¶ Di ¶ Accipio ⁊ ista vocabula ⁊ quātū valeo faciā vt meminerim. ¶ Ma. Age nūc videamus cōnumeratoꝝ q̄ possit eē ptitio. Namqꝫ arbitror esse pspicuū. Unuz .n. genus est cōnumeratoꝝ: in quo minor numer⁹ metit maiorē .i. aliquotiēs cū habeat sicut numeros duo ⁊ q̄tuor esse diximus. videm⁹ duo a q̄tuor bis haberi: qui ter haberent si nō q̄tuor sꝫ sex ad duo poneremus⁹. quater aūt si octo. qnquies autē si decē. ¶ Aliud genus est: in quo ea pars qua excedit maior minorē ambos metit idest aliquotiēs hn̄t eā: ⁊ maior ⁊ minor qd̄ in illis numeris iam pspeximus sex ⁊ octo. Nam pars illa qua excedit minor: duo sunt quos vides esse in octonario numero quater in senario ter: quare hosquoqꝫ motus de quib⁹ agitur ⁊ numeros per quos illustratur qd̄ in motibus discere volumus notemus atqꝫ signem⁹ vocabulis. Nam eoꝝ distinctio iaz dudū nisi fallor apparet: quocirca si tibi iam videtur illi vbi multiplicato minore fit maior vocent cōplicati. Jlli aūt sesq̄rti vocai riā noie. Nā sesq̄ appellant vbi duo nūeri ad se ea ratiōe affecti sunt vt tot partes habeat ad minorem maior quota parte sua eum precedit. Nam si est tria ad duo tertia parte sui precedit maior minorē si quatuor ad tria quarta si quinqꝫ ad quatuor quinta. Atqꝫ ita deinceps eadē ratio ē: ⁊ in sex ad quatuor: octo ad sex: decem ad octo. Deinde hāc rationem in consequentibus ⁊ in maioribus numeris aduertere atqꝫ explorare facile est. Nominis autem huius originem nō facile dixerim nisi forte sesque quasi se absqꝫ dictum .i. absqꝫ se: quasi quinqꝫ ad quatuor absqꝫ se qnta parte sua maior. hoc est qd̄ minor qbus de reb⁹ queso qd tibi videt. ¶ Di. ¶ Mihi v̄o ⁊ illa rō dimēsionū atqꝫ numeroꝝ videt verissima ⁊ vocabula que abs te imposita sūt cōgrua mihi videtur: cōmemorandis eis reb⁹ quas intellexerim⁹: ⁊ huius origo nominis quā nunc explicasti non absurda: etiam si forte nō ea sit quā sequut⁹ est qui hoc nomē instituit. ¶ Ma. Probo ⁊ accipio sententiam tuā: sed vide ne omnes istos rationabiles motus .i. qui ad se se habent aliquam numerorum dimensionez infinitum posse per numeros pergere: nisi rursus eos certa ratio cohercuerit: ⁊ ad quendam modum formamqꝫ reuocauerit. Nam vt primo de ipsis equalibet dicam vnum ad vnum duo ad duo: tria ad tria: q̄tuor ad quatuor: ac deinceps si persequar quis finis erit: cū ipsius numeri finis nullus sit. Namqꝫ ista vis numero iest: vt ois dict⁹ finit⁹ sit: nō dict⁹ aūt ifinit⁹ ⁊ qd̄ eq̄lib⁹ euenit: h̄ etiā inequalib⁹ euenire potes aiaduertere: siue multiplicati: siue sesquati: siue cōnumerati siue denumerati: Si enim vnum ad duo cōstituas ⁊ in ea multiplicatiōe permanere velis dicendo vnum ad tria ⁊ deinceps non erit finis: siue sola dupla: vt vnū ad duo: duo ad quatuor: quatuor ad octo: octo ad xvj. ⁊ deinde: huic quoqꝫ nullus est finis: ita ⁊ tripla sola ad quadrupla sola: ⁊ quicquid horum temptare volueris: in infinitum progrediuntur. Jta etiam sesquati. Nam duo ad tria: tria ad quatuor: quatuor ad quinqꝫ cū dicim⁹: vides nihil prohibere cetera psequi: nullo resistente fine: siue isto modo velis in eodem genere perseuerans: vt duo ad tria: quatuor ad sex: sex ad octo: octo ad decem: decē ad quindecim: ⁊ deinceps: siue in hoc genere: siue in ceteris nullus finis occurrit. Quid opus est de numeratis iam dicere: cum ex his que iam dicta sunt quis intelligere possit. Jn illis autem quoqꝫ gradati surgētib⁹ nullū esse fine. An tibi nō videt. ¶ Di ¶ Quid v̄o veri⁹ dici pōt: sꝫ iaz

illam rationem que istam infinitatem reuocat
ad certum modum formamq; prescribit: quã
excedere non oporteat audiuisse cognoscere ex
pecto. ¶ Ma. ¶ Hanc quoq; vt alia temetipsũ
nosse cognosces: cũ me interrogante vera re-
spondebis. ¶ Nam primo abs te quero: qñ de
numerosis motibus agimus: vtrum ipsos de-
beamus ꝯsulere numeros: vt quas in eis leges
certas fixasq; mõstrauerimus eas in illis mo-
tibus aĩaduertamus: obseruãdasq; iudicem⁹.
Di. ¶ Placet vero. Nõ.n. quicq̃ ordinati⁹ fieri
posse arbitror. ¶ Ma. ¶ Ergo ab ipso si videtur
principio nũerorũ capiamus hui⁹ ꝯsideratiõis
exordiũ ⁊ videam⁹ quãtũ ꝓ viribus mẽtis nr̃e
talia videmus intueri q̃ nã sit rõ: vt quuis ꝑ in-
finitũ vt dictũ est numer⁹ ꝓgrediatur articulos
quosdã hoĩes ĩ nũerãdo fecerũt a qb⁹ ad vnũ
rursus redeãt qđ ẽ pncipiũ nũerorũ. In nũerãdo
eni ꝓgredimur ad decẽ: atq; deĩn ad vnũ reuer
timur. ac si denariã ꝯplicationẽ ꝓsequi velis vt
hoc modo ꝓgrediaris. x. xx. xxx. xl. vsq; ad. c.
est progressio: si centenariam. c. cc. ccc. cccc. in
mille est articulus a quo redeatur. quid iam ẽ
opus vltra querere? Uides eni quos articulos
dicam quorũ prima regula denario numero pre
scribit. ¶ Nã ⁊ decẽ decies habent vnum: ita. c.
habent eosdem. x. ⁊ mille decies habent. c. ⁊
ita deinceps quousq; libitum est ꝓgredi: viuit
in huiuscemodi q̃si articulis: q̃ in denario nu-
mero ꝓfinitũ est. An aliqd horũ nõ intelligis?
Di. ¶ Manifestissima oĩa sunt ⁊ verissima.
Ma. ¶ Hoc ḡ quãtũ possum⁹ diligẽter ꝑscrute
mur q̃ nã sit rõ vt ab vno vsq; ad. x. sit ꝓgres-
sus. vnde rursus ad vnũ redit⁹ fiat. vñ abs te
q̃ro: vtrũ qđ vocam⁹ pncipiũ possit oĩo nisi ali-
cui⁹ eẽ pncipiũ. Di. ¶ Nullo modo põt. ¶ Ma.
Itez qđ dicim⁹ finẽ: põt ne alicui⁹ rei finis esse?
Di. ¶ Etiã id nõ põt. ¶ Ma. ¶ Quid a pncipio
ad finem nõ putas ꝑuenisse posse nisi ꝑ aliqđ
medium? ¶ Di. ¶ Non puto. ¶ Ma. ¶ Ergo vt
totum aliqd sit pncipio ⁊ medio ⁊ fine constat.
Di. ¶ Ita videt. ¶ Ma. ¶ Dic itaq; nũc pncipiũ
mediũ ⁊ finis: quo nũero tibi ꝯtineri videat?
Di. ¶ Arbitror ternariũ numerũ te velle vt rñde
rem. Tria.n. q̃dã sunt de qbus q̃ris. ¶ Ma.
Recte arbitraris: q̃re in ternario nũero quãdã
esse ꝑfectionẽ vides: q̃ totus est. habet.n. pnci
piũ mediũ ⁊ finẽ. ¶ Di. ¶ Uideo plane. ¶ Ma.
Quid illud? Nõne abiẽte pueritia didicim⁹: oẽz
numerũ aut parẽ eẽ aut imparẽ. ¶ Di. ¶ Uerum
dicis. ¶ Ma. ¶ Recordare ḡ ⁊ dic mihi quẽ so
lemus dic̃e parẽ eẽ: aut imparẽ? ¶ Di. ¶ An ille
q̃ potest in duas ꝑtes equales diuidi: par. q̃ aũt
nõ põt impar vocatur. ¶ Ma. ¶ Rem tenes: cũ
igit ternarius primus sit ⁊ totus impar: ⁊ prin
cipio.n. ⁊ medio ⁊ fine constat: vt dictum est:
Nõne oportet etiã parem esse totũ atq; ꝑfectũ
vt in eo ⁊ pncipiũ mediũ finisq; inueniat. Di.
Oportet sane. ¶ Ma. ¶ At iste quiquis est: nõ
põt habere indiuiduũ mediũ sicut impar: si.n.
haberet: nõ posset in duas equales ꝑtes diui-
di: qđ esse ꝓprium paris numeri dixim⁹. Indi-
uiduũ autẽ ⁊ medium est vnum: diuiduũ duo.
Medium aũt est in numeris: a quo ambo late
ra sibimet sunt equalia. An aliquid obscure di
ctum est: minusq; assequeris. ¶ Di. ¶ Imo hec
mihi manifesta sunt: ⁊ dũ quero totum nume-
rum parem: quaternarius prim⁹ occurrit. Nã
in duobus quomodo possunt tria illa inueniri
per que totus est numerus. i. principiũ mediũ
⁊ finis. ¶ Ma. ¶ Id ipsũ omnino abs te respõ
sum est quod volebam: ⁊ ipsa ratio cogit face
re recte: itaq; sume ab ipso vno tractationem
atq; considera: videbis profecto ideo vnum
non habere medium ⁊ finem: quia tantũ prin
cipium est: vel ideo esse principiũ: quia medio
⁊ fine caret. ¶ Di. ¶ Manifestũ ẽ. ¶ Ma. ¶ Quid
ergo dicemus de duob⁹? Nõ possum⁹ in eis in
telligere pncipium ⁊ medium ⁊ finem: cum me
dium esse non possit nisi vbi finis est ⁊ princi-
pium: cum ad finem nisi per mediũ non queat
perueniri? ¶ Di. ¶ Urget ratio confiteri? Et qđ
de hoc numero respondeam prorsus incertus
sum. ¶ Ma. ¶ Uide ne iste quoq; numer⁹ possit
pricipiũ eẽ numerorũ. Nã si medio caret ⁊ fine:
qđ vt dixisti cogit ratio ꝯfiteri: quid restat esse
nisi sit hoc quoq; pncipiũ? An dubitas duo pri-
cipia constituere? ¶ Di. ¶ Uehementer dubito
Ma. ¶ Benefaceres si ex aduerso sibi ꝯstitue-
rentur duo pncipia. Nũc aũt hoc alterũ pncipiũ
de illo pncipio est: vt illud a nullo sit: hoc vero
ab illo. vnum.n. ⁊ vnum duo sunt: ⁊ principia
ista sunt ambo: vt oẽs numeri quidez ab vno
sint: sed quia per complicationem atq; adiun-
ctionem quandam fiunt. Origo autez compli-
cationis ⁊ adiunctiõis duali numero recte tri
buitur. fit ⁊ illud primum principiũ a quo nu-
meri omnes. Hoc autem alterum per quod
numeri omnes esse inueniantur: nisi quid ha-
bes aduersum ista quod disseras. ¶ Di. ¶ Ego
vero nihil ⁊ sine admiratione ista non cogito
quuis ea interrogatus abs te ipse respondeam
Ma. ¶ Subtilius ista queruntur atq; abstru-
sius in ea disciplina que est de nũeris. Hic aũt
nos ad institutum opus quãto citius possum⁹
redeamus: quocirca quero vni duo iuncta qđ
faciunt? ¶ Di. ¶ Tria. ¶ Ma. ¶ Ergo hec duo
principia numerorum sibimet copulata totũ
numerum faciunt atq; perfectum. ¶ Di. ¶ Ita
est. ¶ Ma. ¶ Quid in numerando post vnum ⁊

dũo quem numerum ponimũs: ¶Di. ¶Eadez
tria. ¶Ma. ¶Idem ergo numerus qui fit ex
vno ⁊ duobus post vtrumqȝ in ordine colloca
tur: ita vt nullus alius interponi queat. ¶Di.
Ita video. ¶Ma. ¶Atqȝ ⁊ illud videas opor-
tet in nullis reliquis numeris id posse continge
re vt cum duos quolibet sibim et in numeran-
di ordine copulatos notaueris: cõsequitur eos
ille qui ex ambobus conficitur nullo interposi-
to. ¶Di. ¶Ita quoqȝ video. Nam duo ⁊ tria q
sibi numero copulati sunt: in summa quinqȝ
faciunt. Non autem quinqȝ cõtinuatim sequũ-
tur: sed quatuor: rursus tres ⁊ quatuor septẽ fa
ciunt. Inter quatuor autem at septem: quinqȝ
atqȝ sex ordinati sunt: ⁊ quanto progredi volue
ro: tanto plures interponuntur. ¶Ma. ¶Ma
gna ergo hec concordia est in prioribus tribꝰ
numeris. vnum eni ⁊ duo ⁊ tria dicimus: qui
bus nihil interponi potest. ¶Unũ enim et duo
ipsa sunt tria. ¶Di. ¶Magna prorsus. ¶Ma.
Quid illud nullane consideratione dignuz pu-
tas q ista concordia quanto est artior atqȝ con
iunctior tanto magis in vnitatem quandã ten
dit: ⁊ vnuz quidam de pluribus efficit. ¶Di.
Immo maxima ⁊ nescio quomodo: ⁊ miror et
amo istam quã cõmendas vnitatem. ¶Ma.
Multum probo: sed certe quelibet numeroꝝ
copulatio vel connexio: tunc maxime quiddam
efficit cum ⁊ media ⁊ extremis ⁊ medijs extre
ma ꝯsentiũt. ¶Di. ¶Ita certe oportet. ¶Ma.
Attende igitur vt hoc in ista connexione vide
amus. Nam cum vnũ ⁊ duo tria dicimꝰ. non
ne quanto vnũ a duobus: tanto duo a tribus su
pant: ¶Di. ¶Uerissimũ ẽ. ¶Ma. ¶Dic iã nũc
mihi in ista collatione quotiens vnũ nomina-
ueri: ¶Di. ¶Semel. ¶Ma. ¶Tria q̊tiẽs. ¶Di.
Semel. ¶Ma. ¶Quid duo: ¶Di. ¶Bis. ¶Ma.
Semel ergo ⁊ bis ⁊ semel quotiens fit in sum
ma: ¶Di. ¶Quater. ¶Ma. ¶Recte igit̃ istos
tres quaternarius numerus sequitur: ei quip-
pe tribuitur ista ꝓportione collatio que quantũ
valeat etiã assuesce cognoscere. ¶Quid illa vni
tas quam te amare dixisti in rebus ordinatis:
hac vna effici potest: cuius grecum nomen ana
logia est. nostri quidẽ proportionem vocaue-
runt: quo nomine vtamur si placet. Non enim
libenter nisi necessitate: greca vocabula in lati-
no sermone vsurpauerim. ¶Di. ¶Mihi vero
placet: sed perge quo intenderas. ¶Ma. ¶Fa
ciam. Nam quid sit proportio quantum in re-
bus iuris habeat: ⁊ suo loco i hac disciplina di
ligentius requiremus: ⁊ quanto in eruditione
promotior eris tanto eius vim melius natu-
ra nqȝ cognosces. Sed vides certe qđ in pre
sentia satis est: tres illos numeros quoꝝ mira-

beris concordiam sibimet in eadem connexio
ne nisi per quaternariũ numerum non potuis-
se conferri. Quãobrem post illos se ordinari sic
illa cõcordia arctiore cum his copulet: quantũ
intelligis iure impauit: vt iam non vnum: duo
tria tm̃: sed vnum duo tria quatuor sit amicis-
sime copulata progressio numerorum. ¶Di.
Omnia assentior. ¶Ma. ¶At cetera intuere ne
arbitreris nihil habere propriũ quaternarium
numerum quo reliqui omnes numeri careant:
quod valeat ad istam connexionem de qua lo
quor: vt ab vno vsqȝ ad quatuor certus nume
rus sit ⁊ pulcherrimus progrediendi modus. cõ
uenerat quippe inter nos superius tunc ex plu-
ribus vnuz ad aliquid maxime fieri cum extre
mis media ⁊ medijs extrema consentiunt.
Di. ¶Ita est. ¶Ma. ¶Cum ergo collocamus
vnum ⁊ duo ⁊ tria dic que sint extrema qđ me-
dium: ¶Di. ¶Unum ⁊ tria extrema video duo
medium. ¶Ma. ¶Responde nunc ex vno ⁊ tri
bus quid conficiatur: ¶Di. ¶Quatuor. ¶Ma.
Quid enim duo: quia vnus in medio numerꝰ
est: non potest nisi sibi conferri: quamobrem dic
etiam duo bis quid faciunt: ¶Di. ¶Quatuor.
¶Ma. ¶Itaqȝ ergo medium extremis: ⁊ medio
extrema consentiunt. Quamobrem sicut excel-
lit in tribus quod post vnum ⁊ duo collocãtur
cũ ex vno ⁊ duobus constent sic excellit in qua
tuor quod post vnum ⁊ duo ⁊ tria numerantur
cum constent ex vno ex tribus ⁊ bis duobus: q̄
extremorum cũ medio ⁊ medij cum extremis
in illa que grece Analogia dicitur proportione
consensio est: qđ vtrũ intellexeris pande. ¶Di.
Satis intelligo. ¶Ma. ¶Tanta ergo in reli-
quis numeris vtrũ non inueniatur qđ quater
narij numeri propriũ esse diximus. ¶Di. ¶Fa
ciã. Nã si cõstituamus duo tres quatuor extre
ma collata fiunt sex: hoc faciat mediũ sibi col-
latum: Non tamen sex quinqȝ consequuntur.
Rursus tria quatuor ⁊ quinqȝ constituta extre
ma octo faciunt: mediũ quoqȝ bis ductum. At
inter quinqȝ ⁊ octo: non iam vnum sed duo: se-
narium scilicz ⁊ septenarium numeros interpo
sitos video. Atqȝ illa ratione quantum progre
dior: tantũ hec sunt internalla maiora. ¶Ma.
Uideo te intellexisse ⁊ omnino scire quod di-
ctum est: sed iam ne immoremur animaduertis
certe ab vno vsqȝ ad quatuor iustissimam fie-
ri progessionem: siue propter imparem ac pa-
rem numerum: quoniam primus impar totus
tria ⁊ primus par totũ quatuor: de qua re pau
lo ante tractatum est: siue quia vnum ⁊ duo p̃n
cipia sunt: ⁊ quasi semina numerorum e quibus
ternarius conficitur: vt sint iam tres numeri:
qui sibi dum pro analogia propositione confe-

runtur quaternarius elucescit ⁊ gignitur: ⁊ propterea eis iure coniunguntur vt vsqꝫ ad illum fiat ea quam querimus moderata progressio Di. ¶ Intelligo bene sane. ¶ Ma. ¶ Sed meministi ne tandem quod institueramus inquirere? Nam vt opinor propositum erat si quomodo inuenire possemus cuꝫ in illa infinitate numerorum certi articuli essent a numerantibus constituti: quid esset cause cur ipse primus articulus in denario numero esset qui per omnes ceteros valet plurimum: idest cur ab vno vsqꝫ ad deceꝫ progressi numerantes: rursus ad vnū demearent. ¶ Di. ¶ Recordor plane questionis huius causa nos circuisse: sed quid effecerimus quod ad eam soluendam pertineat: nō inuenio. Siquidem illa omnis nostra ratio ad id conclusa est: vt non vsqꝫ ad denarium: sed vsqꝫ ad quaternarium numerum sit iusta ⁊ moderata progressio. ¶ Ma. ¶ Tu ne igitur non vides ex vno ⁊ duobus ⁊ quatuor que summa cōficiatur? ¶ Di. ¶ Video iam: video ⁊ miror omnia ⁊ ortam questionem solutam esse confiteor vnum enim ⁊ duo ⁊ tria ⁊ quatuor simul deceꝫ sunt. ¶ Ma. ¶ Ergo istos quatuor primos numeros seriemqꝫ ⁊ connexionem eorum honorabilius habere q̄ꝫ cetera in numeris conuenit Di. ¶ Tempus est autem ad solos motus redire tractandos ⁊ discutiendos qui discipline proprie tribuuntur: ⁊ propter quos ista de numeris: de alia scilicꝫ disciplina quantum pro negotio satis visum est considerauim⁹. Ita ꝫ nūc abs te quero quoniam intelligēdi gratia in horarum spatio motus constituebamus quos ad se inuicem habere aliquam dimensionem numerosam ratio demonstrabat: vtrum si quisq̄ꝫ mora vnius hore currat ⁊ alius deinceps duarum possis non inspecto horologio vel clepsydra: vel aliqua huiusmodi temporum notatiōe sentire illos duos motus: q̄ꝑ vnus simplex: ali⁹ duplex sit: vel etiam si id non possis dicere: illa tamen congruentia delectari atqꝫ voluptate affici. ¶ Ma. ¶ Nullo mō possuꝫ. ¶ Di. ¶ Quid si quispiam numerose plaudat ita vt vnus sonitus simplum: alter duplum temporis teneat quos iambos pedes vocant: eosqꝫ continuat atqꝫ connectat. Alius autem ad eundem sonū saltet: sm̄ ea scilicꝫ tempore mouens membra Nonne aut etiam dicas ipsum modulum temporum: idest q̄ꝑ simplum ad duplum spatia in motibus alternant: siue in illo plausu qui auditur siue in illa saltatione qua cernitur: aut saltē delectaris eadem numerositate quam sentias tametsi non possis numaros eius dimensionis edicere. ¶ Ma. ¶ Ita vero est vt dicis. Nam ⁊ ille qui hos numeros nouerit sentiant eos in plausu atqꝫ saltatione qui quot sint facile dicūt ⁊ qui eos vero non nouere nec possunt dicere: non negant tamen ex his sese voluptate aliqua perfrui. ¶ Di. ¶ Cum igitur ad ipsam rationeꝫ discipline huius siquidem scientia est bene modulandi non possit negare omnes pertinere motus quibus modulati sunt: etiam eos potissimum qui non referuntur ad aliud aliquid: sed in seipsis finem decoris delectationisqꝫ conseruant. Hi tamen motus vt nunc a me rogatus recte vereqꝫ dixisti: si longo spatio temporis fiant inqꝫ ipsa dimensione que decora est: horaꝫ vel etiam maius tempus obtineant non possunt congrue nostris sensibus: quamobrem cū procedens quodammodo discretissimis penetralibus musica in nostris etiam sensibus: vel in his rebus que a nobis sentiuntur vestigia q̄dam posuerit: Nonne oportet etiam vestigia prius persequi vt commodius ad ipsa: si potuerimus: que diximus penetralia sine vllo errore ducamur? ¶ Di. ¶ Oportet vero ⁊ hoc iāqꝫ vt faciamus efflagito. ¶ Ma. ¶ Omittamus ergo illas vltra capacitatem sensus nostri porrectas temporum metas: ⁊ de his breuibus interuallorum spatijs que in cantando saltandoqꝫ nos mulcent quantum ratio nos duxerit disseramus: nisi tu forte aliter putas illa vestigia indagari posse que in nostris sensibus hisqꝫ rebus quas volumus sentire hanc disciplinā potuisse: predictum est. ¶ Di. ¶ Nullo modo aliter puto.

¶ Explicit liber' primus beati Augustin. episcopi musice.

¶ Incipit liber sancti Augustini episcopi secundus.

Atende igitur diligenter: ⁊ nunc demum accipe quasi alterum nostre disputationis exordium. Ac primum responde: vtrum bene dixeris eaꝫ quam grammatici docent syllabarum breuium longarumqꝫ distantiam: a sine ista noris: siue ignoras: malis vt ista queramus quasi omnino rudis harum reruꝫ sim⁹ vt ad omnia nos ratio potius perducat q̄ꝫ in-

ueterate consuetudo ⁊ preiudicata cogat aucto-
ritas. ¶ Di. ¶ Ita plane mallem: sed non mihi
ipsa ratio: sed istarum etiam syllabarum impe
ritia. quid enim fateri dubitẽ impellit. ¶ Ma.
Age iam saltem illud eloquere: vtrum tu ipse
per te nunquã adnimaduerteris in locutione
nostra syllabas raptim ⁊ minime diu: alias au
tem productius ⁊ diutius enunciari: ¶ Di. ¶ Ne
gare non possum: Nonne ad ista etiam surdũ
fuisse. ¶ Ma. ¶ Atqꝫ scias velim totam illam
que grammatica grece: latine autem litterata
nominatur: historie custodiam profiteri: vel so
lam vt subtilior docet ratio: vel maxime vt eti
am pinguia cordia concedũt. Itaqꝫ verbi gra
tia cum dixeris cano: vel in versu forte posu-
eris ita: vt vel tu pronuncians huius verbi
syllabam primam: vel in versu eo loco ponas
vbi esse productã oportebat: reprehendet grã
maticus custos ille videlicꝫ historie: nihil ali-
ud asserens: cur hanc corripi oportebat: nisi ꝙ
hi qui ante nos fuerunt: ⁊ quorum libri extant
tractanturqꝫ a grammaticis: ea correpta: non
producta vsi fuerint. Quare hic quicquid va-
leat auctoritas valet. ¶ At vero musice ratio ad
quam dimensio ipsa vocum rationabilis: ⁊ nu
merositas pertinet non curat nisi vt corripia-
tur vel producatur syllaba que illo vel illo lo-
co est secundũ rationem mensurarum suarum
Nam si eo loco vbi duas longas syllabas po-
ni debet: hoc verbum posueris: ⁊ primam que
breuis est: pronunciationem longam feceris:
nihil musica omnino substinet tempora enim
vocum ea peruenere ad aures que illi nume-
ro debita fuerunt. Grammaticus autem iu-
bet emendari ⁊ illud te verbum ponere cuius
prima syllaba producenda sit secundum maio
rum: vt dictum est: auctoritatem: quorum scri
pta custodiunt. Quamobrem cũ rationes mu
sice persequendas suscepimus: etiam si nescis
que syllaba corripienda: que producenda sit:
possumus tamen non impediri hac ignoran-
tia tua: satisqꝫ habere ⁊ te animaduertisse dixi
sti: alias syllabas correctiores: alias producti-
ores. Quare illud nunc quero: vtrum sonus ver
suum aliquando te aliqua per aures voluptate
commouerit: ¶ Di. ¶ Prorsus sepissime: ita
vt nunquã fere sine delectatione versum au
diuerim. ¶ Ma. ¶ Si quis ergo in versu quo
audito delectaris eo loco quo ratio eiusdẽ ver
sus non postulet vel producat syllabas vel cor
ripiat: num eodem modo delectari potes:
Di. ¶ Immo audire hec sine offensione nõ pos

sum. ¶ Ma. ¶ Nullo modo igitur dubium est
quin te in sono quo delectari dicis dimensio
quedam numerorum delectet: quo perturbato
delectatio illa exhiberi auribus non potest.
Di. ¶ Manifestum est. ¶ Ma. ¶ Dic mihi de
inceps quod ad sonũ versus attinet: quid in-
tersit: vtrum dicam: Arma virumqꝫ cano troie
qui primus ab oris: An qui primus ab oris.
Di. ¶ Mihi vero vtrumqꝫ quantum ad illam
dimensionem pertinet idem sonat. ¶ Ma. ¶ Et
hoc mea pronunciatione factum est cũ eo sci
licꝫ vitio quod barbarismum grammatici vo
cant. Nam primus longa est ⁊ breuis syllaba.
Primus autem ambe producende sunt: sed
ego vltimam earum corripui: ita nihil frau-
dis passe sunt aures tue. Quamobrẽ illud eti-
am temptandum est: vtrum me pronuncian-
tem sentias quid sit in syllabis diu ⁊ non diu:
vt nostra disputatio me interrogante ac te res-
pondente: sicut instituimus: possit procedere.
itaqꝫ iam eundem versum in quo barbarismũ
feceram repetam: ⁊ illam syllabam quam tue
aures offenderentur: corripui producam: vt
grammatici iubent: tu mihi renunciato vtrũ
illa dimensio sensum tuum eadem afficiat vo
luptate. sic enim pronunciẽ. Arma virumqꝫ
cano troie qui primus ab oris. ¶ Di. ¶ Nunc ve
ro negare non possum: nescio quia soni defor-
mitate me offensum. ¶ Ma. ¶ Non iniuria:
Quanqꝫ enim barbarismus factus non sit: id
tamen vitium factum est quod ⁊ grammatica
reprehendat ⁊ musica. Grammatica: quia id
verbum cuius nouissima syllaba producenda
est: eo loco positum est vbi corripienda poni de
buit. Musica vero tantummodo: quia produ
cta quelibet vox est: eo loco quo corripi oporte-
bat: ⁊ tempus debitum quod numerosa dimen
sio postulabat: redditum non est. Quocirca: si
iam satis cernis: quid sensus: quid auctoritas
postulat: sequitur vt videamus ille ipse sensus
cur alias delectetur in sonis vel productis vel
correptis alias offendatur: idest quod ad diu
⁊ non diu pertinet: quam partẽ nos explican
dam suscepisse credo quod memineris. ¶ Di.
Ego vero ⁊ illud discerni: ⁊ hoc memini: et ea
que sequuntur intentissime expecto. ¶ Ma. ¶
Que putas nisi vt incipiamus sibimet sylla-
bas comparare et videre quos numeros ad
se habeant sicut de motibus iã inter nos tã
longa superius ratione tractatũ est: Motus ẽ
enim etiã omne qd sonat: ⁊ syllabe vbiqꝫ sonant
An quicqꝫ horum negari potest: ¶ Di. ¶ Nullo

modo. ¶Ma. ¶Cum ergo syllabe inter se con
ferumtur: motus quidam inter se cōferuntur: in
quibus possint numeri quidam temporis mē-
sura diuturnitatis inquiri. ¶Di. ¶Ita est.
Ma. ¶Num igitur potest vna syllaba com-
parari. Naz omnem comparationem nisi tu
aliud putes: singularitas fugit. ¶Di. ¶Nihil
puto aliud. ¶Ma. ¶Quid vna vni: vel due
duabus: vel tribus: ⁊ deinceps in pluribus que
possunt sibimet conferri: non negas? ¶Di.
Quis hoc negauerit? ¶Ma. ¶Rursus hoc vi-
de: quālibet syllabam breuem: minimeqꝫ diu
pronunciatam: ⁊ mox vt eruperit desinentem
occupare: tum in tempore aliquid spatij ⁊ ha
bere quandam morulam suam. ¶Di. ¶Uideo
necesse esse quod dicis. ¶Ma. ¶Dic nunc: vnū
numerum exordiamur? ¶Di. ¶Ab vno scilꝫ.
Ma. ¶Non absurge igitur hoc in tempore:
quia minimum spatij quod breuis attinet syl-
laba: vnū tempus veteres vocauerūt a breui
enim ad longum progredimur. ¶Di. ¶Uerū
est. ¶Ma. ¶Sequitur iam vt illud quoqꝫ ani
maduertas quoniam vt in numeris ab vno ad
duo est prima progressio: ita in syllabis: quas
scilicet a breui ad longam progredimur: longaz
duplū tēporis hēe debere: At per hoc si spatiuz
quod breuis occupat: recte vnum tempus vo
cari: spatium item quod longa occupant: re-
cte duo tempora nominari? ¶Di ¶Recte pror
sus. nam id orationem postulare consentio.
Ma. ¶Age nunc collationes ipsas videmus.
Nam vna breuis syllaba ad breuem vnam
syllabam quero: quam rationem tibi habere
videatur: vel hi motus inter se quid vocentur
Meministi eniz nisi fallor in superiori sermo
ne nos omnibus motibus qui inter se aliqua
numerositate cōueniunt imposuisse vocabula
Di. ¶Equales eos memini nominatos: tātū-
dem enim aliquid sese habent tēporis. ¶Ma.
Sed istam collectionem syllabarum quam si-
bi iam conferuntur vt habeant ad se aliquos
numeros nunc censes sine vocabulo esse relin
quendam. ¶Di. ¶Nō puto. ¶Ma. ¶At scias
veteres pedem nūcupasse talem collectionē
sonorū: sed quousqꝫ pedē ꝓgredi rō sinat: dili-
genter animaduertendū est. Quamobrem iam
dic etiam breuis ⁊ longa qua sibi ratione confe
rantur? ¶Di. ¶Opinor ex illo genere numero-
rum quos complicatos vocauimus istam col-
lectionē manere. Si quidem in ea simpluz ad
duplum collatum esse video: idem vnuz tem
pus breuis syllabe ad duo tēpora longe sylla-
be. ¶Ma ¶Quid si ita ordinētur: vt prius lō-
ga: deinde breuis syllaba pronuncietur. Nuz
quia ordo mutatus est: ideo complicatorū nu-
merorum ratio non manet? Nam vt in illo pe
de simplum ad duplum: ita in isto duplum ad
simplū inuenitur? ¶Di. ¶Ita. ¶Ma. ¶Quid ī
pede duarū longaruz: nōne duo tempora duo
bus temporibus comparātur? ¶Di. ¶Mani
festum est. ¶Ma. ¶Ex qua ergo ratione duci-
tur ista collatio? ¶Di. ¶Ex eorum. s. qui equa
les sunt. ¶Ma. ¶Age nunc dic mihi ex quo a
duabus breuibus orsi ad duas syllabas lōgas
peruenimus quot pedum collationes tractaue
rimus? ¶Di. ¶Quatuor. Nam primo de duo
bus breuibus dictum est: secundo de breui ⁊
longa. Tertio de lōga ⁊ breui. Quarto de dua
bus longis. ¶Ma. ¶Non possunt esse plures
ꝙ quatuor: cum due syllabe sibimet conferun-
tur? ¶Di. ¶Nullo modo. Nam cū syllabe hunc
modum acceperint: vt breuis vnum tempus:
longa duo habeat: cūqꝫ syllaba oīs: aut breuis
aut longa sit: quo pacto sibi possint due syllabe
cōparari atqꝫ copulari: vt pedē faciant nisi aut
breuis ⁊ breuis sit: aut breuis ⁊ longa: aut lon
ga ⁊ breuis: aut longa ⁊ longa. ¶Ma. ¶Dic
etiam quot habeat tempora binarum syllaba
rum minimus pes: quot item maximus? ¶Di.
Duo ille: iste quatuor. ¶Ma ¶Uides ne vt ꝓ
gressio: nisi vsqꝫ ad quaternarium numerum
fieri non potuerit siue in pedibus siue in tem-
poribus? ¶Di. ¶Uideo plane ⁊ recordor ratio
nem progressionis in numeris atqꝫ illam vim
hic etiam inesse sentio cum magna animi volu
ptate. ¶Ma. ¶Nonne ergo censes cum pedes
syllabis constent. i. distinctis ⁊ quasi articulatis
motibus qui sunt in sonis. Syllabe vero ten
dantur temporibus oportere fieri etiam vsqꝫ
ad quatuor syllabas progressionem pedis: si-
cut iam factam vsqꝫ ad quaternarium nume-
rum ⁊ ipsorum pedum ⁊ temporum cernis?
Di. ¶Ita plane: vt dicis sentio: ⁊ hoc videri
perfecte rationi cognosco ⁊ debitum flagito.
Ma. ¶Agam nunc ergo prius vt ordo ipse po
stulat ternarum syllabarum pedes: quot esse
possint videamus: sicut binarum quatuor esse
comperimus. ¶Di. ¶Ita fiat. ¶Ma. ¶Memi-
nisti ab vna breui syllaba. i. vnius temporis
istam nos inchoasse rationem ⁊ cur ita opor-
tet satis intellexisse. ¶Ma. ¶Memini ab illa
lege numerandi: qꝛ ab vno incipim⁹ quod ꝓn-
cipium numerorum est placuisse non oportere
discedere. ¶Ma. ¶Cum igitur in pedibus bi-
narum syllabarum ille sit primus qui duabus
breuibus constat. Cogebat enim ratio vni tē-
pori prius vnum tempus iungi ꝙ duo: quem
tandem arbitraris in pedibus ternarum sylla

barum primũ esse debere? ¶Di. ¶Quem nisi eũ
qui a tribus breuibus constit? ¶Ma. ¶Et iste
quot temporum est? ¶Di. ¶Trium. ¶Ma.
Quomodo ergo huius partes sibi cõferũtur?
Nam omnem pedem propter illam numerorum
collationem duas habere partes: que sibimet
aliqua ratione conferant: necesse est: idq; supe
rius egisse nos memini: sed num quid possu-
mus hunc trium breuiũ syllabarum pedem in
duas equales partes diuidere? ¶Di. ¶Nullo
modo. ¶Ma. ¶Quomodo ergo diuiditur? ¶Di.
Nihil aliud video: nisi vt prima pars habeat
vnã syllabam: secunda duas: aut prima duas
secunda vnam. ¶Ma. ¶Dic etiam hoc: de
qua regula numerorum sit? ¶Di. ¶De compli
catorũ genere esse cognosco. ¶Ma. ¶Age nũc
illud attende tres syllabe in quibus est vna lon-
ga: cetere breues quotiens variari possint. i.
quot pedes facere: ⁊ responde si inueneris.
Di. ¶Unum pedem video esse qui longa ⁊ in
duabus breuibus constet: aliud non intelligo.
Ma. ¶Idem ne solus tibi videtur habere vnã
in tribus longam qui eam primo habet loco.
Di. ¶Nullo pacto id hoc putauerim. ¶Ma.
Cũ possint etiã due breues priores eẽ lõga vl-
tima considera vtrum sit aliquid tertium?
Di. ¶Est plane. Naz hoc etiã longa in medio
duarũ breuiuz collocari potest. ¶Ma. ¶Uide
etiam ne sit aliquid quartuz. ¶Di. ¶Omnino
non potest. ¶Ma. ¶Potes ne iam respondere
Tres syllabe habentes in se vnam longam ⁊
duas breues: quotiens variari possint. i. quot
pedes facere? ¶Di. ¶Possum sane. ¶Naz tres
sũt varietate ⁊ tres fecerũt pedes. ¶Ma. ¶Quid
illi tres pedes quõ sunt ordinãdi iã ne ipse colli
gis. An adhuc minutatim es pducẽdus? ¶Di.
Displicet. n. tibi ordo ille quo ipsam varietatẽ
ꝯperi. Nam primo aduerti vnã longã: ⁊ duas
breues: deinde duas breues ⁊ vnam longam
Postremo breuem ⁊ longam ⁊ breuẽ. ¶Ma.
Ita ne vero tibi non displiceat qui sic ordinat:
vt a primo ad tertium veniant: a tertio ad secũ
dum. Ac non potius a primo ad secundum: ⁊
deinde ad tertium? ¶Di. ¶Displicet prorsus.
Ma. ¶Sed quid hic tandem tale aduertisti
roga: cum omnino in hac tripartita differẽtia
illum pedem primuz posueris: qui primo loco
habet longam: quia sensisti vnitatem ipsaz lõ-
ge syllabe principatum tenere. ¶Di quidẽ ipsa
ibi vna est: ⁊ propterea eum deberet ordinem
signere: vt ille sit prim⁹ pes vbi prima ipsa
est. Simul enim videre debuisti eum esse se-
cundum: vbi ipsa secunda est: ⁊ eum tertium:
vbi eadem tertia est. An adhuc in illa senten-
tia manenduz putas? ¶Di. ¶Immo eam sine
dubitatione condemno. ¶Nunc esse meliorez
ordinẽ: vel potius hunc esse ordinem: quis nõ
assentiat? ¶Ma. ¶Nunc ergo dic: qua nume-
rorum regula isti quoq; diuidantur pedes eorum
qui sibi per partes conferantur? ¶Di. ¶Primũ
⁊ postremum equali regula diuidi video: quia
⁊ ille in longã ⁊ duas breues: ⁊ iste in duas bre
ues ⁊ longam diuidi potest: vt singule partes
habeant bina tempora: ⁊ ob hoc sint equales.
In secundo autem quoniam mediã habet lon
gam syllabã siue priori siue posteriori parti tri-
buatur: aut in tria ⁊ vnum: aut in vnum et tria
tempora diuiditur. Ac per hoc in eius dimen
sione complicatorum numerorum ratio valet
Ma. ¶Uolo mihi iã dicas per te ipse si potes
post istos qui a nobis tractati sũt: quos pedes
ordinandos putes. Tractati enim sunt primo
binarum syllabarum quatuor quoruz ordo du
ctus est a numeroruz ordine: vt a breuibus syl
labis ordiremur. Deinde iam doctiores ter-
narum syllabarum pedes tractandos suscepi-
mus: ⁊ quod facile erat ex superiore ratiõe a tri
bus breuibus orsi sumus. quid deinde seque-
batur: nisi vt vna longa cum duabus breuibus
quot formas ederet videremus. ¶Uisum est ⁊
tres pedes post illum primuz ita vt oportebat
ordinati sunt: qui deinceps sequerentur: non-
ne per teipsum videre iaz debes: ne omnia mi
nutissimis interrogatiunculis eruam⁹? ¶Di.
Recte dicis: nam quis non videat eos iam se
qui in quibus vna breuis sit: cetere longe: cui
breui quia vna est cum superiore ratione pri-
cipatus tribuatur. Primus erit pfecto in his
vbi prima est: Secundus vbi secunda: Terti⁹
vbi tertia que etiam vltima est. ¶Ma. ¶Cer
nis vt opinor quibus etiam rationibus diui-
dantur: vt sibi eorum partes conferri queant?
Di. ¶Cerno prorsus. Nam illi qui ex vna bre
ui ⁊ duabus longis constat diuidi non potest:
nisi ita vt prior pars habeat tria pondera que
habet breuem ⁊ longam: posterior duo que vni
longe insunt. Hic autem tertiuz in eo quidem
priori parum est: quod vnam patitur dimen-
sionem. In eo autem dissimilis: qꝫ cum ille in
tria ⁊ duo: iste in duo ⁊ tria tempora consequa
tur. ¶Nam ⁊ longa syllaba que primam tenet
partem: duobus temporibus tenditur. Restat
longa ⁊ breuis: quod est trium temporum spa
tium. At vero medius qui hbaet breuem syl-
labam mediam iam non potest partionez pati
quia eadem breuis ⁊ priori ⁊ posteriori parti:
tribui potest. ¶Idcirco aut in duo ⁊ tria: aut in
tria ⁊ duo diuiditur tempora. Quamobrem sex

quatorum nu numerorum ratio tres istos possidet pedes. ¶ Ma. ¶ Omnes ne iam triū syllabarū pedes ꝯsiderauimus: an aliquid restat Di. ¶ Unū reliquū video qui ex tribus longis constat. ¶ Ma. ¶ Tracta ergo etiā huius diuisionē. ¶ Di. ¶ Una syllaba due: aut due atq; vna huius diuisio est. Tempora scilicet duo ⁊ q̄tuor aut quatuor ⁊ duo: quare cōplicatorū numerorū ratione istius pedis sibi partes cōferunt. Ma. ¶ Nunc quaternarū syllabarū pedes cōsequentes atq; ordinē videamus. ⁊ ipse iam dic quem primū horū esse oportebat: addita etiam ratione diuisionis eius .s. quatuor breuiū: qui diuiditur in duas binarum syllabarū partes equaliū ratione numerorū duo ⁊ duo tempora possidentes. ¶ Di. ¶ Teneo. ¶ Ma. Iā itaq; perge ipse ⁊ sequere cetera. Nihil .n. opus esse iam puto te per singula interrogari: cum sit vna ratio demendi: deinceps breues syllabas: ⁊ pro his longas subijciendi: donec ad omnes longas veniatur: ⁊ cū demuntur breues: longe quidem subduntur: quas varietates faciunt: ⁊ quot pedes gignuntur considerandum ea: s. syllaba principatum ordinis retinente: que vna fuerit inter ceteras: vel longa vel breuis. In his enim omnibus: iā superius es exercitatus. Ubi autem due breues sunt: et due longe quod in precedentibus nō erat: q̄s censes principatum habere debere. ¶ Iam hoc quoq; manifestum de superioribus: si quidē magis tenere vnitatē breuis syllaba que vnū habet tempus q̄ lōga que duo. Et propterea in omni capite atq; principio eum pedem constituimus qui ex breuibus cōstat. Nihil igitur te impedit quin omnes istos persequaris pedes audiente hac iudicante me non interrogāte. ¶ Di. ¶ Faciā si potero. Nam primo de q̄tuor breuibus primis breuis vna detrahēda est ⁊ pro ea longa ponenda in primo loco propter vnitatis dignitatem. Hic autem pes diuiditur bis: aut in longā ⁊ tres breues: aut in longam ⁊ breuem ⁊ duas breues. i. aut in duo ⁊ tria: aut in tres tria ⁊ duo tempora. Secundo autem loco posita longa facit alium pedem qui vno mō recte diuidit in tria. s. ⁊ duo tēpora: vt pars teneat breuem ⁊ longam: posterior duas breues. Porro tertio loco constituta longa facit eum pedem qui rursus vno modo rite diuiditur. Sed ita prior pars habeat duo tempora in duabus breuibus syllabis. Posterior tria in longa ⁊ breui: quartum pedem facit longa ⁊ vltima qui duobus modis diuiditur: vt ille vbi prima est. Nam in duas breues ⁊ breuem ac longam: v. l. in tres breues ⁊ longā partiri cum liquet in duo. s. ⁊ tria: aut in tria ⁊ duo tempora. Omnes isti quatuor pedes vbi cum tribus breuibus varie longa collocatur: sexquatorum numerorum ratione partes suas ad se collocatas habent: Sequitur vt de quatuor breuibus duabus detractis: pro his duas longas subijciamus. videamusq; quot formas ac pedes cum breues ac longe bine sint: possint edere. Primo igitur video duas breues ⁊ duas longas esse ponendas: quod a breuibus rectius exordiui. Is autem pes habet duplicem diuisionem: Aut enim in duo ⁊ quatuor aut in quatuor ⁊ duo diuiditur tempora: vt aut due breues priorem partem teneant ⁊ posteriorē due longe: ⁊ due breues posteriorē: aut si ex lōga ⁊ breui fiat prima pars: ⁊ alia ex breui ⁊ longa que reliqua est: ⁊ fiat alius pes: cū due iste breues q̄s i capite posueram⁹: ita vt ordo ipse postulat: in medio fuerint collocate: ⁊ est huius pedis diuisio in tria: ⁊ tria tempora. Nam priorem partē occupant longa ⁊ breuis posteriorem breuis ⁊ longa. cum autem ponuntur in vltimo. Nam hoc sequitur faciunt pedem gemine diuisionis cuius autem prior pars habeat duo tempora in vna longa: posterior quatuor. in longa ⁊ duabus breuibus: aut prior quatuor in duabus longis: posterior in duabus breuibus duo horum autem trium pedum partes quod ad primum ⁊ tertium attinet complicatorum numerorum ratione sibi comperantur medius equales eas habet. Jam deiceps iste due breues que coniuncte ponebantur: disiuncte ponende sunt: quarum minima disiunctio est: a qua etiam incipiendum vt vnā syllabā longā inter se habeant maxime: aut duas: sed cum vna est inter eas duobus modis fit: ⁊ duo pedes gignuntur. Prior autem est horum modorū: vt in capite breuis sit: deinde longa: inde breuis ⁊ lōga que reliqua est. Alter modus est vt in medio ⁊ in vltimo sint breues: in p̄mo ⁊ tertio loco longe. Ita erit longa ⁊ breuis: ⁊ lōga ⁊ breuis. ¶ Maxima vero illa disiunctio est cum due longe in medio sunt. Breuium autē vna in principio: altera i extremo loco: ⁊ diuidūtur hi tres pedes in quibus breues disiuncte ponuntur in tria ⁊ tria tempora. i. primus horū in breuem ⁊ longam: ⁊ breuem ac longam. Secundus in longam ac breuem ⁊ longā ac breuem. Tertius in breuem ac longam: ⁊ longam ac breuem. Ita fiunt sex pedes duabus breuibus ⁊ duab⁹ longis syllabis varie inter se q̄ad possunt locatis. Restat vt de quatuor breuib⁹

detrahantur tres: ⁊ pro his: tres longe consti
tuantur: ⁊ vna breuis: ⁊ qua vna breuis in ca-
pite: quam tres longe consequentur: facit ali-
um pedem. Secundo loco posita secunduz: ter
tium tertio: quartum quarto: quorum qua-
tuor duo primi in tria ⁊ quatuor tempora di-
uiduntur. Duo autem posteriores in quatuor
⁊ tria: ⁊ omnes sex quatorum ratione numero-
rum partes sibi collatas habent. ¶ Nam prior
pars primi: est breuis ⁊ longa: tenens tria tem
pora. Posterior due longe in quatuor tempori
bus. Secundi prior pars longa ⁊ breuis: ergo
tria tempora. Posterior due longe quatuor tē
pora. Tertius priorem partem habet in dua-
bus longis: quatuor temporibus. ¶ Posteriorē
enim partem breuis ⁊ longa obtinet: ac po-
sterior longa ⁊ breuis: tribusqꝫ temporibus.
Relictus pes est quaternarum syllabarū: vbi
omnes auferuntur breues: vt quatuor longis
pes constet hic in duas ⁊ duas longas secundū
equales numeros idest quatuor ⁊ quatuor vz
diuiduntur tempora. Habes quod per ipsuz
explicare voluisti. Perge iam rogando: per se
quere cetera. ¶ Ma. ¶ Faciam: sed satis ne con
siderasti progressionem istam vsqꝫ ad quater-
narium numerum que in ipsis numeris demō
strata est: quantum his etiam pedibus valet?
Di. ¶ Ita sane in his vt in illis hanc progredi
endi rationem probo. ¶ Ma. ¶ Quid illud: nō
ne vt contextis syllabis pedes facti sunt: ita ⁊
contextis pedibus aliquid fieri posse existimā
dum est: quod iam neqꝫ syllabe neqꝫ pedis no
mine censeatur? ¶ Di. ¶ Omnino existimo.
Ma. ¶ Quid tandem putes esse? ¶ Di. ¶ Uer-
sum arbitror. ¶ Ma. ¶ Quid si perpetuo con-
texere quispiaz pedes aliquos velit: ita vt eis
modum ac finē non imponat: nisi aut defectus
vocis: aut aliquis aliud casus interpellans:
aut temporis ratio: aut aliud aliquid transeū-
di: etiam versus a te nominabitur habens vel
viginta vel trigenta vel centum etiam siue am
plius pedes: vt voluerit ac potuerit ille q eos
quālibet longa perpetuitate contexit? ¶ Di.
Non ita est. Neqꝫ enim aut vbi pedes quos-
libet quibuslibet permixtos animaduertero:
aut per infectam longitudinem multos conne
xos versus appellabo: sed ⁊ genus ⁊ numeruz
pedum idest qui ⁊ quot pedes versum confici-
ant aliqua disciplina consequi ⁊ ex ea indicare
potero: vtrum versus aures meas pepulerit.
At hec quecunqꝫ est disciplina versibus regu-
lam ⁊ modum non vtiqꝫ vt libitum est: sed ali
qua ratione constituit. Non enim aliter si qui-
s ez disc iplina est: aut oportebat: aut poterat.
Ma. ¶ Hanc ergo rationem inuestigemus:
⁊ assequere: si placet: Nam si autoritatem so-
lam intueamur: is erit versus: quem versum
dici voluit asclepiades nescio qui aut archilo-
cus poete scilz veteres: aut sapphos poetria ⁊
ceteri quorum etiam nominibus versuū gene
ra vocantur: qui primi animaduertentes ce-
cinerunt. Nam ⁊ Asclepiadeus versus dicit:
⁊ Archilochius: ⁊ Sapphicus ⁊ alia sexcenta
auctorum vocabula greci versibus diuersi ge
neris indiderunt: ex quo non absurde cuipiaz
videri potest quod si quis vt volet pedes quot
volet: ⁊ quos volet ordinauerit: qꝛ nemo ante
ipsum hūc ordinem ac mensuram pedibꝰ con
stituerit rectorum ac iure conditorum noui ge
neris versuum propagatorqꝫ dicitur: aut si hec
licentia intercluditur homini cum questione
querendum est quid tandem illi meruerunt: si
nullam rationem secuti: qui connexionem pe
dum quos illi connexere placuit versuz appel
lari haberiqꝫ fecerunt. An tibi aliter videtur?
Di. ¶ Ita vero est vt dicis: ⁊ prorsus assentior
ratione potius qꝫ auctoritate versum esse gene
ratum quem peto: iamiamqꝫ videamus.
Ma. ¶ Uideamus ergo qui pedes sibimet co
pulandi sunt: deinde quid his copulatis fiat.
Non enim versus est solus: postremo de ver-
sus tota ratione tractabimus. Sed num cen-
ses commode ista nos posse persequi nisi pedū
nomina teneamus. Quamqꝫ hoc ordine a no-
bis digesti sint vt possint ipsius sui ordinis no
minibus nuncupari. Dici enim potest primus:
secundus: tertius: atqꝫ hoc modo ceteri: sed qa
non sunt contemnenda vetusta vocabula: nec
facile a consuetudine recedendum: nisi que ra
tioni aduersatur: vtendum est his nominibus
pedum que greci instituerunt: ⁊ nostri iaz vtū-
tur pro latinis que plane ita vsurpamꝰ: vt nō
queramus origines nominum. Multum eni
habet ista res loquacitatis: vtilitatis parum
neqꝫ enim eo minus vtiliter in loquendo ap-
pellas panem lignū: lapidem: quod nescis cur
hec ita sint appellata. ¶ Di. Ita prorsus: vt di
cis: sentio.

¶ Primus pes vocatur pyrrichius ex duabꝰ
breuibus: temporum duum: vt fuga.

¶ Iambus ex breui ⁊ longa vt parens: tempo
rum trium.

¶ Trocheus vel chorius ex longa ⁊ breui: vt
meta: temporum trium.

¶ Spondeus ex duabus longis: vt estas: tem
porum quatuor.

¶ Tribrachus ex tribus breuibus vt matula: temporum trium.

¶ Dactylus ex longa ⁊ duabus breuibus: vt menalus: temporū quatuor.

¶ Amphibrachus ex breui ⁊ longa ⁊ breui: vt carina: temporum quatuor.

¶ Bacchius ex breui et duabus longis: vt achates: temporum quinqꝫ.

¶ Anapestus ex duabus breuibus ⁊ longa: vt erato: temporum quatuor.

¶ Creticus vel amphimacrus ex longa ⁊ breui ⁊ longa: vt insule: tempoꝝ quinqꝫ.

¶ Palimbachius ex dua us longis ⁊ breui: vt natura: temporum quinqꝫ.

¶ Molosus ex tribus longis: vt eneas: temporum sex.

¶ Proceleumaticus ex quatuor breuibus: vt auicula: temporum quatuor.

¶ Pean primus ex prima longa ⁊ tribus breuibus: vt legitimus: tempoꝝ quinqꝫ.

¶ Pean secundus ex secunda longa ⁊ trib⁹ breuibus: vt colonia: tempoꝝ quinqꝫ.

¶ Pean tertius ex tertia longa ⁊ tribus breuibus: vt menedemus: tempoꝝ quinqꝫ.

¶ Pean quartus ex quarta longa ⁊ trib⁹ breuibus: vt celeritas: tempoꝝ quinqꝫ.

¶ Jonicus a minore ex duabus breuibus ⁊ duabus longis: vt diomedes: tēporū sex

¶ Coriambus ex longa ⁊ duabus breuibus et longa: vt armipotens: tempoꝝ sex.

¶ Jonicus a maiore ex duabus longis ⁊ duabus breuibus: vt iunonius: tempoꝝ sex.

¶ Biiambus ex breui ⁊ longa ⁊ breui ⁊ longa vt propinquitas: tempoꝝ sex.

¶ Dichorius vel ditrocheus ex longa ⁊ breui ⁊ longa ⁊ breui: vt cantilena: tempoꝝ sex.

¶ Antipastus ex breui ⁊ duabus longis ⁊ breui: vt saloninus: tempoꝝ sex.

¶ Epitritus primus: ex prima breui ⁊ trib⁹ longis: vt sacerdotes: tempoꝝ septem.

¶ Epitritus secundus: ex secunda breui ⁊ trib⁹ longis: vt conditores: tempoꝝ septē.

¶ Epitritus tertius: ex tertia breui ⁊ trib⁹ longis: vt demosthenes: tēpoꝝ septē.

¶ Epitritus quartus: ex quarta breui ⁊ tribus lōgis: vt fescenninus: tempoꝝ septē.

¶ Dispondeus ex quatuor longis: vt oratores temporum octo.

Di. ¶ Habeo ista. Nunc differe qui pedes copulentur. ¶ Ma. ¶ Judicabis hoc facile si equalitatem ac similitudinem in equalitate ⁊ similitudine prestantiorem esse iudicabis ¶ Di. Neminem esse arbitror qui non ita iudicet. Ma. ¶ Hanc ergo prius maxime in contexendis pedibus sequi oportet. Nec ab ea omnino deuiandū: nisi cum in aliqua causa iustissima est ¶ Di. ¶ Assentior. ¶ Ma. ¶ Non igitur dubitabis pirrbichios sibimet pedes contexere nec iambos nec trocheos: quiqꝫ etiam chorij nominantur: nec spondeos atqꝫ ceteros sui generis profecto sibimet sine vlla dubitatione copulabis. Est enim summa equalitatis: cū eiusdem generis: ⁊ nominis pedes sese consequūtur: An tibi non videtur? ¶ Di. ¶ Nullo modo mihi aliter videtur ¶ Ma. ¶ Quid illud? Nōne approbas alios alijs pedes equalitate seruata esse miscendos? Quid enim auribus potest iucundius esse q̄ꝫ cum varietate mulcentur: nec equalitate fecundātur ¶ Di ¶ Satis probo. ¶ Ma ¶ Num censes alios equales habendos pedes nisi qui eiusdem mensure sint? Di. ¶ Ita existimo ¶ Ma. ¶ Qui eiusdēꝫ mensure putandi ne sunt: nisi qui temporis tantundem occupant? ¶ Di. ¶ Uerum est. ¶ Mag. Quos ergo inueneris pedes totidem temporum sine aurium offensione contexes. ¶ Di. ¶ Uideo esse consequens. ¶ Ma. ¶ Recte quidem: sed adhuc non nihil questionis res habet ¶ Nam cum amphibrachus pes quatuor sit temporuꝫ negant eum quidam posse misceri vel dactylis vel anapestis: vel spondeis: vel proceleumaticis: Nam hij sunt omnes quaternorum temporum pedes: et non solum istis eum negant posse misceri: sed nec ex ipso solo repetito: ⁊ sibimet connexo: recte et quasi legitime procedere numerum putant: quorum opinionem considerare nos oportet ne quid habeant rationis quod consequi et approbare conueniat. ¶ Di ¶ Habeo prorsus audire quid asserant. Non enim parum me mouent cum duo de triginta pedes sint: quos ratio persecuta sit: hoc solum excludi a continuatione numerorum cū tantum spatij teneat in tempore quantum dactylus: ⁊ alij quos pares enumerasti quos connectere nemo prohibetur ¶ Ma. ¶ At qui op⁹ est vt hoc displicere valeas: etiam considerare ceteros pedes quemadmodum sibimet eorum partes conferantur ¶ Ita enim videbis huic vni quiddam accidere nouum ac singulare vt non frustra minime adhibendus ad numeros iudicatus sit: sed hoc nobis considerantibus opus est hec duo nomina mandare memorie leuationem ac positionem ¶ In plaudendo enim quia leuatur ⁊ ponitur manus: partē pedis sibi leuatio vendicat: partem positio. Partes autem pedum dico illas de quib⁹ superi⁹ cum eos ordine persequeremur satis dictum est. Quocirca si hoc probas ipse recensere breuiter mensuras partium in omnibus pedibus vt quid huic vni de quo agitur ꝓprium

accidens noueris. ¶ Di. ¶ Uideo primum pir-
richium tantum habere in eleuatione quantũ
in positione. ¶ Spondeus quoqꝫ dactylus ana-
pestus proceleumaticus coriamb⁹ diiambus
dichorius antispastus dispondeus: eadem ra-
tione diuidantur. Nam tantundem temporis
in his ponit plausus quantum leuat. Uideo se
cundum iambum simpli ꝛ dupli habere ratio
nem quam rationem cerno ꝛ in chorio ꝛ in tri-
bracho ꝛ in moloso ꝛ in vtroqꝫ ionico. ¶ Iã hu-
ius amphibrachi leuatio ꝛ positio. ¶ Nam ipsa
mihi ex ordine occurrit cui pares ceteros que
dam simpli ꝛ tripli ratione constat. ¶ Sed non
inuenio prorsus aliuꝫ deinceps cuius sibi par-
tes tanto interuallo conferantur. ¶ Nam cum
eos considero in quibus vna breuis est: ꝛ due
longe. i. Bacchium creticum ꝛ palimbachiuꝫ
sexquaterni numeri ratione leuationem ac po
sitionem in his fieri video. eadem ratio est ꝛ
in his quatuor in quibus vna longa est ꝛ tres
breues qui pene ex ordine numerantur. ¶ Re-
liqui sunt quatuor epitriti simili ex ordine nũ
cupati quorum leuationem ac positionem sex
quitertius numerus continet. ¶ Ma. ¶ Num
igitur parum tibi iusta causa videtur eẽ: cur iste
pes ad seriem numerosam vocum non admit
tatur: ꝙ solius partes tam longe a se differant:
vt vna simpla sit alia tripla. Uicinitas enim
quedam partium tanto est approbatione di-
gnior: quanto est proxima equalitati: Itaqꝫ in
illa regula numerorum cum ab vno vsqꝫ ad q̃
tuor progredimur: nihil vnicuiqꝫ est seipso pro
pinquius: quare illud in primis approbanduꝫ
est: cum in pedibus tantundem habent partes
adinuicem: deinde copulatio simpli ꝛ dupli
eminet in vno ꝛ duobus. Sexq̃ltera vero co-
pulatio in duobus ꝛ tribus apparet. ¶ Iam
sexquitertia tribus ꝛ quatuor: simplum vero ꝛ
triplum quanꝗ complicatorum numerorum
lege teneatur: non tamen in ordine illo sibi-
met coheret. ¶ Non enim post vnum tres nu-
meramus: sed ab vno ad ternarium nume-
rum binario interposito peruenitur. ¶ Hec ra
tio est qua excludendus iudicatur amphibra-
chus pes ab ea copulatione de qua querimus:
que si abs te probatur: cetera videamus. ¶ Di.
Probatur sane. Nam manifestissima atqꝫ cer
tissima ratio est. ¶ Ma. ¶ Cur ergo placeat quo
quo modo se in syllabis habeant: tamen si eius
dem spatij sint: in tempore recte sibi: ꝛ sine de-
trimento equalitatis pedes posse misceri: exce
pto duntaxat amphibracho. Queri non imme
rito potest vtruꝫ recte misceantur: qui quanꝗ
sint equales tempore: non eadem tamẽ per-
cussione concordant: que leuatiõe ac positione
partes pedis sibimet confert. Nam dactylus
ꝛ anapestus ꝛ spondeus non solum equalium
temporum sunt: sed etiam percutiuntur equa-
liter. In omnibus enim tantum leuatio quan-
tum positio sibi vendicat. ¶ Itaqꝫ hij sibi miscẽ
tur iustius ꝙ quilibet ionicus ceteris sex tem-
porum pedibus: vterqꝫ quippe ionicus ad sim
plum ꝛ duplum percutitur duo scilicꝫ tempo-
ra quatuor temporibus conferens. His molo-
sus etiam in hac re congruit. Ceteri vero pe-
des ad tantundem. nam in hijs leuationi ac
positioni terna tempora tribuuntur. Ergo tam
etsi omnes legittime feriantur. ¶ Nam et illi
tres simpli ꝛ dupli ratione: ꝛ alij quatuor eqs
partibus feriuntur: tamen quia plausum ine-
qualem facit ista permixtio: haud scio an iure
repudiet: nisi quid habes ad hec. ¶ Di. ¶ Pro
cliuior sum in istam sententiam. Nam inequa-
lis plausus quomodo sensum non offendat
ignoro. Si autem offendit: non vtiqꝫ id potest
sine vitio huius permixtionis accidere.
Ma. ¶ Atqꝫ scias veteres miscẽdos iudicasse
istos pedes: ꝛ horum mixtione versus compo
sitos condidisse: sed ne te auctoritate premere
videar accipe aliquid horum versuum: et vi-
de vtrum offendat auditum. Si enim nõ mo
do non offenderit: sed etiam delectauerit: nul
la erit ratio huius mixtioniꝫ improbande.
Uersus autem hi sunt quos aduertas volo sa
tis esse arbitror ad iudicandum id quod vo-
lo. Quare dic queso vtrum nihil tuas aures nu
merus iste permulserit. ¶ Di. ¶ Immo nihil mi
hi videtur currere ac sonare festiuius. ¶ Ma.
Considerato igitur pedes inuenies profecto cũ
sint quinqꝫ versus: duos primos solis ionicis
currere tres posteriores habere admixtum di-
chorium: cum omnes omnino sensum nostruꝫ
communi equalitate delectẽt. ¶ Di. ¶ Iam hoc
animaduerti ꝛ facilius te pronunciãte. ¶ Ma.
Quid ergo dubitamus consentire veteribus
non eorum auctoritate: sed ipsa iam ratione
victi qui censent eos pedes qui eiusdem tem-
poris sunt rationabiliter posse misceri: si habe
ant legittimam quamuis diuersam percussio-
nem. ¶ Di. ¶ Cedo iam prorsus. nam ille sonus
quicquã contradicere non sinit. ¶ Ma. ¶ Intẽ-
de item istos versus. volo tandem tibi parcas
labor est in catholicis ꝛ apertum ire per auras
animum permittas. ¶ Disci. ¶ Placet hec.
Ma. ¶ Nam sapienter remittere interdum a-
ciem rebus agendis decenter intentaꝫ. ¶ Di.
Etiam hoc satis est. ¶ Ma. ¶ Presertim cum
isti versus sint inconditi necessitate quos ad
tempus fabricatus sum. verum tamen et in
his quatuor requiro iudiciuꝫ sensus sui. ¶ Di.

Quid aliud ⁊ hic possum dicere q̃ pulchre illos cõgruenterq; nouisse. ¶ Ma. ¶ Sentis ne etiã duos superiores: altero ionico constare qui dicitur a minore. duos autem posteriores diiãbum habere permixtum. ¶ Di. ¶ Et hoc te ꝓnunciando insinuante persensi. ¶ Ma. ¶ Quid illud: nonne mouet ꝙ in illis terentianis versibus ionico eo qui a maiore dicitur dichorius In his autem nostris alteri ionico qui a maiore nominatur diiambus mixtus est? An nihil interesse arbitraris? ¶ Di. ¶ Immo interest et videor mihi rationem ipsam videre. Nam quoniam ionicus a maiore: a duabus incipit longis cum sibi potius copulandum poscit: vbi longa prima est iam dicorius. Diiambus vero ꝙ incipit a breui congruentius alteri miscetur ionico a duabus breuibus incipienti. Mag. ¶ Bene intelligis: quia hoc quoq; tenendum est istam etiam congruentiam excepta qualitate temporum in pedibus miscendis: aliquantum valere oportere. Non enim plurimum: sed tamen non nihil valet. Nam pro omni pede sex temporum: omnem pedem sex temporum poni posse: ita sensu interrogato iudices: licet primum molosi exemplum sit nobis: virtutes ionici a minore moderatis coriambi percipies: ionici a maiore concedere diiambus benignitas dichorij: ciuitasq; antipasti volent iustam. ¶ Di. ¶ Habeo ista. ¶ Ma. Contexe igitur omnia atq; pronuncia vel me potius pronunciante accipe quod ad iudicandum liberior sensus vacet. Nam ⁊ continuati numeri equalitatem sine vlla offensione aurium tibi insinuem virtutes moderatas percipies: concedere benignitas ciuitasq; volent iustam. Num si forte aliquid in hoc pedum cursu aures tuas equalitate ac suauitate fraudauit ¶ Di. ¶ Nullo modo. ¶ Ma. ¶ Delectauit ne aliquid? quanq̃ ⁊ hoc quidem consequens est in hoc genere vt delectet omne quod non offendit. ¶ Di. ¶ Non possum aliter me dicere affectum q̃ videtur tibi. ¶ Ma. ¶ Probas ergo omnes istos pedes sonorum temporum recte sibi posse copulari atq; misceri. ¶ Di. ¶ Probo. ¶ Magi. ¶ Nihil ne formidas ne quis arbitretur tanta equalitate istos pedes: hoc ordine collocatos sonare potuisse. si autem ordinem permutes non idem posse. ¶ Nam nihil quidem affert: sed experiri non est difficile. Istos ergo facito cum vacabit: non aliter inuenies q̃ sensum tuum vt multiformi varietate ⁊ vna equalitate mulceri. ¶ Disci. ¶ Faciam: quanq̃ hoc exemplo nemo est qui non prouideat necessario id euenturum. ¶ Ma. ¶ Recte existimas: sed quod ad propositum pertinet ad moto plausu: istam percurram: vti hos quoq; diiudicare possis: vtrum aliquid an nihil claudicet: atq; vt simul aliquid experiaris de commutatione illius ordinis: quam nihil claudicationis illaturam esse prediximus. Jam nunc ipsum ordinem nota ⁊ vt libitum est eosdem pedes collocatos aliter atq; a me collocati sũt personandos mihi plaudendosq; permitte. Di. ¶ Primum volo esse ionicum a minore secundum ionicum a maiore: tertium coriambum: quartum diiambum: quintum antispastum: sextum dichorium: septimum molosum. Ma. ¶ Intende ergo ⁊ aurem in sonum: ⁊ in plausum oculos. Non enim audiri: sed videri opus est plaudentem manu: ⁊ animaduerti acriter quanta temporis mora in eleuatione quanta in depositione sit. ¶ Di. ¶ Totus istic sum quantum valeo. ¶ Ma. ¶ Accipe ergo collationem illam cum plausu tuam: moderatas: concedere percipias: benignitas: volet iustam: ciuitasq;: virtutes. ¶ Di. ¶ Sentio quidem nequaquam plausum istum claudicare: ⁊ tantũ leuare quantum ponere: sed vehementer admiror quomodo eo percuti potuerint illi pedes quorum diuisio simpli ⁊ dupli ratione cõstat: sicuti sunt ambo ionici ⁊ molosus. ¶ Ma. ¶ Quid hic fieri tamen arbitraris cum in his tria leuentur tempora: totidemq; ponantur. ¶ Di. ¶ Nihil aliud Ma. ¶ Hic prorsus video q̃ eam longam syllabam que in ionico a maiore: ⁊ in moloso secunda: in ionico autem a minore: tertia est plausu ipso diuidi: vt quoniam duo habet tempora: vnum superiori parti: alterum posteriori tribuat: atq; ita terna tẽpora leuatio positioq; socientur. ¶ Di. ¶ Nihil hic omnino aliud dici aut intelligi potest. Sed cur non etiam ille amphibrachus quem ab ista numerositate penitus eijciebamus: hac conditione misceatur spondeo dactylo ⁊ anapesto vel per se ipse numerorum aliquid in musica continuatus efficiat. Ma. ¶ Potest etiam simili ratione media quoq; pedis eius syllaba que longa est plausu diuidi: vt cum singula tempora singulis lateribus dederit: non iam vnum ⁊ tria: sed bina tẽpora leuatio positioq; sibi vendicẽt: nisi habes aliquid quod resistas. ¶ Di. ¶ Nihil sane habeo quod dicam: nisi hoc etiam esse admittendum. ¶ Ma. ¶ Aliquid ergo plaudamus quaternorum numerorum temporum pedibus ordinatum atq; contextum: quibus iste commixtus sit: ⁊ eodem modo sensu exploremus: vtrum nihil imparile offendat: ⁊ ideo attende in hoc numerum: propter iudicandi facilitatem cum plausu tertio repetitum: sumas optima facias honesta. ¶ Di. ¶ Jamiam obsecro

parce auribus meis. nam ⁊ plausu non admo-
to ipse per se horum pedum cursus in illo am-
phibracho vehementissime claudicat ¶ Ma.
Quid igitur putandum est esse: quippe vt in
hoc fieri non possit quod in moloso ⁊ in ionicis
potuit. An quoniam in illis equalia sunt me-
dio latera: In numero enim pari si sit medium
suis equale lateribus: primus senarius occur-
rit. ergo illi senorum temporum pedes: quo-
niam duo tempora in medio possident ⁊ bina
lateribus libenter quodammodo illud mediū
cecidit in latera: quibus amicissima equalita-
te coniungitur. ¶ Non autem idem fiet in am
phibracho: vbi sunt imparia medio latera: si-
quidem in illis singula in illo duo tēpora sunt
huc accedit ꝙ in ionico ⁊ moloso medio in la-
tera soluto terna fiunt tempora: in quibus rur-
suz: medio paria latera inueniuntur: quod idē
desit amphibracho. ¶ Di. ¶ Ita res est vt dicis
nec immerito amphibrachus in illa serie of-
fendit auditum: hic vero etiā delectat. ¶ Ma.
Age nunc tu per te ab ipso exordire pirrhichio
⁊ scd̄m supradictas rationes quos pedes qui-
bus misceri oporteat quantum potes breuiter
explica. ¶ Di. ¶ Nullus pirrhichio. Non enim
alius inuenitur totidem temporuz: iambo pos
set chorius: sed propterea inequalem plausum
vitandū ē: alter a simplo: a duplo alter incipit
ergo tribrachus vtrisqꝫ accommodari potest:
spondeum ⁊ dactylum: ⁊ anapestum ⁊ proce-
leumaticum: amicos inter se atqꝫ copulabiles
video. Non enim tm̄ temporibus sed plausu:
etiam sibi congruunt: enimuero exclusus am-
phibrachus nulla potuit ratione reduci cui pa
rilitas tēporum auxiliari quid diuisione plau-
suqꝫ discordante non potuit bacchio creticum
⁊ peanis primum secundum ⁊ quartum ¶ Pa-
limbachio autem eundem creticum ⁊ peanes
primum ⁊ tertium ⁊ quartum in temporibus:
⁊ plausu concordare manifestum est. Ergo cre
tico ⁊ peanibus primo ⁊ quarto quoniam a du
obus ⁊ a tribus temporibus eoruz incipere di
uisio potest. Ceteri omnes quinum temporuz
pedes possunt sine vlla claudicatione copula-
ri ¶ Jam illorum qui sex temporibus constant:
omnium inter se miram quandam esse concor
diam satis disputatum est: quandoquidem il-
li quoqꝫ ab alijs in plaudendo non dissonant:
quos aliter diuidi exegit conditio syllabarum
vim tamen habet cum medio: laterum equali
tas. Porro septenum temporum pedes cum
sint quatuor: qui epitrici nominantur: primum
⁊ secundum inuenio sibi posse copulari. Am-
borum enim diuisio incipit a tribus tempori-
bus. iccirco nec spatio temporis nec plausu dis
sident. Rursus libenter sibi iunguntur tertius
⁊ quartus: quia vtrunqꝫ in diuidendo incipit
a quatuor temporibus. quare ⁊ metiuntur et
plauduntur equaliter. Restat octo temporum
pes qui dispondeus vocatur: cui sicut pirrhi-
chio par nullus est. Habes a me quod poposci-
sti ⁊ facē potui. Perge ad reliqua. ¶ Ma. ¶ Fa-
ciam: sed post tam longum sermonem respire-
mus aliquantum: ⁊ illorum rursum memineri
mus quos mihi extemporales paulo ante ip̄a
latitudo suggessit. Volo tandem tibi parcas.
Labor est in charticis: ⁊ apertum ire per auras
animum permittas. Placet hoc: Nam sapiē
ter remittere interdum aciem rebus agendis
decenter intentam. ¶ Di. ¶ Placet sane ac li-
benter obtempero.

¶ Explicit liber secundus

¶ Incipit liber beati Augustini episcopi ter-
tius.

TErtius hic sermo
postulat vt quoniam de pe-
dum amicitia quadam con-
cordiaqꝫ satis dictum est: vi-
deamus quid ex his contextꝫ
continuatisqꝫ gignatur. quare
primum ex te quero: vtrum
possint copulati sibi pedes quos copulari opor
tet: perpetuum quendam numeruz creare vbi
nullus fons certus appareat: velut cum sym-
phoniacis cabella ⁊ cymbala pedibus ferian-
tur certis quidem numeris: ⁊ his qui sibi cum
aurium voluptate iunguntur: sed tenore per-
petuo: ita vt si tibias non audias: nullo modo
ibi notare possis quousqꝫ percurrat connexio
pedum: ⁊ vnde rursus ad caput redeatur: ve-
lut si tu velis centum vel amplius quousqꝫ li-
bitum est pirrhichios vel alios qui inter se a-
mici sunt pedes continua connexione decur-
re. ¶ Di. ¶ Jam intelligo ⁊ fieri posse concedo
quandam pedum connexionem: in qua certū
est vsqꝫ ad quot pedes progrediendum sit atqꝫ
inde redeundum. ¶ Ma. ¶ Num huius gen⁹
esse dubitas: ⁊ hoc ab illo superiore distare con
cedis: cum certam faciendorum versuum dis
ciplinam esse non neges: ⁊ qui versus te semꝑ
cū voluptate audisse cōfessus sis. ¶ Di. ¶ Ma
nifestum est hoc esse ⁊ ab illo superiore genere
distare. ¶ Ma. ¶ Ergo quoniā oportet distingui
etiā vocabulis ea q̄ se distincta sunt: scias supe
rius genus copulationis Rithmum a grecis.
Hoc autem alterum metruz vocari: latine au
tem dici possunt illud numerus: hoc mēsio vel

menſura:ſed quoniam hec apud nos nomina late patent:⁊ cauendum eſt ne ambigue loquamur:commodius vtimur grecis. vides tamen vt opinor ꝙ recte vtrumqꝫ nomen his rebus ſit impoſitum. Nam quoniam illud pedibus certis prouoluitur: peccaturqꝫ in eo: ſi pedes diſſolui miſceantur. recte appellatus eſt Rithmus ideſt numerus. Sed quia iſta prouolutio non habet modum:⁊ nec ſtatutum eſt in quoto pede finis aliquis emineat: propter nullam menſuram continuationis non debuit metrum vocari. Hoc autem vtrumqꝫ habet. Nam et certis pedibus curritur ⁊ certo terminatur modo. Itaqꝫ non ſolum metrum propter inſignem finem: ſed etiam rithmus eſt: propter pedum rationabilem connexionem:quocirca omne metrum Rithmus. Non omnis rithmus etiam metrum. ¶ Rithmi enim nomen in muſica vſqꝫ adeo late patet: vt hec tota pars eiꝰ que ad diu ⁊ non diu pertinet rithmus nominata ſit. Sed de nomine cum res appareat non eſſe ſatagendum et doctis et ſapientibus placuit. An aliquid contradicendum aut dubitanduꝫ putas de his que a me dicta ſunt? ¶ Di. ¶ Immo prorſus aſſentio. ¶ Ma. ¶ Nunc ergo mecum illud conſidera: vtrum ſicut omnis verſus metrum eſt ita omne metrum etiam verſus ſit. ¶ Di. ¶ Conſidero quidem:ſed quid reſpondeam non inuenio. ¶ Ma. ¶ Unde id tibi cenſes accidiſſe? An quia de vocabulis queſtio eſt? Non enim vt de rebus ad diſciplinaꝫ pertinentibus ita de nominibus poſſumus reſpondere interrogati: propterea quia res omnium mentibus communiter ſunt inſita. Nomina vero vt vbiqꝫ placet imponit. quorum vis auctoritate atqꝫ conſuetudine maxime nititur vnde etiam eſſe linguarum diuerſitas poteſt. Rerum autem in ipſa veritate conſtitutarum profecto nō poteſt. ¶ A me igitur accipe quod ipſe per ſe nullo pacto reſpondere poſſis. Naꝫ non verſum ſolum metrum veteres vocauere. Itaqꝫ quod ad te attinet vide atqꝫ reſponde. Non enim iam de nominibus agitur: vtrū per duo aliquid diſtent: ꝙ quidam numerus pedum ita certo fine clauditur vt nihil ad rem pertineat: vbi fiat quidam articulus anteqꝫ veniatur ad finem. Aliud autem non ſolum certo quodaꝫ fine clauditur: ſed etiā certo quodā loco quedā eius particio eminet vt quaſi membris ſicut cōficiat duobus. ¶ Di. ¶ Non intelligo. ¶ Ma. ¶ Attende ergo in hec exempla.

Cuncte igitur camenee
Fonticule puelle
Que canitis ſub antris
Melliſluos ſonores
Que lauitis capillum
Purpureum ipſo crine
Fonte ibi fuſſus olim
Spumea lanit almus
Ora inbis aquoſis
Pegaſus in nitentem
Peruoluturus ethre

¶ Attende ergo in hec exempla. cernis profecto quinqꝫ ſuperiores verſiculos eodem loco partem orationis habere terminatam .i. in Coriambo pede quo i ſubiungitur Bacchius vt verſiculus pendeat. Namqꝫ hi .xj. Coriambo ⁊ Bacchio pedibus conſtant. Ceteros vero excepto vno ſcilicꝫ Ora iubis aquoſis. non eodem loco habere terminatam partem orationis ¶ Di. ¶ Cerno iſtoc quidem:ſed quo pertineat non video ¶ Ma. ¶ Et ſcilicꝫ vt intelligas hoc metrum:non quia legittimum locum habere: vbi ante finem verſus firmatur pars orationis ¶ Nam ſi ita eſſet omnes eodem loco hunc haberent articulum. Aut certe rariſſime in his inueniretur qui non haberet. Nunc vero cum ſint .xj. ſex ita ſunt:quinqꝫ non ita. Di. ¶ Et hoc accepi:⁊ adhuc quo ratio tendat expecto ¶ Ma. ¶ Attende ergo etiam in iſta ꝑuulgatiſſima. Arma virumqꝫ cano troie qui primus ab oris:⁊ ne longum faciamus quia carmen notiſſimum eſt: ab hoc verſu vſqꝫ ad quē vis explora:ſingulos inuenies finitam parteꝫ orationis in quinto ſemipede .i. in duobus pedibus ⁊ ſemiſſe. Nā hi verſus conſtant pedibꝰ quaternorum temporuꝫ:quia iſte finis de quo agitur partis orationis quaſi legittimus in decimo tempore eſt. ¶ Di. ¶ Manifeſtum eſt. Ma. ¶ Iam ergo intelligitis inter illa duo genera que ante iſta exempla propoſueram non nihil diſtare. ꝙ aliud ſcilicꝫ metrum anteqꝫ claudatur non habet certum ⁊ ſtatutuꝫ aliquē articulum ſicut in illis vndecim verſiculis explorauimꝰ. Aliud vō habet ſic̄ in heroico metro quintus ſemipes ſatis indicat. ¶ Di. ¶ Iaꝫ liquet quod dicit. ¶ Ma. ¶ Atqꝫ ſcias oportet a veteribus doctis in quibus magna eſt auctoritas:ſuperius illud genus non eſſe verſuꝫ appellatum:ſed hunc diffinitum eſſe ⁊ vocatuꝫ verſum q̄ſi duobus quaſi membris conſtaret certa menſura ⁊ ratione coniunctis. Sꝫ tu nō multum labores de nomine quod niſi a me vel a quolibet alio tibi indicaretur nullo modo de hoc interrogatus reſpondere poſſis: ſed quod ratio docet:in id precipue ⁊ maxime animum attende velut hoc ipſum quod nunc agimus. Ratio enim docet inter hec duo genera diſtare aliquid quibuſlibet vocabulis nuncupētur. Itaqꝫ hoc bene interrogatus poſſis di-

cerē ipsa veritate confisus. Illud aūt nisi aucto
ritatē secutus nō possis. ¶ Di. ¶ Aptissime iaz
ista cognoui: ꝛ quāti pendas hoc de quo etiaz
crebro admones: iā existimo. ¶ Ma. ¶ Hec ꝗ
tria noīa q̄bus differendi causa: necessario vsi
sumus memorie mādes veliz: Rithmū: Me
trum: versuz q̄ sic distinguūtur: vt omne me-
trum etiā rithimus sit: nō oīs rithmus etiam
metrū. Item oīs versus ēt metrū sit: nō omne
metruz ꝛ versus ꝗ omnis versus est rithmus ꝛ
metrū. ¶ Nam vt hoc arbitror: esse cōsequens
vides. ¶ Di. ¶ Uideo sane. Naz ꝛ luce clarius
est. ¶ Ma. ¶ Prius igit̄ si placet de rithmo in quo
multū metrū ē: deiñ de metro vbi versus nō ē.
Postremo de ipso versu quātum possumus
differam? ¶ Di. ¶ Placet vo. ¶ Ma. ¶ Sūme ꝗ
tibi ab ip̄o capite: pedes pyrrichios ꝛ rithmū
cōtexe: etiā si id possum facere: qui modus erit
satis est vt eū tendas. exempli. n. gratia id faci
mus vsq̄ ad. x. pedes: Nam vsq̄ ad hunc pe-
dū numerū nō ꝓgreditur versus: qd̄ suo loco
diligent̄ tractabit̄. ¶ Di. ¶ Bene q̄dez. ¶ Ma.
Tu nō multos pedes mihi ꝓposuisti copulan
dos: sed videris mihi nō recordari iam te sa-
tis decreuisse q̄d inter grāmaticū ꝛ musicuz in-
tersit. ¶ Di. ¶ Cum ergo tibi r̄ndisse syllabaꝝ
longaꝝ ꝛ breuiū cognitionē me nō habere q̄ a
grāmaticis tradit̄ nisi forte si ꝑmittis: vt non
verbis sed aliquo plausu rithmū istū exhibeā.
Nam iudiciū auriū ad temporū momēta mo
deranda me posse habere nō nego: q̄ue sylla-
ba ꝓducenda vel corripienda sit: qd̄ in aucto
ritate sitū est oīo nescio. ¶ Ma. ¶ Fateor nos ita
vt dicis grāmaticū a musico discreuisse: ꝛ in h̄
te genere inscitiam tuā esse cōfessum. Quare a
me accipe hoc exēpli genus. Ago celeriter agi
le qd̄ ago tibi qd̄ aīa velit. ¶ Di. ¶ Habeo istoc
¶ Ma. ¶ Hoc ergo quotiēs libet repetendo effi
cies rithmi hui⁹ longitudinē quātū voles: q̄ꝫ q̄ꝫ
hi. x. pedes ad exemplū sufficiant: sed illud que
ro: si tibi quispiā dicat: non pyrrichijs: sed pro
celeumaticis pedib⁹ hunc rithmū cōstare: q̄d
r̄ndebis? ¶ Di. ¶ Prorsus ignoro. Naz ibi decē
pyrrichij sunt: quinq̄ ꝓceleumaticos metior
ꝛ eo maior dubitatio est ꝙ de rithmo consule-
mur: quo. s. perpetuo fluit. Undecim. n. pyrri-
chij vel tredeciz quolibet īpari numero nō pos
sunt habere integrū ꝓceleumaticoꝝ numeruz.
Si ergo esset certus finis in hoc de quo agitur
rithmo: ibi saltez dicere possimus pyrrichio
potius q̄ꝫ proceleumatico eū currere vbi oēs
integri ꝓceleumatici nō inuenirent̄. Nunc vo
ꝛ ip̄m infiniti a nobis ꝯturbat a nobis iudiciū
ꝛ si q̄n numerati q̄dem pedes: sed pari numero
nobis proponuntur: sicuti sunt decem ad. xv.

¶ Ma. ¶ Et de ipso impari numero pyrrichio-
rū qd̄ tibi visum est: liquido visum est. ꝙ eniz
si. xj. ꝓpositis pedib⁹ pyrrichijs dicat̄ rithmus
quinq̄ habere ꝓceleumaticos: ꝛ semipedē nū
resisti pōt: cū multos inueniamus versus claudi
semipede? ¶ Di. ¶ Jaz dixi me nescire quid de
hac re dici possit. ¶ Ma. ¶ Num etiā illud ne-
scis ꝓceleumatico priorē esse pyrrichiū? Siq
dem duob⁹ pyrrichijs ꝓceleumaticus consit:
sicut prius est vnuz q̄ꝫ duo: ꝛ duo q̄ꝫ q̄tuor. Ita
ꝓceleumatico prior est pyrrichius. ¶ Di. ¶ Ue
rissimū est. ¶ Ma. ¶ Cuz ergo in hāc ambigui-
tatem incidimus: vt possit in rithmo ꝛ pyrri-
chius metiri ꝛ ꝓceleumaticus: cui principatū
daturi sumus priori: ex quo iste cōstat: an poste
riori ex quo ille nō constat? ¶ Di. ¶ Nemo du-
bitabit primo esse dandū. ¶ Ma. ¶ Quid ergo
dubitas de hac re cōsultus respondere: pyrri
chium potius q̄ꝫ ꝓceleumaticū istū rithimum
esse nūcupandū? ¶ Di. ¶ Jam oīo non dubito.
Pudet tñ manifestā ratiōnē: nō me cito ani-
maduertisse. ¶ Ma. ¶ Uides ne illud etiā ista
ratione cogi: vt q̄dam pedes sint qui rithmū
cōtinuare nō possunt. Nam qd̄ in ꝓceleumati-
co inuentū est cur tulit pyrrichius principatū
hoc ꝛ diābo: ꝛ di dicorio ꝛ de dispondeo innē
tum puto: nisi tibi aliud videtur. ¶ Di. ¶ Quid
mihi aliud videri potest. cū ꝓbata illa ratione
hoc qd̄ sequit̄ improbare nō possum. ¶ Ma. ¶
Uide etiā ista ꝛ ꝯpera: ac iudica. Nā videt̄ cū
tale incertum euenit: plausu potius debere di
scerni quo pede curratur: vt si pyrrichio velit
currere: vnū tibi tempus leuandū: vnū ponē-
dum sit: si ꝓceleumatico duo ꝛ duo: ita ꝛ pes
apparebit: ꝛ nullus pedum erit a rithmi cōti-
nuatiōe seclusus. ¶ Di. ¶ Huic magis faueo sen
tentie: q̄ nullū pedum ab hac contextione esse
immunē sinit. ¶ Ma. ¶ Recte facit: ꝛ quo ma
gis hoc approbes: cōsidera de tribracho pede
qd̄ r̄ndere possumus: si nihilominus quisq̄ cō
tendat. ¶ Di. ¶ Non pyrrichio aut ꝓceleuma-
tico istū rithmū: sed tribracho currere video iu
dicium ad plausum illū esse reuocandum: vt si
vnū tempus est in leuatiōe: duo in positione
idest vna ꝛ due syllabe: aut cōtra due in leuati
one: vna in positione tribrachus rithmus esse
dicatur. ¶ Ma. ¶ Recte intelligis: quāobrem
dic mihi: vtruz spondeus pes pyrrichio rith-
mo possit adiungi? ¶ Di. ¶ Nullo modo. Non
enim continuabitur plausus equalis cum leua
tio ꝛ positio in pyrrichio singula: in spōdeo vo
bina tempora teneant. ¶ Ma. ¶ Potest ergo
proceleumatico adiungi? ¶ Di. ¶ Potest.
¶ Ma. ¶ Quid ꝛ cum ꝛ adiungitur interrogāti
vtruz rithmus proceleumticus an spondeus

sit quid respondebimus? ¶ Di. ¶ Quid censes
nisi spondeo datum esse principatū? Cum eniz
plausu ista cōtrouersia nō diiudicet in vtroqz.
Nam in vtroqz bina leuamus ac ponimus tē-
pora. Quid aliud restat: nisi vt ille regnet qui
ipso pedū ordine prior est? ¶ Ma. ¶ Rationē te
secutū esse satis approbo: ꝛ vides vt arbitror
quid sequat. ¶ Di. ¶ Quid tādē? ¶ Ma. ¶ Quid
putas nisi tam ꝓceleumatico q̃ꝫ pyrrichio rith
mo: nullū alium pedē posse misceri qm̃ quisqꝫ
miscebitur: totidez tempoꝝ. Non. n. aliter pōt
misceri in eum rithmi nomē trāsferat necesse
est. Omnes eni priores in illo sunt qui totidez
temporibꝰ cōstant: ꝛ qm̃ his qui priores inuēti
fuerint: cogit nos ratio quā vidisti principatuz
dare. i. ex eo rithmū nūcupare. Non erit iam ꝓ
celeumaticus rithmus alio quatuor temporuz
mixto: sed spondaicus aut dactylicus aut ana-
pesticus. Amphibrachū. n. ab istorū copulatiōe
numeroꝝ recte remotū esse cōuenit. ¶ Di. ¶ Fa
teor ita esse. ¶ Ma. ¶ Nunc ergo ex ordine con
sidera iambicū rithmū: qm̃ ꝓceleumaticū qui
duplicato pyrrichio gignitur: satis discussimus
Quare dicas velī huic quē censes admiscēduz
pedem: vt iambicus rithmus suum nomē ob
tineat quem nisi tribrachū: qui ꝛ temporibus ꝛ
plausu ꝯgruit. Et qꝛ posterior est regno pellere
nō potest. Nam chorius est qdem posterior: ꝛ
totidem tempoꝝ: sed nō eodem modo plaudit
Age iam vide rithmū trochaicū: ꝛ ad eadē de
hoc quoqꝫ responde. ¶ Di. ¶ Idē respondeo. Nā
potest ꝛ huic nō solum spatio tēporis: sꝫ plausu
etiā concinere tribrachus. ¶ Ma. ¶ Cauēdū aūt
iābū quis nō videat: q ꝛ si equalit plaudet: prin-
cipatum tamē mixtus aufert. Quid spondaico
rithmo quē tandē copulabimus pedez? ¶ Di
Sane in hoc largissima copia est. Nā ꝛ dacty-
lum ꝛ anapestum ꝛ ꝓceleumaticū nulla impa-
rilitate tēpoꝝ: nulla claudicatione plausus. nul
la principatus adēptione impediente huic vi-
deo misceri. Video etiā facile posse cetera ordi
ne ꝓsequi. ¶ Ma. ¶ Quocirca remota interro-
gatione mea vel potius tanq̃ꝫ de omnibꝰ inter
rogāti responde breuiter: dilucideqꝫ quantum
potes: quomodo singuli qui restant pedes: alijs
legitime imixtis obtineāt suū nomē in rithmo
¶ Di. ¶ Faciam neqꝫ vllius negotij est rationum
luce premissa. Naz tribracho nullus miscebit.
Omnes. n. priores sunt qui ei sunt temporibꝰ
pares: dactylo anapestus potest. Nam ꝛ est po
sterior ꝛ tēpore ac plausu currit eq̃liter. vtrisqꝫ
autē ꝓceleumaticus eadē. s. ratione copuletur
Iam bacchio creticus ꝛ de peanibꝰ primꝰ: secū
dus: ꝛ quartus possit ipsi cretico oēs qui post il
lum sunt quinqꝫ tempoꝝ pedes iure miscentur

sed non omnes eadem diuisione. Alij namq̃ꝫ
ad duo ꝛ tria: alij ad tria ꝛ duo tempora di-
uiduntur. Iste aūt creticus vtroqꝫ modo diui-
di potest: quia media breuis cuilibet parti tri-
buitur. Palimbachius autē: quia eiꝰ diuisio a
duobus temporibꝰ incipiens in tria desinit: cō-
gruos ꝛ copulabiles habet peanes oēs ꝓter
secunduz. Molosus de trisyllabis restat a quo
primo incipiunt senoꝝ tempoꝝ pedes: qui om
nes eidem coniungi possunt: ꝑtim ꝓpter simpli
dupliqꝫ rationē partim ꝓpter illam quā nobis
plausus ostendit ꝑticionem longe syllabe: que
singula tempora: ꝑtim vtriqꝫ ꝯcedit: quia in se
nario numero par lateribus mediū erit. ob quā
causam ꝛ molosus: ꝛ ambo ionici nō solum in
simplum ꝛ duplum: sed etiam in equas partes
ꝓpter terna tempora feriunt. Hinc efficitur vt
deinceps omnibꝰ sex tempoꝝ pedibus: omnes
totidez tempoꝝ posteriores copulari queant:
solusqꝫ antipastus: qui nullū sibi velit misceri
remaneat. Hos consequūtur quatuor epitrici:
quorū primus admittit secundū: secundus nul
lum. Tertius q̃rtū. Quartus nullum. Restat
dispondeus rithmos: solus etiā ipse fiat. cur vnꝰ
quia nec posteriorē quemq̃ꝫ inuenit. nec eq̃lem
habere. Itaqꝫ omniū pedes nonē sunt: q nullū
alium mixturā rithmū faciunt pyrrichius tri-
brachus ꝓceleumaticus: pean secundus: pean
quartꝰ: antipastus: epitritus secūdus: ꝛ quartꝰ:
ꝛ dispondeꝰ: reliq eos q se posteriores copulari
sibi patiunt ita vt rithmi nomē obtineāt: etiā
si pauciores in ea serie numerētur. hoc ē vt opi
nor: satis a me qđ voluisti explicatū atqꝫ dige-
stum. Tuuz est iam videre qđ restat. Ma.
Immo mecū etiā tuū. Ambo. n. querimus: sed
quid tandē restare arbitraris qđ ad rithimuz
attinet. Nonne illud ꝯsiderandū est: vtrū aliq̃
dimensio pedis: quāuis octo tempora nō exce
dat: que dispondeus obtinet: excedat tamē nu-
merū q̃tuor syllabarū. ¶ Di. ¶ Quere queso.
Ma. ¶ Immo tu quere non potius q̃ꝫ te ipsuz
rogas. An tibi non videtur sine vlla fraude vl
offensione aurium: siue qđ ad plausum: siue ad
diuisionem pedum: siue quod ad spatium tem
poris pertinet pro vna longa syllaba duas pos
se poni breues? ¶ Di. ¶ Quis hoc negauerit?
Hinc ergo etiam q pro iambo vel chorio tri-
brachū ponimus: ꝛ pro spondeo dactylum: vl
anapestum: vel proceleumaticū: cū vel pro secū
da eius: vel pro prima duas breues ponimus
vel quatuor pro vtraqꝫ. ¶ Ma. ¶ Assentior fac
igitur hoc idez in ionico quolibet vel alio quo-
piam quadrisyllabo sex temporum pede ꝛ pro
vna eius quacūqꝫ longa: duas breues cōstitue.
Num quicq̃ꝫ mensure deperit: aut plausu resi-

sit: ¶ Di. ¶ Nihil omnino. ¶ Ma. ¶ Considera
ergo quot syllabe fiunt. ¶ Di. ¶ Sex fieri video
¶ Ma. ¶ Uides certe posse quatuor syllabarum
numerum excedi? ¶ Di. ¶ Uideo sane. ¶ Ma.
Quid si pro duabus que tibi sunt longe: q̄tuor
breues posueris: nōne in vno pede sex syllabas
necesse ē metiri? ¶ Di. ¶ Ita est. ¶ Ma. ¶ Quid
si cuiuslibet epitrici: omnes lōgas soluas in bre
ues? Num etiā de septē syllabis dubitandum
est? ¶ Di. ¶ Nullo modo. ¶ Ma. ¶ Quid si ipse
dispondeus? Nonne octo efficit: cū pro omni-
bus longis binas breues locamus? ¶ Di. ¶ Ue
rissimum est. ¶ Ma. ¶ Que igitur ratio est qua
cogimur etiā vltimarum syllabarum metiri pedes
et pedē qui adhibetur ad numeros nō excedere
quatuor syllabas ante tractatis rationibus cō-
fitemur? Nonne tibi videntur inter se ista pu-
gnare? ¶ Di. ¶ Immo maxime: et quomodo istoc
pacari possit ignoro. ¶ Ma. ¶ Etiam hoc faci-
le est si te ipsum rursum interrogas. vtrum ra
tionabiliter inter nos paulo ante constiterat:
ideo pyrrichium et proceleumaticum plausu
debere diiudicari atque discerni: ne sit vllus pes
legitime diuisionis qui rithmum non faciat. i.
vt ex eo rithmus nominetur. ¶ Di. ¶ Hoc vero
memini: et non inuenio cur mihi placuisse pe-
niteat: sed quorsum ista? ¶ Ma. ¶ Quia scilicet
hi omnes pedes quaternarum syllabarum ex-
cepto amphibracho rithmum faciunt idest prin-
cipatum in rithmo tenent: eumque iussu et nomi
ne afficiunt. Illi vero qui plures q̄ quatuor syl
labas habent multi quidem pro his poni pos-
sunt: sed ipsi per se rithmum facere: ac rithmi
nomen obtinere non possunt: et ideo ne pedes q
dem istos appellandos putauerint. Quamobrē
repugnantia illa que nos monebat: iam opinor
composita est et sopita: quandoquidem licet et
plures syllabas q̄ q̄tuor pro aliquo pede ponere
et pedem tamē nō appellare nisi eū quo rithmus
efficiatur. Oportebat enim pedi constitui ali-
quem modum progressionis in syllabis. Is aūt
modus constitui potuit: qui de ipsa numerorum
ratiōe trāslatus: in quarternario cōstitit. Itaque
longarum syllabarum quatuor pes esse non po
tuit. Cum autem pro eo breues octo constitui-
mus quoniā tantum spatij habent in tempore
pro altero poni possunt: quia vero legitimam
progressionem idest quaternarium numerum
excedunt per se ipsi poni ac rithmum gignere
non sensu aurium: sed discipline lege prohibē
tur: nisi contradicere aliquid paras. ¶ Di. ¶ Pa
ro sane: et iam faciam progredi pedem. Nam
quid impediebat vsque ad octonarium nume-
rum syllabarum progredi pedem: cum eundem
numerum ad rithmum admitti posse videa-
mus. Neque enim me mouet quod pro aliquo di-
cis admitti. Immo hoc nunc magis admonet
querere. Uel potius queri quod non etiam suo no
mine admittitur qui pro alio potest. ¶ Ma.
Non mirum est: quod hic falleris: sed facilis expli
cātio veri est. Nam omittam tanta que pro q̄-
ternario numero iam ante disputata sunt: Cur
vsque ad illum fieri debeat progressio syllaba-
rum: fac me iam cessisse tibi et consensisse vsque
in octo syllabas pedis debere longitudinem
porrigi: non resistere poteris esse iam posse oc
to syllabarum pedem. Certe enim ad aliquem
numerum syllabarum cum peruenit pes: nō so
lus ad eum peruenit: qui breuibus: sed etiam
qui longis syllabis constat: quod vt adhibita
sit rursus ea lege que abrogari potest duas bre
ues pro vna longa poni licet: Ad sexdecim sylla-
bas ptendamus: vbi si rursus pedis incremē-
tum statuere volueris: in triginta duas breues
pficiscimur. Huc quoque ratio tua pedem te cō
pellit adducere. et rursus lex illa duplum nume
rum breuium pro longis locare atque ita nullus
constituitur modus. ¶ Di. ¶ Iam credo rationi
quatenusque ad quaternarium syllabarum nu-
merum promouemus pedem. Pro his autem
legitimis pedibus poni oportere pedes plurium
syllabarum: dum breues due vnius longe lo-
cum occupant non recuso. ¶ Ma. ¶ Facile est
ergo te etiā illud videre: atque concedere alios
pedes esse pro his: penes quos rithmi est pri-
cipatus: alios qui cum his collocantur. Nam
vbi pro longis singulis geminantur breues p
eo qui rithmum obtinet alios collocamus: ve
lut pro iambo et trocheo tribracum aut pro spō
deo dactylum: aut anapestum aut proceleuma
ticum. Ubi vero non idem fit: non pro eo: sed
cum eo ponitur quisquis miscetur inferior, vt
cum dactylo anapestus: cum ionico vero quo
libet diiambus vel dichorius: et similiter suo
iure cum ceteris. ¶ An parum tibi dilucidum
vel falsum videtur? ¶ Di. Iā intelligo. ¶ Ma.
Responde ergo vtrum illi qui pro alijs ponū
tur: possint etiam ipsi per se facere rithmum.
Di. ¶ Possunt. ¶ Ma. ¶ Omnes ne? ¶ Di.
Omnes. ¶ Ma. ¶ Ergo et quinque syllabarum
pes: potest suo nomine rithmum facere: quia
pro bacchio et cretico vel quolibet peane po-
ni potest. ¶ Di. ¶ Non potest quidem. sed iam
istum non vocari pedem: si progressiones illi-
us vltra quaternarium numerum transeat:
satis memini. ¶ Ego autem cum omnes posse
respondi: pes vtique posse respondi. ¶ Ma.
Laudo etiam in nomine retinendo diligenti-
am et vigilantiam tuā: sed scias multa etiā esse

visum etiam senarum syllabarum pedes nun
cupando: sed amplius qđ sciã memini placet
Et illi quib⁹ hoc placuit negauerũt ad rithmũ
aut ad metrũ per se gignendũ tã longos pedes
adhibẽ oportẽ. Itaqȝ ne noia qdẽ his ĩdiderũt
quocirca verissimus est ille ꝑgressiõis modus
qui vsqȝ ad q̃tuor syllabas ꝑuenit qñquidem
omnes pedes quib⁹ diuisis duo fieri nõ possunt
coniũctos pedem facere potuerunt: ⁊ ita in sex
tam syllabam vsqȝ progressi sunt: nomẽ tantũ
pedis in eos qui quartã excesserunt transferre
ausi sunt. Ad pricipatũ vo q̃ ẽ in rithmis ⁊ me-
tris nullo mõ eos aspirare sciuerunt: sȝ cũ pro
longis breues duplicant etiã ad septimaȝ atqȝ
octauam vt iam oñdit ratio syllabã ꝑuenitur.
Ad quẽ nũerũ nemo tetendit pedẽ. Sed qm̃
video ꝯstare inter nos quẽlibet pluriũ q̃ȝ qua-
tuor syllabarũ: cũ ꝓ longa duas breues poni-
mus nõ cũ his legitimis pedibus: sed pro his
posse poni: neqȝ pro se ipsos rithmũ creare. nec
in infinitũ eat: quod ratione finiendũ est. Satis
iam inter nos de rithmo existimo disputatũ.
Transeamus ad metra si placet ¶ Di. ¶ Pla-
cet vo ¶ Ma. ¶ Dic igit: Metrũ ne arbitraris
pedib⁹ fieri: an pes metro? ¶ Di. ¶ Nõ itelligo
Ma. ¶ Pedes ne coniuncti metrum creant:
an metris coniunctis pedes creantur? ¶ Di.
Scio iam quid dicas: ⁊ cõiunctis pedib⁹ me-
trum fieri puto. ¶ Ma. ¶ Cur tandẽ id putas
Di. ¶ Quia inter rithmũ ⁊ metrũ hoc interesse
dixisti: ꝙ in rithmo contexio ꝑedum nullũ cer-
tum habet finẽ. In metro vero habet. Ita ista
contexio ⁊ rithmi ⁊ metri esse intelligitur: sed
ibi infinita: hic autẽ finita cõstat. ¶ Ma. ¶ Er-
go vnus pes metrũ nõ est? ¶ Di. ¶ Non vtiqȝ.
Ma. ¶ Quid vtiqȝ vnus ⁊ semipes. ¶ Di.
Ne hoc quidem ¶ Ma. ¶ Quare? An qr me-
trum pedibus constat: nec vtiqȝ possunt dici pe
des vbi nusq̃ȝ duo sunt. ¶ Di. ¶ Ita est. ¶ Ma.
Inspiciamus igit metra q̃ a me paulo ante cõ
memorata sunt: ⁊ videamus qb⁹ pedib⁹ ꝯstẽt.
Non. n. in hoc genere animaduertẽdo rudem
esse adhuc decet: ea sunt autem. Ite igitur ca-
mene fonticule puelle q̃ canitis sub antris. mel
lifluos sonores: satis hoc esse ad id qđ inten-
dimus puto. Tu iam metire ista: ⁊ quos habe
ant pedes renũcia. ¶ Di. ¶ Omnino nõ possũ
eos enim metiendos puto qui sibi lgitime co
pulari queunt: nec valeo me hic expedire. ¶ Si
enim primũ choriũ fecero: sequitur iambus q
temporibus par est: sed nõ similiter plauditur
si dactylũ nõ sequitur: alius qui ei saltem tem-
poribus coequetur: si dichorium eadem diffi-
cultas est. Quod enim restat: nec temporibus
cum eo nec plausu conuenit. ¶ Quare aut hoc

metrum non est: aut falsum est: quod inter nos
de pedum copulatione disertum est. Nam qd
aliud dicam non inuenio. ¶ Ma. ¶ Metrum
quidẽ esse ⁊ in eo ꝙ plus est q̃ȝ pes est: certũqȝ
finem habet: ⁊ ipsarum aurium iudicio conui-
cimur. Non enim tam suaui sonaret equalita
te: aut motu tam concino clauderetur: si nõ in
esset illa numerositas que profecto esse nisi in
hac parte musice non potest. ¶ Falsa vero esse q̃
inter nos cõstiterunt: miror ꝙ existimes. Non
eniȝ aut numeris quicq̃ȝ est certius: aut illa pe
dum cõmemoratione ⁊ collatione ordinatius
Nam ex ipsa numerorum ordinatiõe que nul-
lo modo fallit expressum est quicquid in eis sit
ad mulcendas aures ⁊ ad obtinendum in rith
mo principatum valere perspeximus: sȝ vide
potius cum sepe repeto que canitis sub antris
demulceoqȝ ista numerositate sensum tuum
Quid distat inter hoc ⁊ si adderem ad finẽ hu
ius breuem aliquam syllabam: ⁊ item istoc eo
dem modo repeterem q̃ canitis sub antris ue.
Di. ¶ Utrumqȝ mihi iocũde illabitur aurib⁹:
hoc tamẽ posterius quo i syllabã addidisti bre
uem plus tenere spatij ac temporis: si quidem
longius factuȝ est: cogor fateri. ¶ Ma. ¶ Quid
cum illud superius que canitis sub antris ita re
peto vt post finem nihil sileam: eadem ne ad te
iocunditas peruenit? ¶ Di. ¶ Immo nescio qd
claudũ me offendit: nisi forte illã vltimã plus
q̃ȝ ceteras lõgas ꝑduxeris. ¶ Ma. ¶ Ego siue
id ipm̃ ãpli⁹ qđ ꝑducitur siue qđ silet censeoqȝ
in tẽpore habere aliqd spatij q̃liter põt? ¶ Di.
Recte censeo. ¶ Ma. ¶ Sed dic mihi etiam
quantum spatium putas esse? ¶ Di. ¶ Metiri
hoc omnino difficile est. ¶ Ma. ¶ Uerum dicis
Sed nonne tibi videtur breuis syllaba id me-
tiri quam cum addimus neqȝ longe vltime vl
tra solitam productionem: neqȝ vllum silentiũ
in eius metiri repetitione sensum desiderauit.
Di. ¶ Omnino assentior. Nam recte illud su-
perius pronunciante te: atqȝ repetẽte hoc poste
rius ego apud me ipse repetebam pariter te-
cum ita sensi idem spacium temporis ambob⁹
occurrere cum silentio tuo breuissime conueni
ret. ¶ Ma. ¶ Teneas igitur oportet hec silen-
tiorum spacia certa in metris esse: quia cum
numeris aliquid deesset pedi legitimo: conside
rare te oportebat: vtrum dimenso atqȝ annu
merato silentio compensetur ¶ Di. Teneo iã
iuste persequere cetera. ¶ Ma. Uideo iã nos
querere debere ipsius silentij modum: iamqȝ
in hoc metro vbi post coriambum bacchium
conferimus quia vnuȝ tempus deest: vt si sex
temporum eẽt sicut coriambus: facillime ad au
res senserunt: ⁊ in repetitione tanti spatij silen

tium in tempore coegerunt: quantum syllaba
occuparet breuis: ⁊ si post coriambum locetur
pondeus duo nobis tempora cum silentio p-
agenda sunt ad caput redeuntibus veluti hoc
est: que canitis fontem: Nam te sentire iam cre
do silentium esse: ut cū redimus ad caput plau-
sus non claudicet: Sed vt experiri queas quan
ti silentij hui⁹ mensura sit: adde vnam sillabam
longam vt fiat: que canitis fontem vos: atqꝫ h̄
cum plausu repete. videbis tamen occupari tē
poris plausum: quantū in superiore occupabat
cum ibi due longe post Coriambum: hic tres
sint locate. vnde apparet duum ibi temporum
interponi silentium. At si post coriambum iam
bi locentur sicut: hoc est: que canitis locos: tria
tempora silere cogimur: quod vt exploretur ad
duntur siue per alterum iambum: siue per cho
rium: siue per tribrachum vt sit aut: que canitis
locos mōte: aut que canitꝭ locos nemore. His
eniꝫ additis cū sine silentio iocunda ⁊ equalis
repetitio mouet ⁊ plausu adhibito tantuꝫ spatij
hec tria singula tenere que iungūtur: quantum
illud in quo syllebamus: manifestum sit trium
temporum ibi esse silentium. Potest post cori
ambū vna syllaba longa constitui: vt quatuor
tempora sileantur. Nam etiam sic coriambus
diuidi potest: vt simplo ⁊ duplo leuatio sibi po
sitioqꝫ conueniant. Huius metri exemplum est
que canitis res: cui si addas vel duas longas
vel longam ⁊ duas breues: ⁊ breuem ⁊ longaꝫ
⁊ breuem: vel duas breues ⁊ longaꝫ: vel qua
tuor breues: implebis septem temporum pe-
dem: vt nullo desiderato silentio repetatur.
Talia sunt que canitis res magnas: que canitꝭ
res in bona: que canitis res bonumue: que ca-
nitis res teneras? que canitis res: ⁊ alia. Di.
Modo bene. ¶ Ma. ¶ Quibus cognitis atqꝫ
concessis credo tibi iam satis apparere: nec mi
nus vno tempore sileri posse: ne plus quatuor
temporibus sileri oportere. Nam ⁊ ipsa est il-
la de qua multa dicta sūt moderata progressio
⁊ in omnibus pedib⁹ nulla leuatio aut positio
amplius q̄ꝫ quatuor occupat tempora. Itaqꝫ cū
aliquid canitur siue pronunciatur quod habeat
certum finem: ⁊ plus habeat q̄ꝫ vnum pedem
⁊ naturali motu atqꝫ consideratione numeroꝝ
sensum quadaꝫ equalitate demulceat: iam me
trum est. Quamq̄ꝫ enim minus habeat q̄ꝫ du-
os pedes: tamen quia excedit vnuꝫ ⁊ silere co-
git non sine mensura: sed quantum implēdis
temporibus satis est que alteri debentur pedi
pro duobus pedibus auditis accipitur: quorū
duorum pedum occupat tempora donec ad ca
put redeat: dū ānumeratur sono: etiā certū atqꝫ
dimensum intellectuali silentiuꝫ. Sed iam mi
hi dicas veliꝫ vtrum his que dicta sunt cogni-
tis assentiaris? ¶ Di. ¶ Cognoui ⁊ assentior.
Ma. ¶ Mihi ne credēs an p te vera esse pspi-
ciēs? ¶ Di. ¶ Per me ipse sane: q̄ꝫuis dicente
te vera hec esse cognosco. ¶ Ma. ¶ Age ergo
nunc: quoniam inuenimus vnde metrum inci
piat. inueniamus etiaꝫ quousqꝫ procedat. Nā
metrum incipit a duobus pedibus: siue ipso so
no plenis: siue ad implendum quod deest ānu
merato silentio: quare oportet te iaꝫ respicere
ad illam quaternariam progressioneꝫ: mihiqꝫ
renunciare vsqꝫ ad quot pedes metrum tende
re debeamus. ¶ Di. ¶ Facile istoc quidem est.
Nam octo pedes esse ratio satis docet. Ma.
Quid aliud? Recordaris ne dixisse nos eum
versum a doctis appellatum: qui duobus mē-
bris certa ratione dimensis copulatisqꝫ consta
ret? ¶ Di. ¶ Bene memini. ¶ Ma. ¶ Cum ergo
non sit dictum duobus pedibus: sed duobus
membris constare versum: cumqꝫ manifestuꝫ
sit: versum non vnum pedem habere: sed plu-
res: nonne ipsa res indicat longius membrum
esse q̄ꝫ pedem? ¶ Di. ¶ Ita vero. ¶ Ma. ¶ At si
membra equalia sint versus: nonne preposte-
rare poterat vt prima pars sine discrimine vl
time: vltima prima fiat? ¶ Di. ¶ Intelligo.
Ma. ¶ Ergo ne accidat satisqꝫ appareat: ⁊ iscer
naturqꝫ in versu aliud esse membrum quo in
cipit: aliud quo desinit: non possumus recusare
inequalia membra esse oportere. ¶ Di. ¶ Nullo
modo. ¶ Ma. ¶ Id ergo prius in pyrrichio con
sideremus si placet: in quo iam credo videri
tibi minus tribus temporibus membruꝫ esse
non posse: quoniam id primum est plusq̄ꝫ pes?
Di. ¶ Assentior. ¶ Ma. ¶ Ergo minim⁹ versus
quot tempora possidebit? ¶ Di. ¶ Dicerem sex
nisi me illa preposteratio reuocaret: septem
ergo habebit: quia minus q̄ꝫ tria membruꝫ ha
bere non potest: plus autem habere: nondum
prohibituꝫ est. ¶ Ma. ¶ Recte intelligis: sed dic
quot pedes pyrrichios habeant septeꝫ tempo-
ra? ¶ Di. ¶ Tres semis. ¶ Ma. ¶ Debet ergo
vnius temporis silentium: dum ad principiū
reditur: vt spatium pedis possit impleri. ¶ Di.
Debetur sane. ¶ Ma. ¶ Hoc ānumerato quot
tempora erūt? ¶ Di. ¶ Octo. ¶ Ma. ¶ Et ergo
minimus: qui etiam primus est pes: minus q̄ꝫ
duo: ita minimus qui primus est versus mi-
nus habere q̄ꝫ octo tempora non potest. ¶ Di.
Ita est. ¶ Ma. ¶ Quid maximus versus quo
ampliorem esse non oporteat: quot tandeꝫ tē-
porum esse debet? None statim videbis si ad
illam progressionem retulerimus animum de

qua totiens tam multa dicta sunt. ¶ Di. ¶ Jam intelligo ampliorē q̄ triginta duum tēporum versum eē non posse. ¶ Ma. ¶ Quid de metri longitudine: cēses ne ampliorem eē debere q̄ versus? ¶ Di. ¶ Cū metrū id quod est minimū tamē minus sit q̄ minimus versus a quatuor aut illud a spatio duorū pedum: hoc a quatuor annumerato silentio: metrū autem octo pedes non excedat: Nonne cum & versus metrum sit: necesse erit eum tot pedes ratione nō excedere? ¶ Di. ¶ Ita est. ¶ Ma. ¶ Rursus cum versus non sit longior q̄ triginta duum temporū: & metruȝ sit etiaȝ longitudo versus: si coniunctionem duū mēbrorū talem nō habeat qualis in versu precipitur: sed tantū certo fine clauditur: neq̄ habeat longius esse q̄ versus: nonne manifestuȝ est versus pedes octo: ita metrum .xxxij. tempora excedere non oportere. ¶ Di. ¶ Assentior. ¶ Ma. ¶ Erit ergo idē spatiū temporis: & idē numerus pedum & metro & versui cōisq̄ quidaȝ terminus: vltra quem p̄gredi vtrūq̄ non debeat: quāuis metrum quadruplicatis pedib⁹ a quibus esse incipit: versus autem quadruplicatis temporibus a quibus & ipse esse incipit finiatur: vt crescendi .s. modum quaternaria illa ratione seruata metrum cum versu communicauerit in pedibus: versus cū metro in temporibus. ¶ Di. ¶ Intelligo & probo: atq̄ habere istam ꝯcordiā consensionēq̄ delector.

¶ Explicit liber terti⁹ musice bti Augustini.
Incipit liber quartus eiusdeȝ beati Augustini episcopi.

Redeam⁹ ergo ad metri consideratioeȝ p̄pter cuius p̄gressum ac longitudinē de versu tecū aliquid agē coactus sum: Cuius tractandi postea nobis est constitutus locus. sed primo illud q̄ro: vtrū non repudies: q̄ vltimā syllabam que metrū terminat: seu longa: seu breuis sit: poete atq̄ horū iudices grāmatici nihil ad rem pertinere arbitrati sunt? ¶ Di. ¶ Nino repudio. Non eni mihi videtur esse rōnis. ¶ Ma. ¶ Dic mihi obsecro qd metrū sit i pyrrichio minimū? ¶ Di. Tres breues. ¶ Ma. ¶ Quātū ergo silendū est duȝ repetitur? ¶ Di. ¶ Unū tēpus quod ē vni⁹ breuis syllabe spatiū. ¶ Ma. ¶ Age iam percute hoc metrū: nō voce: sed plausu. ¶ Di. ¶ Feci. ¶ Ma. ¶ Percute etiā h̄ modo anapestū. ¶ Di. Et hoc feci. ¶ Ma. ¶ Quid tibi visum ē interesse? ¶ Di. ¶ Prorsus nihil. ¶ Ma. ¶ Quid cause cur ita sit potes ne dicere? ¶ Di. ¶ Videt mihi satis apparere. Nā qd in illo ad silentiū hoc isto ad p̄ductionē vltime syllabe refertur. Naȝ eodē modo ibi breuis vltima: vt h̄ longa p̄cutitur: vt post tantūdē interuallū redit ad caput? Sed ibi quiescitur donec spatiū pyrrichij pedis hic donec longe syllabe impleat. ¶ Ma. Ita in vtroq̄ par mora est: qua interposita remeam⁹. Nō igitur absurde illi vltimā syllabā metri seu longa seu breuis sit: nihil ad rē pertinere voluerūt. vbi eni finis est: silentiū sequit quātum ad ipsum metrū attinet qd finitur. An eos in hac causa repetitionē vllā vel reditum ad caput cōsiderare debuisse existimas: Ac nō tantūmodo q: finitur: quasi deinceps nihil dicendū sit? ¶ Di. ¶ Jā assentior vltimā syllabam indifferēter esse accipiendā. ¶ Ma. Recte: sȝ si hoc p̄pter silentium sit: quantū ita consideratum est finis: quasi deinceps nihil soniturus sit qui finierit: & hoc spatiū temporis in ipsa quiete largissimū nihil distat q̄ vbi syllaba locetur Nā illud ē consequēs vt ipsa vltime syllabe indifferētia que & p̄pter largū silentij spatium cōceditur ad id proficiat: vt siue ibi breuis syllaba siue longa sit: eadem sibi aures p̄ longa vēdicēt. ¶ Di. ¶ Video plane eē ꝯsequēs. ¶ Ma. Uides ne etiā cum diximus minimuȝ metruȝ esse pyrrichiū tres breues syllabas: vt vnius breuis spatio sileatur: dū ad initiuȝ reuertimur nihil interesse vtrū hoc metrū: an pedes anapestos repetamus? ¶ Di. ¶ Jā hoc quideȝ paulo ante illa percussione percepi. ¶ Ma. ¶ Nonne ergo quicquid hic est ꝯfusum distinguendū aliq̄ ratione arbitraris? ¶ Di. ¶ Nino arbitror. ¶ Ma. ¶ Dic vtrū aliquā videas esse rationem que ista distinguat: nisi vt metrū pyrrichium nō illud sit minimū. Quod tibi videbatur i tribus sed in quinq̄. ¶ Post vnū enim pedem ac semipedem silere mora semipedis eius qui debetur implendo pedi atq̄ ita redire ad initiuȝ & hoc minimū metrum in pyrrichio constituere non nos sinit anapesti parilitas vt iam demonstratum est. Quare post duos pedes & semipedem silentium est illud vnum tempus si confusione carere volumus. ¶ Di. ¶ Cur enim non duo pyrrichij sunt minimū metrum in pyrrichio: & quatuor syllabe breues potius post q̄s silere opus non sit: q̄ quinq̄ post quas opus sit? ¶ Ma. ¶ Vigilāter quidem: sed nos caues ne ab hoc te ita procelenmatic⁹: vt ab illo anapestus excludat. ¶ Di. ¶ Uerum dicis. ¶ Ma. Placet ergo hic modus in quinq̄ breuibus & silentio vnius temporis? ¶ Di. ¶ Placet vo. ¶ Ma. ¶ Videtur mihi oblitum esse te quemadmodū in rithmo diximus posse discerni vtrū

pyrrichio an proceleumãtico curreretur. ¶Di. Bene admones. Nã plausu istos numeros distinguendos comperimus: quare iam neq̧ hic istũ proceleumaticum metior: quẽ plausu adhibito a pyrrichio discernẽ potero. ¶Ma. ¶Cur igitur non eundẽ plausum adhibendũ vidisti: vt ab illis tribus breuibus .i. pyrrichio ⁊ semipede: post quẽ oporteret vnum tempus silere discerneretur anapestus. ¶Di. ¶Iaz intelligo et in viam redeo metrũ in pyrrichio minimũ tres syllabas breues que annumerato silentio duorũ pyrrichiorũ tẽpus occupant esse confirmo. ¶Ma. ¶Probant ergo aures tue hoc genus numeri: si aliqua bene vis benedic: bñ fac anim⁹ si aliquam male vis: male dic: male fac animus medium ẽ: ¶Di. ¶Satis probant presertim cũ iam recordatus sim quemadmoduz eos plaudi opteat: ne cũ metro pyrrichio anapesti confundãtur pedes. ¶Ma. ¶Uide ista: si aliquid es age bene: male qui agit nihil agit: et ideo miser erit. ¶Di. ¶Suauiter etiam ista se insinuant nisi vno loco vbi finis tertij cum initio quarti copulatur. ¶Ma. ¶Idipm omnino est quod a tuis auribus desideraui. Non enim frustra sensus offenditur cum omnium syllabarũ nullo interposito silentio tempora singula expectat: quam expectationem profecto fraudat cõcursus duarum consonantium t et n que precedentem vocalem longaz esse cogunt: ⁊ in duo tempora extendunt: quod genus grammatici positione longam syllabam vocant: sed ꝓpter illam vltime syllabe indifferentiam: nemo criminatur hoc metrum cum id sincere atq̧ seuere aures etiã sine accusatore condemnant. Nã vide queso quantum interest: si pro eo quod ẽ male qui agit: nihil agit: dicatur male qui agit homo perit. ¶Di. ¶Hoc sane liquidum atq̧ integrum est. ¶Ma. ¶Hoc ergo nos obseruamus propter musice sinceritatem: quod poete non obseruant propter facilitatem canendi vt quotiẽs exempli causa nobis necesse est aliqua metra interponere in quibus nihil debetur pedi: quod silentio compẽsetur eas ponamus vltimas syllabas: quas lex eiusdem numeri flagitat: nec cum aliqua offensione aurium ⁊ falsitate mensure a fine ad initium redeamus: concedentes tamen illis vt ita metra talia finiant: quasi deinceps nihil dicturi: ⁊ ideo extremã syllabam seu longam seu breuem impune constituant. Nam in continuatione metrorum apertissime conuincuntur aurium iudicio: nõ se debere ponere vltimam nisi que in ipsi⁹ metri iure atq̧ ratione ponenda est. Hec autem continuatio fit: cũ pedi nihil debetur ꝓpter quod silere cogamur. ¶Di. ¶Intelligo ⁊ gratũ habeo ꝙ talia polliceris exempla quib⁹ nullã patiar sensus iniuriaz. Age nunc ordine de his quoq̧ renuntia pyrrichijs.

Ma. ¶Quid erit homo?
Qui amat hominem.
Si amet in eo
Fragile quod est
Amet igitur
Animum hominis
Et erit homo
Aliquid amans: quid hec videntur?

Di. ¶Quid nisi suauissime atq̧ integerrime currere. ¶Ma. ¶Quid ista?

Genus erit amor
Anima bona sit
Amor euim habitat
Et anima domus.
Ita bene habitat
Ubi bona domus.
Ubi mala male.

Di. ¶Etiam ista continuata suauissime accipiuntur. ¶Ma. ¶Nunc tres semipedes vide.

Animus hominis est.
Mala bonaue agit ans.
Bona voluit habet: mala voluit habet.

Di. ¶Hec quoq̧ interposito vnius temporis silentio iocunda sunt. ¶Ma. ¶Sequũtur quatuor pleni pyrrichij: hec accipe ⁊ iudica.

Animus hominis agit
Ut habeat ea bona
Quibus inhabitet homo
Nihil ibi metiuntur.

Di. ¶In his q̃z certa ⁊ iocũda mẽsura ẽ. ¶Ma. Audi iã nũc nouẽ syllabas breues: Audi ⁊ iudica.

Homo malus amat ⁊ eget.
Malus etenim ea bona amat
Nihil vbi satiat eum.

Di. ¶Prome nunc quinq̧ pyrrichios.

Ma. ¶Leuicula fragilia bona
Quid amat homo similiter habet.

Di. ¶Iam hoc sat est ⁊ probo: nunc adde semipedem. ¶Ma. ¶Faciam.

Uaga leuia fragilia bona
Qui amat homo similis erit.

Di. ¶Beue prorsus: ⁊ ser iam expecto pyrrichios. ¶Ma. ¶Et hos audi.

Uaga leuicula fragilia bona
Qui adamat homo similis erit eis.

Di. ¶Satis mecum: semipedem.

Ma. ¶Fluida leuicula fragilia bona
Que adamat anima similis erit eris.

Di. ¶Satis est: da iam septem pyrrichios.

Ma. ¶Leuicula fragilia fragilia bona.

Que adamat animula similis eis.
Di. ¶ Accedat his semipes: nam hoc eleganter sese habet.
Ma. ¶ Vaga fluida levicula fragilia bona
Que adamat hoc anima fit ea similis eis.
Di. ¶ Octo pedes restare iam video. ¶ Ma. Ut iam istas minutias evadamus: quanquam enim approbent aures naturali quadam dimensione: quod sonas nolim te tamen tot breves syllabas querere: quas ni fallor: contextas invenire in coniunctionem verborum difficilius est quam si eis miscere longas liceret. Nihil te fallit: et ut tibi probem gratulationem meam quod hinc aliquando transire permittimus: metrum quod restat huius generis sententia faciliorem componam.
Solida bona bonus amat
Et ea que amat habet.
Itaque neget et amor et ea bona deus est.
Di. ¶ Habeo cumulatissime perfecta metra pyrrichij.

Sequuntur iambica de quibus mihi singulis bina exempla sufficiunt: que nulla interpollatione audire delectant.
Ma. ¶ Geram tibi morem: sed ista que iam peregimus: quot sunt? ¶ Di. ¶ Quatuordecim. Ma. ¶ Quot etiam iambica fore credis? ¶ Di. Eque quatuordecim. ¶ Ma. ¶ Quid si in eis velim pro iambo tribrachum ponere: nonne multiformior varietas erit. ¶ Di. ¶ Manifestum est quidem: sed ego exempla ista in solis iambis audire cupio ne longum faciam? ¶ Pro quavis enim longa syllaba duas breves posse poni facilis est disciplina. ¶ Ma. ¶ Faciam quod vis: gratumque habeo quod intelligentia sequaci minuis laborem meum. Sed aurem ad iambicum prebe. ¶ Di. ¶ Hic sum: incipe.
Ma. ¶ Bonus vir beatus.
Malus miser sibi sed est.
Bonus beatus de his bonum eius
Bonus beatus est deus bonum eius est
Bonus vir est beatus
Vidit deum beate
Bonus vir: et sapit bonum.
Videns deum beatus est
Bonus deum videre qui vult
Bonus qui vivit hic videbit.
Bonum videre qui incipit diem
Bonus sit hic videbit et deum.
Beatus est bonus fruens enim est deo
Malus miser sed ipsa pena sit sua.
Beatus est videns deum nihil cupit plus
Malus bonum foris requirit hinc egestas.
Beatus est videns deum nihil boni amplius.
Malus bonum: foris requirit: hinc eger miser.
Beatus est videns deum nihil boni amplius vult.
Malus foris bonum requirit: hinc eger miser fit.
Beatus est videns deum nihil boni amplius volet.
Malus foris bonum inquirit: hinc eger miser homo.

Di. ¶ Trocheus est. prome trochaica. Nam ista sese habent optime. Ma. Faciam ex eodem modo quo iambica.
Optimi non egent
Veritate non egetur
Veritas sat est semper hec manent.
Veritas vocatur ars dei supremi.
Veritate factus est mundus iste quem vides.
Veritate facta cuncta que gignit videmus.
Veritate facta cuncta sunt omniumque forma veritas.
Veritate cuncta facta cerno: veritas manet: moventur ista.
Veritate facta cernis omnia: veritas manet: moventur omnia.
Veritate facta cernis ista omnia cuncta: veritas manet: moventur ista.
Veritate facta cuncta cernis optime: veritas manet: moventur hec sed ordine.
Veritate facta cuncta cernis ordinata.
Veritas manet novans movet quod enovat.
Veritate facta cuncta sunt et ordinata sunt.
Veritas novat manens moventur ut noventur hec
Veritate facta cuncta sunt: et ordinata cuncta.
Veritas manens novat: moventur ut noventur ista.
Di. ¶ Spondeum sequi video. Nam et trocheus satis auribus fecit. Ma. Hec sunt metra spondei.
Magnorum est libertas.
Magnum est munus libertatis.
Solus liber fit: qui errorem vicit.
Solus liber vivit qui errorem iam vincit.
Solus liber vere vivit: qui erroris vinclum iam vicit.
Solus liber non falso vivit: qui erroris vinculum iam devicit.
Solus liber iure ac vere vivit: qui erroris vinculum magnum devicit.
Solus liber iure ac non falso vivit qui erroris vinclum funestum devicit.
Solus liber iure ac vere magnus vivit qui er

roris vinclum funestum iam deuicit.
Solus liber iure ac non falso magnus viuit:
qui erroris vinclū funestum pdens deuicit.
Solus liber iure ac non falso securus viuit: q
erroris vinclū funestū pdens semp deuicit.
Solus liber iure ac non falso securus iam vi-
uit qui erroris vinclum tetrum ac funestum
prodens deuicit.
Solus liber iure ac non falso securam vitam
viuit qui erroris vinclum tetrum ac funestū
prodens iam deuicit.

H Di. ¶ Ec de spondeo habeo quod requi
ram veniam ad tribrachum. ¶ Ma.
Ita vero sed cum omnes quatuor supe
riores pedes de quibus dictum est: quatuor et
dena metra pepererint que sunt simul sex & qn-
quaginta: plura sunt expectanda de tribracho
In illis enim cum spacium semipedis in silen
tio est: plus vna syllaba non siletur. in hoc autē
cum silemus: num censes vnius breuis syllabe
spatio tantummodo sileri oportere. An duaruz
breuium mora silentio contineri posset: quando
quidem nemo dubitauerit: duplicem huius eē
diuisionem. Namqz vt ab vna incipit: finitur
ad duas: aut contra incipiens a duabus vna
terminatur: quare hunc necesse est viginti &
vnum metra procreare. ¶ Di. ¶ Verissimum
est. Namqz incipiunt a quatuor breuib⁹ vt duo
tēpora sileamus: Deinde quinqz sunt vbi vnū
silemus. Tertio sex: vbi nihil silendū est. Quar
to septez vbi rursus duo tempora silenda sunt.
Inde octo: vbi vnum. Sexto nouem: vbi nul
lum: atqz ita cum singule adduntur donec ad
vigintiquatuor sillabas veniatur: qui octo sunt
tribrachi viginti vnum omnino metra com-
plentur. ¶ Ma. ¶ Expeditissime secutus es: sz
censes ne vbiqz a nobis exempla esse promen
da: An ea que illis quidem primis pedibus dē-
decimus: satis putandum est: luminis ceteris
esse prebitura: ¶ Di. ¶ Meo quidem iudicio
satis. ¶ Ma. ¶ Nec ego nūc aliud requiro q̄ tu-
um. veruntamen quoniam iam optime scis in
pyrrichijs metris notato plausu posse tribra-
chum dupliciter percuti: quero vtrum pyrri-
chij primum metrum habere tribrachum po-
test. ¶ Di. ¶ Non potest: Maius enim metrum
oportet esse q̄ pes. ¶ Ma. ¶ Quid secundum:
Di. ¶ Potest. Nam breues quatuor pyrrichij
duo sunt. Tribrachus vn⁹ est & semipes: ita vt
ibi nullum hic duo tempora sileamus. ¶ Ma.
Notato igitur plausu habes in pyrrichijs etiaz
tribrachi exempla vsqz ad. xvj. syllabas. i. vsqz
ad tribrachos quinqz & semipedem quibus de
bes esse contentus. Cetera enim potes vel vo
ce vel aliquo pulsu per te ipse conterere: Si ta
men adhuc aurium sensu explorandos huius-
cemodi numeros arbitraris. ¶ Di. ¶ Faciam
equidem quod videtur: videamus q̄ restant.

D Ma. ¶ Actylus sequit qui semel diui-
di potest: an aliter putas: ¶ Di. Im-
mo ita est. ¶ Ma. ¶ Quota ergo eius ps
potest esse in silentio: ¶ Di. ¶ Duo scilicz dimi
dia scz. ¶ Ma. ¶ Quid si post dactylū trocheo
constituto velit quispiam silere vnum temp⁹
quod in breui syllaba dactylo debetur implen
do quid respondebimus: Non enim possumus
dicere minus q̄ spatiū semipedis sileri opor
tere. Ratio enim superius tractata non minus
sed amplius q̄ semipedis tempus silendū esse
persuaserat. Nam vtqz minus q̄ semipes sile
tur in coriambo: vbi post ipsum coriambū bac
chius collocatur cuius exēplum est: fonticule pu
elle. vnius eni breuis syllabe spatio: hic nos si
lere cognoscis: quod sex tēporibus debetur im
plendis. ¶ Di. ¶ Uerum dicis. ¶ Ma. ¶ Consti
tuto ergo trocheo post dactylū liquebit ne etiā
vnuz tempus silere: ¶ Di. ¶ Ita cogor fateri.
Ma. ¶ Quis te tandez cogeret si meminisses
superiorū: Hoc eni tibi accidit: quia de indiffe
rentia vltime syllabe: & quomodo sibi vltimā
longaz vendicent aures: vbi restat spatiū quo
porrigatur etiā si breuis sit: quid demonstratū
fuerit oblitus es: ¶ Di. ¶ Iā intelligo. ¶ Ma.
Nam vtiqz si vltimā syllabam breuē quando
restat: silentium longū aures accipiunt: sicut su
periore ratione exemplisqz cognouimus: nihil
intererit: vtrū post dactylum trocheus an spō
deus locetur. Quāobrem cum repetitio distin
guenda silentio est: vnā longā syllabam opor-
tet post dactylū ponere: vt duū temporꝝ spatio
sileam⁹. ¶ Di. ¶ Quid si pyrrichius ponat post
dactylū: recte ne fieri putas: ¶ Ma. ¶ Non re
cte. Nā vtrum idez sit: an iambus: nihil inter-
est. Siquidē pro iambo eum necesse est accipi
propter vltimā quam longam exigunt aures:
quia restat silentiū. Iambū autē non oportet re
poni post dactylū propter diuersitatez leuatio
nis & positionis: quaruz neutrū oportere in da
ctylo habere tria tēpora quis non intelligat:
Di. ¶ Optime atqz sagaciter.

S Ma. ¶ Ed quid tibi tandem videt de
anapesto an eadē ratio est: ¶ Di. ¶ Pror
sus eadem. ¶ Ma. ¶ Iam ergo bacchiū
cōsideremus si placet: & dic mihi quod primū
eius metruz ē. ¶ Di. ¶ Quatuor syllabas puto
esse: vnā breuem & tres longas: quaruz due ad

bacchiū pertinent. vna vero vltima ad inchoa tionem eius pedis: qui cū bacchio poni potest vt id quod ei debetur sit in silentio. In aliquo tamen exemplo velim hoc auribus explorare ¶ Ma. ¶ Facile quidez est exempla subijcere qui bus tamen non te arbitror: ita vt in superiori- bus posse delectari. Nam isti quinoꝝ temporꝝ pedes: vt etiam septenum nō tam suauiter cur runt: ꝙ hi qui aut in equas partes diuiduntur aut in simplam vel duplam: ⁊ duplā ⁊ simplaz tātū interest inter sexquatos motus ⁊ equales aut complicatos de quibus satis in primo illo nostro sermone tractauimus. Iamqꝫ hos pe- des quinqꝫ ac septem. s. temporuz vt spernen- tius poete: ita soluta liberi⁹ assumit oratio: qd̄ videri facilius in exemplis que postulasti po- test. Nam ista sunt: laborat magister docēs tar dos. Hoc reuolue interposito trium temporuz silētio quod vt sentires facilius: ideo post tres pedes longam posui: quod est initium cretici: q cum bacchio poni potest. Nec adeo primi me- tri exemplum dedi quod est quatuor syllabaꝝ ne vnus pes non esset satis ad cōmouendum sensum tuum: quātum post illum: atqꝫ vnam lō gam silere deberes. Quod ecce nunc eadem atqꝫ ipse repetam: vt in eo silentio tria tempo ra sentias. Labor nullus amor magnus ¶ Di. Satis apparet solute orationis hos esse cōgru- entiores pedes: ⁊ nihil opus est exemplis cetera excurrere. ¶ Ma. ¶ Uerum dicis sed vnum tibi cum silendum est: vna tantum longa videtur poni posse post bacchium. ¶ Di ¶ Non sane sed etiam breuis ⁊ longa: qui eiusdem bacchij se- mipes primus est. Nam si nobis inchoare cre ticum liqueret: quia cum eodem bacchio poni potest: quanto magis id de ipso bacchio facere liquebit: cum presertim non totum de cretico posuerimus quod prime parti bacchij sit equa lis temporibus. ¶ Ma ¶ Iam ergo si placet me audiēte atqꝫ indicante: tu ipse per cetera excur re. Et quid ponatur post plenum pedem quan do silentio reliquum impletur. in omnibus pe dibus q̄ restant exequere. ¶ Di. ¶ Breuissimuz iam opinor atqꝫ facillimum est quod requiris Nam quod de bacchio dictum est: id etiaz de secundo peane dici potest. Post creticum au- tem: ⁊ vnam longam syllabam licet ponere ⁊ iambum ⁊ spondeum: vt aut tria tempora: aut duo aut vnum sileatur. Quod autē de hoc dic- tum est: idem in primum peanem cadit. Iam post palimbacchium ⁊ vnam longam vel spō deum collocare decet: quocirca ⁊ in hoc metro aut tria tempora: aut vnum silebitur. Eadem conditio est peanis tertij: sane vbicumqꝫ spon

deus: ibi ⁊ anapestus iure ponitur. Post mo- losum vero quod ad eius attinet diuisionem aut vnam longā: aut quatuor: aut duo ponim⁹ vt duo tempora sileamus: quoniā ⁊ sensu ⁊ ra tione exploratum est ordinare cuz eo posse oēs senum temporum pedes erit post cum locus ⁊ iambo: ⁊ tria tēpora silenda remanebunt: erit ⁊ cretico ⁊ vnum tacebitur hac cōditione erit ⁊ bacchio: ac si in duas breues primam cretici ⁊ secundam bacchij solueris: erit ⁊ peani quar to. quod autē de moloso id etiā de ceteris seni temporū pedibus dixerim. Iam proceleumati cum arbitror ad ceteros qui quatuor tēporib⁹ constant esse referendum nisi cuz tres breues post cum locamus. Quod ita est: ac si anapestū locemus propter vltimā syllabam que cum si- lentio longa accipi solet. Primo vero epitrico iambus recte subiūgitur ⁊ bacchius ⁊ creticus ⁊ pean quartus. Hoc dictum sit ⁊ de secundo vt tēpora sileātur: aut quator aut duo. Duos autem reliquos epitricos recte possunt conse- qui spondeus ⁊ molosus: ita vt ⁊ primaz spon- dei ⁊ primam vel secundā molosi in duas bre- ues soluere liqueat. Ergo i his metris: aut tria tempora: aut vnū tacebitur: dispondeus restat post quem si posuerimus spondeum quatuor tempora silenda erunt. Si molosum duo ma- nente liquentia soluendi longā in duas breues vel in spondeo vel in moloso excepta vltima Habes quod me percutere voluisti: nisi aliqd forte emendabis ¶ Ma. ¶ Immo non ego sed tu: cum aurem ad iudicandū adhibueris. Naz quero a te: vtrum cum dico ⁊ plaudo istoc me- trum: verus optimus: ⁊ hoc: verus optimorū ⁊ veritatis inops tam iocunde hoc tertium ꝙ illa superiora tuus sensus accipiat: ꝙ ea repetē do: ⁊ cum debitis silentijs plaudendo facile iu- dicabit: ¶ Di. ¶ Manifestum est ꝙ iocūde illa hoc iniocunde accipiat. ¶ Ma. ¶ Non ergo re cte post dichorium iambus ponitur: ¶ Di. Ita est. ¶ Ma. ¶ Recte autem posse poni post ceteros assentitur quisquis hec metra cū disci plina interponendoꝝ silentiorum repetierit fal lacem caue. Male castum caue. Multiloquū caue: fallacia caue. ⁊ inuiduz caue. ⁊ infirma caue: ¶ Di. ¶ Sentio quod dicis: ⁊ approbo. ¶ Ma. ¶ Uide etiam vtrum te nihil offendat: cū interposito duū temporꝝ silentio: hoc metrum repetitur: ⁊ vtrūqꝫ inequale pergit. Num eni ista sonant: vt ista: veraces regnant: sapientes regnant: veriloqui regnant: prudentia regnat. Di ¶ Immo hec equalit ac suauiter. ¶ Illud autē absurde ¶ Ma. ¶ Hoc ergo tenebimus in me tris sonum temporꝝ pedum dichorium iambo

antipastum spondeum male cludi? ¶Di. ¶Te
nebimus sane. ¶Ma. ¶Quid cause cur ita fit?
Nonne approbabis si aiaduerteris leuatione
ac positione in duas partes diuidi pedem: ita
vt siqua in eo syllaba media est: vel vna: vel
due aut parti attribuãtur priori vel posteriori
aut in vtraqꝫ ptiantur? ¶Di. ¶Noui ꝙ istoc ⁊
verũ est: sed quid ad rem. ¶Ma. ¶Hoc quoqꝫ
attende qđ dicam: tunc videbis facilius quod
requiris. Nã manifestũ tibi esse arbitror alios
esse sine medijs syllabis pedes: ⁊ pyrrichius: et
ceteri binarum syllabarũ: alios in quibus me-
dium: aut prime parti: aut extreme: aut vtriqꝫ:
aut neutri spatio cõueniat. Prime vt in anape
sto: vel palimbacchio: vel in peane primo. Ex
treme vt in dactylo: vel in bacchio: vel in pea
ne quarto. Utriqꝫ vt ĩ tribracho: siue in molo
so: siue in coriãbo: siue ĩ quolibet ionico: Neu
tro: vt in cretico: siue in peanibus secundo ⁊ ter
tio: siue in diiambo: dichorio: antipasto. Naꝫ
qui pedes in tres equales ptes diuidi possunt
media pars in his conuenit cum prima ⁊ extre
ma. Qui autem nõ possunt: aut cuꝫ prima tan
tum: aut cum extrema: aut cum neutra. ¶Di. ¶
Et hoc eque est verum: ⁊ quo extẽdat repeto.
¶Ma. ¶Quo tandem putas: nisi vt videas iã-
bum post dichorium: ideo male poni cum silẽ-
tio: quia mediũ eius est: nec prime parti equa-
le nec extreme. Et iccirco a leuatione ac positio
ne discordat. Hoc etiam de spondeo intelligi-
tur: qui similiter post anapestuꝫ cũ silentio non
amat poni. An quicꝙ tibi aduersum ista dicẽ-
dum? ¶Di. ¶Mihi vero nihil: nihil quod ista
offensio que fit auribus: cum ita hi pedes col-
locantur in compatione fit eius suauitatis que
oblectat auditum: aut post ceteros senuꝫ tem-
porum hi cum silentio ponunt pedes. Nam si
alijs tacitis me consulueris: quẽadmodum so
narent exemplis subiectis: aut post dichorium
iambus: aut post antipastum spondeus cuꝫ si-
lentio positi: dicaꝫ quod sentio fortasse appro
barem ⁊ laudarem. ¶Ma. ¶Non equidem re
sisto tibi. Satis est mihi tamen ꝙ hec collatio
in comparatione talium numerorũ scilicet me
lius sonantium: sicut dicis: offendit. Eo enim
est improbanda ꝙ cum eiusdem generis etiam
illi sunt pedes quos hi semipedibꝰ clausos iã
bi iocundius confitemur: ab his discrepare nõ
debuit. Sed nonne tibi videtur hm istam ra-
tionem: nec post epitricum secundum: iambũꝫ
cum silentio poni oportere. Nam ⁊ in hoc pe-
de iambus ita medium locũ tenet: vt nec pri-
oris: nec posterioris partis temporibus eque-
tur? ¶Di. ¶Cogit me superior ratio cõcedere.

¶Ma. ¶Age nunc: redde mihi omniuꝫ metro-
rum numerum: si placet: que iam tractauimus
idest eorum que a suis plenis pedibus ita vt si-
lentium cum ad caput reditur: non interpona-
mus: aut non plenis pedibus cũ silentio: quos
tamen eis cogruere ratio docuit incipiente nu
mero a duobus nõ plenis vsqꝫ ad octo plenos
ita tamen vt triginta duo tempora non exce-
dantur? ¶Di. ¶Operosum quidem est quod
imponis: est tamẽ opereprecium. Sed memi
ni nos paulo ante iam peruenisse ad septuagi-
ta metra a pyrrichio vsqꝫ ad tribrachum: cuꝫ
illi binarum syllabarum pedes quatuordecim
singula crearent: que fiunt simul quinquagin-
ta ⁊ sex. Tribrachus autem vigintiunum pro-
pter geminam diuisionem. His igitur septua
ginta ⁊ septem addimus quatuordecim dacty
li ⁊ anapesti totidem. Pleni enim si locentur
nullo silentio incipiente metro a duobus vsqꝫ
ad octo pedes septena pariunt. Additis vero
semipedibus cuꝫ silentio incipiente metro ab
vno pede ⁊ semis perueniente ad septeꝫ semis
alia septena: ⁊ fiunt iam omnia centũ ⁊ quinqꝫ
Bacchius non potest metrum suuꝫ ad octo pe
des perducere: ne trigintaduo tempora trãseat
Neqꝫ quisꝙ quinium temporum pes: sed pos-
sunt isti vsqꝫ ad sex peruenire. Bacchius ergo
⁊ qui ei par est non modo temporibus sed etiaꝫ
diuisione. Pean secũdus a duobꝰ pedibꝰ vsqꝫ
ad sex procedentes: cum integri ordinantur si-
ne silentio quina metra pariunt. Cum silentio
autem incipientes ab vno semis ⁊ ad quinqꝫ
semis peruenientes: alia quina cuꝫ vna longa
post eius ponitur: ⁊ item quina cũ breuis ⁊ lon
ga: quindena igitur creant: que in summa reda
cta triginta sunt: ⁊ fiunt iam metra omnia cen
tum ⁊ trigintaquinqꝫ. Creticus vero: ⁊ qui pa
riter diuiduntur: peanes primus ⁊ quartus: cũ
post illos aut vnam longam: ⁊ iambum: ⁊ spon
deum: ⁊ anapestum licet ponere ad septuagin-
taquinqꝫ perueniunt. Cum enim tres sunt pe-
des quina creant sine silentio. Cuꝫ silentio au-
tem viginti que simul: vt dictũ est: fiunt quinqꝫ
⁊ septuaginta: quibus additis superiori summe
decem ⁊ ducenti complectuntur. Palimba
chius ⁊ qui ei diuisione concordat tertius peã
quina pariunt integri sine silentio. Cum silen-
tio autem quina cum vna longa quina cum
spondeo: quina cum anapesto. ¶Hec addi-
mus ad maiorem summam ⁊ habemus me-
tra omnia ducenta quinquaginta. Molosus
⁊ ceteri sex temporum pedes qui cũ illo simul
septem fiunt: quaterna creant integri. Cum si-
lentio quoniam ⁊ vna longa post vnum quẽqꝫ

corũ locari potest. Et iambus ⁊ spõdeus ⁊ ana
pestus ⁊ brachius ⁊ creticus pean quartus vi-
cena ⁊ octena complent: que simul fiunt centũ
nonaginta sex: que ducta cũ illis quaternis du
centi vigintiquatuor complẽtur: sed hinc octo
deducendi sunt: quia post dichorium iambus:
⁊ post antipastum spondeus male ordinantur.
Reliqua sunt ducenta sexdecim: que addita
maiori summe faciunt metra omnia. cccc. lij.
Proceleumatici ratio haberi non potuit cum
his pedibus quibus congruit propter semipe
des: que post hunc plures ponuntur. Nam et
vna syllaba post eum poni potest cum silentio
sicut post dactylum ⁊ eius consortes ⁊ tres bre-
ues ⁊ vnum tempus silenduz sit: quo efficitur
vt vltima breuis pro lõga accipiatur. Epitri-
ci metra gignunt terna integri. Incipiente me-
tro a duobus pedibus perueniẽte ad quatuor
Si enim addas quintum trigintaduo tempo-
ra quod non oportet excedes: Cum silentio vo
sicut ⁊ secũdus epitricus terna cretico ⁊ peane
quarto: que fiunt simul cum illis ternis que sũt
sine silentio triginta. Tertius vero ⁊ quartus
epitrici restante silentio gignunt cum spondeo
terna: terna cum anapesto: terna cũ moloso: ter-
na cum ionico minore: terna cum coriambo: q̃
fiunt simul cum illis ternis que sine silentio ge
nuerũt triginta ⁊ sex. Ergo epitrici omnes se-
xaginta ⁊ sex metra pariunt: que cum viginti
⁊ vno proceleumatici superiori summe addita
faciunt. ¶ Di. ¶ Quinquaginta tria. Dispondе
us restat gignens ⁊ ipse tria integer: adhibito
autem silentio: cum spondeo tria: ⁊ tria cũ ana
pesto: tria cum moloso: tria cum ionico a ma-
iore: tria cum coriambo: que in summa ducta
cum illis tribus que creat integer: fiunt decem
⁊ octo. Ita erunt metra omnia quingenta sep
tuaginta ⁊ vnum. ¶ Ma. ¶ Essent quidem: nisi
tria detrahenda essent: quia post secundum epi
tricum dictum est iambum male poni: sed hoc
quidem bene se habet: sed quare iaz dic mihi
quomodo tibi aurem tangat metrum hoc tri-
plici vides vt ortũ truuie rogetur ignis. ¶ Di.
Persuauiter. ¶ Ma. ¶ Potes ne dicere quib⁹
pedibus constet? ¶ Di. ¶ Non possum: Neq3
enim inuenio quomodo sibi congruant: q̃ños
metior: siue enim pyrrichium a capite constitu-
am: siue anapestum: siue peanem tertium non
his conueniunt qui sequũtur: ⁊ inuenio hic qui
dem creticum post tertium peanez: vt reliqua
sit longa syllaba quã creticus post se non respu
it collocari? Sed his pedibus hoc metrum cõ
stare recte nõ posset: nisi interposito silentio tri
um temporum. Nunc vero nihil siletur: cum

repetendo permulcet auditum. ¶ Ma. ¶ Vide
igitur: vtrum incipere debeat a pyrrichio: de-
inde metiamur post pyrrichium dichorium:
tum spondeum: qui complet tempora quoruz
duo sunt in principio. Potest itez caput tenere
anapestus: deinde diiambum metire vt extre-
ma longa collocata quatuor temporibus ana-
pesti perficiat sex tempora: que cum diiambo
cõueniunt: ex quo intelligas scilicet partes pe-
dum non solum in fine poni: sed etiam in capi
te metrorum. ¶ Di. ¶ Jam intelligo. ¶ Ma.
Quid si demum vnam vltimam longam: vt
tale sit metrum. ¶ Segetes meus labor nonne
animaduertis cum silentio duum temporum
repeti? Ex quo manifestum est: ⁊ aliquam par
tem pedis posse in principio metri poni: ⁊ ali-
quam in fine: ⁊ aliquam in silentio. ¶ Di. ¶ Et
hoc manifestum est. ¶ Ma. ¶ Sed hec fieri si
dichorium metiaris: integrum in hoc metro.
Nam si diiambuz a capite anapestus ponitur:
cernis partem pedis posse in principio positaz
que habet iam quatuor tempora. Duo autem
que debentur silentur in fine ex quo discimus:
posse metruz incipere a parte pedis ⁊ desinere
ad plenum pedem: sed nunq̃3 sine silentio.
Di. ¶ Et hoc perspicuuz est. ¶ Ma. ¶ Quid hoc
metrum: potes ne metiri ⁊ dicere quibus pedi-
bus constet. Jam sa. tis ter. ris ni nis. atq3. di-
re. Grandi. nis mi. sit pater. ⁊ ru. benti. Dexte
rasa. crasiacu. latus. arces. ¶ Di. ¶ Possum con
stituere in capite creticum: ⁊ duos metri reliq̃s
senum temporum pedes vnum ionicum a ma
iore: alterum dichoriuz: ⁊ sileri vnum tempus
quod adiungitur cretico: vt sex tempora com-
pleantur. ¶ Ma. ¶ Non nihil defuit considera
tioni tue. Nam cum dichorius est in fine: restã-
te silentio: vltima eius que breuis est: pro longa
accipitur: An hoc negabis? ¶ Di. ¶ Immo fa-
teor. ¶ Ma. ¶ Non ergo constitui decet in fine
dichorium: nisi nullo in repetione cõsequente
silentio: ne iam nõ dichorius: sed epitricus secũ
dus sentiatur. ¶ Di. ¶ Manifestum est. ¶ Ma.
Quomodo ergo metiemur hoc metruz? ¶ Di.
Nescio. ¶ Ma. ¶ Attende q̃ vtruz bene sonet
cũ ita pnũcio: vt post tres p̃mas syllabas vnũ
tẽpus sileã. Ita. n. in fine nihil debebit: vt decẽ
ter ibi possit esse dichorius. ¶ Di. ¶ Jocũdissime
sonat. ¶ Ma. ¶ Hoc quoq3 igitur adiungemus
arti: vt nõ soluz in fine: s3 ⁊ ante finẽ cũ oportet
sileamus. Tunc autem oportet cũ id quo debet
implẽdis tẽporib⁹ pedũ: aut indecent siletur in
fine ppt vltimã breuẽ vt in hoc dic um est: aut
cũ duo ↄstituũtur non plenipedes: vnus in pe-
de: alter ĩ fine q̃lis iste ẽ. Gẽtiles nostros inte

oberrat equos. Sensisti enim opinor me post
quinq; syllabas longas: morã duū temporū
siluisse: ⁊ tantūdem in fine silendū est: dum re-
ditur ad caput. Si eni hoc metrū ad legem sex
temporū metiaris: erit tibi primus spondeus
secūdus molosus. tertius coriambus. quartus
anapestus. Spōdeo igit̃ debētur duo tempo-
ra: vt sex temporū pedem impleat: ⁊ anapesto
itaq; duo silentur post molosuz ante finē: ⁊ duo
post anapestū in fine. Si aūt ad legem tempo-
rū quatuor: vna lōga erit in capite: deinde du
os metimur spōdeos: deinde duos dactylos: ⁊
post vna concludet. Silem⁹ itaq; duo tempo-
ra post geminū spondeū ante finem: ⁊ duo in fi-
ne: vt ambo pedes impleantur: quoꝝ dimidi
as ptes in capite atq; extremo posuimus. Nō
nunꝗ tamē ꝙ duob⁹ non plenis pedibus de-
bet̃ in principio ac fine collocatis: finali tamen
silentio redditur: si tm̄ sit vt dimidij spatium
temporis non excedat qualia hec duo sunt.
Silue laborātes: geluq;. Flumina: constite rint
acuto. Horū enim p̄mus incipit palimbachio
inde excurrit molosum. ⁊ bacchio terminatur.
Silua ergo duo tempora sunt: quoꝝ vnuz bac
chio: alterum palimbachio cū reddideris sena
vbiq; tēpora implebūtur. Hoc aūt posterius
dactylo inchoatur: inde pergit in coriambum
claudit̃ a bacchio: tria ergo tēpora silere opor-
tebit. Hin: vnum bacchio: duo dactylo reddi
mus: vt in oībus sint sena tempora. Pri⁹ aūt
redditur quod debetur implēdo pedi, ꝗ̃ in p̄n-
cipio cōstituto. ¶ Di. ¶ Hec aliter oīno fieri au
res sinunt ¶ Ma. ¶ Nec mirū. Id enim cuz re-
petimus adiungitur: quod prorsus extremum
est. Itaq; i hoc numero quod dictū ē: flumina:
ꝯstite rint a cuto. Cū tria tempora senis vbiq;
implendis debeātur: si ea nō silentio velis: sed
voce reddere possint: que reddi ⁊ ꝑ iambū ⁊ ꝑ
chorīū ⁊ per tribrachū: quia omnes terna tem
pora possident: nullo modo ea per chorium red
di sensus ipse permittit: in quo prior ē̄t lōga syl
laba: breuis posterior. Id eni prius sonare de-
bet qđ bacchio debet̃ extremo. i. breuis sylla-
ba nō longa que dactylo primo liquet hoc explo
rare his exemplis: Flumina constite rint a cu-
to gelu. Flumina constiterint acute gelida: Flu
mina constiterint in altum nocte. cui dubium
est duo illa suauiter repeti. Hoc autē tertiū nul
lo modo. Item cū singula tēpora singulis debē
tur pedibus minus plenis: si ea voce reddere
velis: nō sinit sensus in vnam syllabā coartari
Di. ¶ Mira oīno iusticia ¶ Non enim conuenit
qđ seperatim reddēdū est: nō etiā cōstitui sepa-
tim. ¶ Ma. ¶ Quocirca in illo metro: Silue la-
borantes geluq;: Nō ꝓbant aures sicut ꝓbant

cum dicimus: Silue laborantes gelu ⁊ frigore
qđ sagatissime sentis cum singula repetis. Itē
nō oportet cū duo minus pleni pedes ponātur
maiorē in principio ꝗ̃ in fine poni. Nam ⁊ hoc
condemnat auditus: tanꝗ̃ si dicas optimum
tempus adest: tandem vt primus pes sit cre-
ticus. secundus coriambus. tertius spondeus:
vt tria tempora sileamus: quorum duo deben
tur vltimo spondeo ad sena implenda: ⁊ vnuz
primo cretico: ac si ita dicatur: tandez tempus
adest optimum: interposita trium temporum
mora in silentio: quid nō sentiat iocundissime
repeti: quare vt tanti spatij decet esse in fine
minus plenum pedem: quanti est in principio
vt illud: Silue laborantes geluq;. aut minorē
in principio: in fine maiorem: sic est: Flumina
constiterint acuto. Neq; iniuria: quia ibi est
equalitas: nulla discordia. vbi autem dispar ē
numerus: si a minore ad maiorem veniamus
vt in metiendo ⁊ numerando solet: facit ipse
rursus in numerando ordo concordiam: ex quo
illud est etiam consequens: vt cum hi de qui-
bus agitur: minus pleni ponuntur pedes: si du
obus locis interponitur silentium: idest ante fi
nem ⁊ in fine tm̄: Ante finē silet̃ quantū debe-
tur extremo. tantum autem in fine quantum
scilicz principio: quia medium tendit ad finem
si vnam longam pro silentio fini addas: sicuti ē
Silue laborantes gelu duro. ¶ A fine vero ad
principium redeundum est ¶ Si autem vtriq;
tantundem debetur nulla controuersia est: qn
tantum ante finem quantum in fine silendum
est. Sileri autem oportet non nisi vbi termi-
natur pars orationis. In his autem numeris
qui non verbis finiuntur: sed aliquo pulsu vel
flatu vel ipsa etiam lingua: nulluz in hac re dis-
crimen est. Postꝗ̃ voce percussioneue silea-
tur modo vt legitimum ſm supradictas ratio
nes intercedat silentium. Quamobrem ⁊ a du
obus potest minus plenis pedibus metrum in
cipere: si tamen vtriusq; coniunctum spacium
minus non sit ꝗ̃ posset esse vnius ⁊ dimidij pe
dis. Nam supradiximus tunc recte poni duos
minus plenos pedes cum id quod debetur am
bobus: non transit spatio pedem dimidium.
exemplum est. Mōtes acuti: vt aut in fine tria
tempora sileamus: aut vnum tēpus post spon
deum ⁊ duo in fine. Aliter enim hoc metrum
conuenienter metiri non potest. Sit hoc etiaz
in disciplina vt cum ante finem silemus: non
ibi pars orationis breui syllaba terminetur: ne
ſm illam sepe commemoratam regulam: pro
longa eam sensus accipiat sequenti silentio:
Itaq; in hoc metro: motibus acutis: non possu
mus silere post dactylum tempus vnum: quod

post spondeum in superiore poteramus: Ne
non iam dactylus: sed creticus sentiatur: Atqꝫ
ita non duobus minus plenus pedibus quod
nunc demonstramus: sed pleno dichorio ⁊ vlti
mo spondeo metrum constare videatur duum
temporum silentio in fine reddendo. Sꝫ illud
notanduꝫ est in principio posito minus pleno
pedi: aut ibidem reddi debitum per silentium
sicuti est: Jaꝫ terris niuis atqꝫ dire: Aut in fine
velut: segetes meus labor. minus auteꝫ pleno
pedi qui in fine ponitur: aut ibidem restitui silẽ
tio quod debetur: vt in illo. Ite igitur camene:
Aut in aliquo de medijs loco: veluti in hoc:
ver blandũ viget aruis: adest hospes hirundo.
Unum enim tempus quod debet vltimo bac
chio: vel post totum numerum sileri potest: vl'
post primum eius numeri pedem molosum:
tas a quo hec ptãs datur: debet nobis eẽ carissi
ma: qm̃ tribulatio paciẽtiã opatur. paciẽtia p̃
bationẽ. p̃batio vo spem. Spes aũt non cõfun
dit: quia caritas dei diffusa est in cordibus no
stris per spm̃ sanctũ qui datus ẽ nobis.

¶ De coniugio in eo q̃ domin⁹ dicit: Si quis dimiserit vxorem suam excepta causa fornicationis ¶ Questio. lxxxiij.

S I dñs dimittẽdo ꝯiugis solã causaȝ for
nicationis admittit ⁊ paganũ ꝯiugium
dimitti p̃hibet: ꝯsequẽs est vt pagani si
mus fornicationi nõ deputet̃. Solã aũt forni
cationis cãm exceptã facere dñs cũ de dimit
tenda ꝯiuge loquitur in euangelio manifestum
est. Paganũ ergo ꝯiugiũ hinc non p̃hibet̃ di-
mitti: q2 cũ apl's de hac re ꝯsiliũ daret: vt fide
lis volẽtem secum esse ꝯiugẽ infidelem: non
dimittat ait: Ego dico: nõ dñs: vt dñs intelli-
gatur nõ quidẽ iubere vt dimittatur: ne ꝯ iussũ
eius ꝯsilium dare videatur apl's. Sed tñ per-
mittere vt nemo in ea re iussiõis necessitate te
neatur: sed consilij volũtate libere faciat. Ue
runtamẽ si quisq̃ asserat solã illã fornicationẽ
dñm admittere ad cãm relinquẽde ꝯiugis que
vulgo dicit̃ fornicatio. i. q̃ ꝯcubito illicito per
petrat̃. h' põt dicere dñm cũ de hac re loq̃retur
de vtroq̃ fideli dixisse ⁊ marito ⁊ vxore: vt si
ambo fideles sint: neutri liceat alterũ relinq̃re
nisi causa fornicationis: vbi nõ potest pagani
simus intelligi: q2 vterq̃ fidelis est. Sicut eni
⁊ apl's videt̃ distinguere cũ ait. Hijs aũt q̃ ma
trimonio iũcti sunt p̄cipio nõ ego sȝ dñs vxorẽ
a viro nõ discedere: q̃ si recesserit manere inu
ptam: aut viro suo recõciliari. Ubi etiã intelli-
git̃ q̃ si vna illa causa qua sola relictio ꝯiugij p̃-
mittat̃. mulier a viro recesserit innupta p̃seue
rare debet. aut si non se ꝯtinet viro poti⁹ recõ-
ciliari vel correpto vel certe tollerando q̃ al-
teri nubere. Seq̃tur aũt ⁊ dicit. Et vir vxoreȝ
nõ dimittat: breuit̃ eandẽ formã intimãs in vi-
ro quã precipiebat in feminaȝ: q̃bus ex p̄cepto
dñi insinuat ista. Seq̃tur. Ceteris autẽ ego di
co: non dñs. Si quis frat̃ habet vxorẽ infidelẽ
⁊ hec consentit habitare cũ illo nõ dimittat illã
Et si mulier hȝ viꝝ infidelẽ: ⁊ h' ꝯsentit habita
re cum illa nõ dimittat virũ. Ubi dat intellige-
re dñm de hijs locutum vt neuter alterum di-
mitteret si fideles ambo essent.

¶ Explicit liber beati augustini episcopi de octuaginta tribus questionibus.

¶ Possidonius calamensis episcopus de vita et morib⁹ sancti augustini hypponẽsis epi quo cum annis fere quadraginta vixit.

¶ Jncipit enim prologus.

I Nspirante rerum
oiuȝ factore ⁊ gubnatore deo
mei memor pp̃ositi q̊ p grãm
saluatoris oipotẽtis: ac p di-
uine trinitatis fidẽ seruire de-
creui: ⁊ antea i vita laicoꝝ: ⁊
nũc in officio ep̃oꝝ: studẽs ex
q̃licũq̃ accepto ingenio ⁊ sermone edificatiõi p̃
desse sancte ac vere christi dñi catholice eccl'ie.
de vita ac morib⁹ p̄destinati: ⁊ suo tp̃e pñtati sa
cerdotis optimi augustini: q̃ in eodẽ vidi: ab eo-
dẽq̃ audiui: minime reticere debeo. Jd enim
etiã añ nos factitatũ fuisse a religiosissimis san
cte mr̃is eccl'ie catholice viris legim⁹ ⁊ cõperi
mus: q̃ diuino afflati spũ sermone p̃p̃o atq̃ sti
lo ⁊ aurib⁹ ⁊ ocul' scire volẽtiũ dicẽdo ⁊ scriben
do silia: studiosoꝝ noticie itulerũt: q̃les quãtiq̃
viri ex cõi dñi grã in reb⁹ humanis: ⁊ viuere ⁊
vsq̃ in finẽ obit⁹ p̃seuerare meruerũt. Jccirco

ipſe quoq; diſpenſatoꝝ omniū minimus: fide nō ficta: qua dño dñantiū oibuſq; bonis ſeruiendū ⁊ placendū eſt fidelibꝰ: de ꝑdicti venerabilis exortu viri ⁊ ꝓcurſu ⁊ debito fine: que per eū didici ⁊ exptus ſum qz plurimis annis eiꝰ inherēs charitati: vt dñs donauerit explicandū ſuſcepi. Verū ſummā queſo maieſtatē: quo munus huiuſmodi a me arreptū ita gerā ⁊ peragā vt nec patris luminū offendā veritatē: nec bonoꝝ eccleſie filioꝝ vlla ex pte fraudare videar charitatē. Nec eniꝫ attingā ea oīa inſinuare: q̄ idē beatiſſimꝰ auguſtinꝰ in ſuis ꝯfeſſionū libris de ſemetipſo: qualis añ ꝑceptā grām fuerit: q̄liſq; iam ſumpta viueret deſignauit. Hoc eniꝫ facere voluit: vt ait aplus: Ne de ſe qſq; hoīuꝫ ſupra quā ſe eē nouerat: aut de ſe auditū fuiſſet crederet vel putaret humilitatis ſancte more vtens: ⁊ iā nullū fallēs ſed laudē nō ſuam: ſed ſui dñi de ꝓpria liberatiōe ac munere querēs ex his videlꝫ q̄ iā ꝑceperat: ⁊ fraternas preces poſcens de his q̄ accipe cupiebat. Sacramentuꝫ igitur regis qđ angelica auctoritate prolatum eſt bonū ē abſcōdere Opa aūt dñi reuelare ⁊ cōfiteri honorificū eſt.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipit vita ſcti auguſtini hipponēſis epi.

Igitur beatiſſimꝰ auguſtinus ex ꝓuincia africana ciuitatate thagaſtēſi de numero curialiū: parētibꝰ honeſtis ⁊ chriſtianis ꝓgenitꝰ erat Alituſq; ac nutritus eoꝝ cura ac diligentia impēſiſq; ſecularibus litteris eruditꝰ apprime, oībus videlicꝫ diſciplinis imbutꝰ quas liberales vocāt. Nam ⁊ grāmaticā prius in ſua ciuitate ⁊ rethoricam in africe capite carthagine poſtea docuit: conſequenti etiaꝫ tempore trans mare in vrbe roma ⁊ apud mediolanū vbi tunc temporis imperatoris valentiani minoris comitatus fuerat cōſtitutus. In qua vrbe tunc epatū adminiſtrabat acceptiſſimus deo: ⁊ in optimis viris ꝑclariſſimꝰ ſacerdos eximius ambroſius. Huius interea verbi dei ꝑdicatoris frequētiſſimis in ecclia diſputatiōibꝰ aſtās in populo: intēdebat ſuſpenſus atq; affixus. Verū aliqñ manicheoꝝ apud carthaginē adoleſcēs fuerat errore ſeductus: ⁊ iō ceteris ſuſpenſioꝛ aderat: ne qd vel ꝓ ipſa vel ꝯ ipſam hereſim diceret. Sꝫ puenit dei liberatoris clemētia ſui ſacerdotis ambroſij corꝑtractātis: vt ꝯ illū errorē incidētes legis ſoluerent q̄ſtiōes: atq; ita edoctꝰ ſenſim atq; paulatī hereſis illa miſeratiōe diuina eiꝰ ex aīo pulſa ē: protinuſq; ipſe in fide catholica cōfirmatus eſt ꝓficiendi in religione eidē amoris ardor tantꝰ innatus eſt: quo ꝓpinquātibꝰ diebꝰ ſanctis paſce: ſalutis aquā ꝑciperet: ⁊ factū eſt diuina ꝑſtāte opitulatiōe, vt ꝑ illū talē ac tantū antiſtitem ambroſiū: ⁊ doctrinā ſalutarē eccleſie catholice ⁊ diuina auguſtinꝰ ꝑciperet ſacramēta. Moxq; ex intimis cordis medullis ad deum ꝯuerſus: ſpem oēm quam habebat in ſeculo dereliquit Iam nō vxorem: non filios carnis: nō diuitias non honores ſeculi querens: ſꝫ ſoli deo cū ſuis ſeruire ſtatuit in illo ⁊ ex illo puſillo grege eſſe ſtudens: queꝫ dominus alloquitur dicens. Nolite timere puſillus grex qm̄ cōplacuit patri veſtro dare vobis regnum. vendite que poſſidetis: ⁊ date elemoſynam: facite vobis ſacculos non veteraſcentes: theſauros non deficientes in celis. ⁊ illud quod iteruꝫ dicit dominus: idē vir ſanctus facere cupiēs: Si vis eſſe perfectꝰ vende omnia que habes ⁊ da pauperibꝰ ⁊ habebis theſaurum in celis: ⁊ veni ſequere me: ⁊ ſuper fidei fundamentum edificare deſiderāſ non lingua: fenum: ſtipulam: ſed aurum: argentum: ⁊ lapides precioſos. Et erat tunc annis maior triginta ſola ſupſtite matre nomine monica ſibiq; adherente: ⁊ de ſuſcepto eius propoſito ſeruiendi deo: ampliuſq; de carnis nepotibus exultāte. Nam eius pater patritius nomine iam antea defunctus erat. Renunciauit etiam ſcolaſticis quos rhetoricaꝫ docebat vt ſibi magiſtrum alium prouiderent: eo ꝙ ſeruire deo ipſe decreuiſſet. Ac placuit ei percepta baptiſmi gratia cum alijs ciuibus ⁊ amicis ſuis deo pariter ſeruiētibus ad africam ⁊ propriaꝫ domum agroſq; remeare. Ad quos veniens. ⁊ in quibus conſtitutus ferme triennio ⁊ a ſe iam alienatis curis ſecularibus: cum his qui eideꝫ adherebant deo viuebat: ieiunijs: orationibꝰ boniſq; operibus: in lege domini meditans die ac nocte. Et de his que ſibi deus cogitāti atq; oranti intellecta reuelabat: ⁊ preſentes ⁊ abſentes ſermonibus ac libris docebat. Cōtigit forte eodem tempore: vt quidam ex his quos dicunt agentes in rebus apud hypponen regiꝫ conſtitutus: bene chriſtianus deumq; timens comperata eius bona fama atq; doctrina deſideraret atq; optaret euꝫ videre: promittens ſe poſſe mundi huius omnes contemnere cupiditates atq; illecebras: ſi aliquando ex eiꝰ ore dei verbum audire meruiſſet. Quod cuꝫ ad ſe fideli fuiſſet relatione delatū. liberare aīam cupiens ab huius vite periculis: morteq; eterna: ad memoratam vltro atq; ꝯfeſtim venit ciuitatem: ⁊ hominem viſum allocutus frequentius

atqꝫ exortatus est:ꝙtum deus donabat: vt qđ
deo vouerat redderet. Hec se ille facturuꝫ de
die in diem pollicebatur: nec tamē in eius tūc
hoc ipleuit presentia. Sꝫ vacare vtiqꝫ ⁊ inane
esse non potuit: qđ per tale vas mundum in ho
nore vtile: dño ad omne opus bonū paratū: in
omni loco: diuina gerebat ꝓuidentia. Eodem
itaqꝫ tempore in ecclesia hypponensi catholica
valerius sanctus epatū gerebat. Qui cuꝫ flagi-
tante ecclesiastica necessitate: de ꝓuidendo ⁊ or-
dinando presbytero ciuitatis: plebem dei alloq̄
retur ⁊ exhortaretur: iam scientes catholici san
cti augustini propositū ⁊ doctrinam: manu inie
cta quoniam ⁊ idē in populo secutus ⁊ ignarus
quid futuruꝫ esset astabat. Solebat aūt laicus
vt nobis dicebat ab eis tm̄ ecclesijs q̄ nō ha-
berēt epos suam abstinere presentiaꝫ. Cū ergo
tenuerunt: ⁊ vt in talib⁹ consuetū est epo ordi-
nandum intulerunt. omnib⁹ id vno consensu ⁊
desiderio fieri perficiqꝫ petentibus: magnoqꝫ
studio ⁊ clamore flagitantibus: vbertim eo flē
te nonnullis quidē lachrymas ei⁹ vt nobis ipe
retulit: tunc superbe interp̄tantibus: ⁊ tanꝙ eū
consolātibus ac dicentibus: Quia locus p̄sby-
terij licꝫ ipse maiore dignus esset: appropin-
quaret tamē epatui. Cū ille homo dei vt nobis
retulit maiori cōsideratione intelligeret ⁊ geme
ret: ꝙ multa ⁊ ꝙ magna sue vite p̄icula de re-
gimine ⁊ gubernatione ecclesie impendere: ac
prouenire spectaret: atqꝫ ideo fleret. Et eorum
tunc vt voluerunt completum est desideriū. Fa
ctus ergo presbyter monasterium intra ecclesiā
mox instituit: ⁊ cum dei seruis viuere cepit ꝭm
modum ⁊ regulam sub sanctis apostolis cōsti-
tutam: maxime vt nemo quicꝙ proprium in il
la societate haberet: sed eis essent omnia com-
munia: ⁊ distribueretur vnicuiqꝫ prout cuiqꝫ
opus erat. quod iam ipse prior fecerat dum de
transmarinis ad sua remeasset. Sanctus vero
valerius ordinator eius vt erat vir pijssimus
⁊ deum timēs: exultabat: ⁊ deo gratias agebat:
suas exauditas a domino fuisse preces: quas se
frequentissime fudisse narrabat. s. vt sibi diui
nitus homo concederetur talis: qui posset ver-
bo dei ⁊ doctrina salubri ecclesiam dei edifica
re: cui rei se homo natura grecus: minusqꝫ la-
tina lingua ⁊ litteris instructus: minus vtilem
peruidebat: ⁊ eidem presbytero potestateꝫ de-
dit coram se in ecclesia euangelium predicādi
ac frequentissime tractandi: ꝯtra vsum quideꝫ
⁊ consuetudinem africanarum ecclesiaꝝ: vnde
etiam ei nonnulli episcopi detrahebant. Sed
ille vir venerabilis ac ꝓuidus in orientalibus
ecclesijs id ex more fieri sciens: vtilitati ecclīe
consulens obtrectatorum non curabat linguas
dummodo factitaretur a presbytero quod a se
episcopo impleri minime posse cernebat. Un
de accensa ⁊ ardens eleuata super candelabruꝫ
lucerna omnibus qui in domo erant lucebat:
Et postea currente ⁊ volante huiusmodi fama
bono precedente exemplo: accepta ab epis po
testate: presbyteri nōnulli coram epis populis
tractare ceperunt verbū dei. Sane tunc in illa
hypponensi vrbe manicheorum pestilentia ꝙ
plurimos ciues ⁊ peregrinos infecerat ⁊ pene-
trauerat seducente ⁊ decipiente eiusdem here-
sis quodam presbytero nomine fortunato. ibi
dem conuersante atqꝫ morante. Interea hyp-
ponenses ciues ⁊ peregrini christiani tam ca-
tholici ꝙ etiam donatiste adeunt augustinum
presbyterum: atqꝫ deposcunt: vt illum hominē
manicheorum presbyteruꝫ quem doctum cre
debant videret: ⁊ cum eodem de lege tractaret
Quod idem vt scriptum est: paratus ad respō
sionem omni poscenti se rationeꝫ de fide ⁊ spe
que in deo est: potensqꝫ exhortari in doctrina sa
na: ⁊ cōtradicentes redarguere minime rēnuit
sed vtrum etiam hoc fortunatus fieri vellet sci
scitatus est. At illi confestim ad ipsum fortuna
tum id detulerunt: petentes ⁊ exhorantes ac
flagitantes quod id minime recusaret. Sane
quoniam idem fortunatus iam apud carthagi-
nem sanctum nouerat augustinuꝫ adhuc in eo-
dem secum errore cōstitutum: cum eodem con
gredi pauitabat. Ueruntamen suorū maxime
instantia coactus ac verecundatus: promisit co
minus se esse venturum: certamenqꝫ disputā-
di subiturum. Unde condicto die ⁊ loco conue
nerunt in vnum concurrētibus ꝙ plurimis vi
ris studiosis: turbisqꝫ curiosis: ⁊ apertis notari
orum tabulis disputatio est cepta primo: ⁊ secū
do finita est die. In qua ille manicheus prece-
ptor vt se gestorum continet fides: nec catholi-
cam assertionem potuit euacuare: nec mani-
cheorum sectam subnixa veritate valuit com-
probare: sed deficiens responsione vltimo col-
laturum se cum suis maioribus: ea que refelle
re non potuit ꝓsecutus est: ⁊ si sibi forte de his
satis minime fecissent sue anime consulturum:
atqꝫ ita ab omnibus apud quos magnus ⁊ do-
ctus videbatur: nihil valuisse in sue secte asser
tione iudicatus est. Qua ille confusione affectus
⁊ sequenti tempore de hypponensi ciuitate ꝓ-
fectus: ad eandem amplius non remeauit: ac
sic per memoratum dei hominem omniū cor
dibus: vel qui aderant: vel qui absentes illa
que gesta sunt cognouerant: error ille ablatus:
catholica est intimata: ac comperta sincera re-
ligio. Et docebat ac predicabat ille priuatim
: ⁊ publice: in domo: ⁊ in ecclesia salutis verbum

cum omni fiducia aduersus africanas hereses
maximeqꝫ contra donatistas: manicheos: ⁊ pe-
lagianos: libris confectis: ⁊ repetitis sermoni-
bus ineffabiliter admirantibus christianis et
colletantibus: ⁊ hocipsum vbi poterant nō ta-
centibus: sed diffamantibus. Sicqꝫ adiuuan-
te domino leuare in africa ecclesia catholica ex
orsa est caput: que multo tempore illis conuale
scentibus hereticis precipueqꝫ rebaptizāte do
nati parte maiorem multitudinem afrorꝫ se-
ducta ⁊ oppressa iacebat. Libros vero eiusdem
siue tractatus mirabili dei gratia procedentes
ac perfluentes: instructos omni rationis copia
atqꝫ auctoritate sanctarū scripturarꝫ: ipi quoqꝫ
heretici concurrentes: cum catholicis ingenti
ardore audiebāt: ⁊ quisqꝫ vt voluit ⁊ potuit no-
tarios adhibens etiam ea que dicebantur ex-
cepta descripsit. Et inde iam per totum africe
corpus preclara doctrina odorqꝫ suauissimus
christi diffusa ⁊ manifestata est: congaudente h
quoqꝫ cōperto ecclesia dei transmarina. Quo-
niam sicut dum patitur vnum membrum: cō-
patiuntur omnia membra: ita etiam cum glori
ficatur vnum membrum: cōgaudēt omnia mē
bra. Per idem tempus coraꝫ episcopis hoc il
li iubentibus qui plenarium totius africe con-
ciliū hyppone agebant: de fide ⁊ simbolo pres-
byter adhuc augustinus disputauit. Ille vero be
atus senex valerius ceteris ex hoc amplius ex-
ultans: ⁊ deo gratias agens de concesso sibi spe
ciali beneficio: metuere cepit: vt est humanus
animus: ne ab illa ecclesia sacerdos ꝓbatus ad
episcopatum quereretur ⁊ sibi auferretur. Nā
⁊ id prouenisset: nisi ⁊ hoc idem episcopus co-
gnito: ad locum secretum eum transire curasset
occultatumqꝫ a querentibus minime inueniri
fecisset. Unde amplius formidans idem vene
rabilis senex: ⁊ sciens se corpore ⁊ etate infir-
missimum: egit secretis litteris apud primateꝫ
episcopum sedis carthaginensis allegans im-
becillitatem corporis sui: etatisqꝫ grauitateꝫ
⁊ obsecrans vt hypponensi ecclesie ordinare-
tur episcopus: qui sue cathedre non tā succede
ret: sed cōsacerdos accederet augustinus. Que
igitur beatus valerius optauit ⁊ rogauit: sata
gens rescripto impetrauit. Post quam peti-
tionem ad visitandum adueniente ad ecclesiaꝫ
hypponensem tunc primate numidie megalio
calamensi episcopo ⁊ valerius antistes episco
pis qui forte tunc aderant: ⁊ clericis omnibus
hypponensibus: ⁊ vniuerse plebi inopinatam
cunctis suam insinuat tunc voluntatem omni-
busqꝫ audientibus ⁊ gratulantibus: atqꝫ id fie-
ri perficiqꝫ ingenti desiderio clamantibus: epi-
scopatum suscipere contra morem ecclesie suo
viuente episcopo presbyter augustinus recusa-
bat. Dumqꝫ id fieri solere ab omnibus suade-
retur: atqꝫ id ignaro transmarinis ⁊ africanis
ecclesie exemplis probaretur: compulsus atqꝫ
coactus succubuit: ⁊ episcopatus curam ⁊ ma
ioris loci ordinationeꝫ suscepit. Quod in se ipe
postea fieri non debuisse: vt viuo suo episcopo
ordinaretur: ⁊ dixit: ⁊ scripsit: propter concilij
vniuersalis vetitum: quod iam ordinatus di-
dicit: nec quod sibi factuꝫ esse doluit: alijs fieri
voluit. Unde etiam sategit: vt concilijs consti
tueretur episcoporꝫ: ab ordinatoribus deberi
ordinandis vel ordinatis omnium statuta sa-
cerdotum in notitiam esse deferenda. Atqꝫ ita
factum est: vt episcopatu suscepto multo instā-
tius ac feruentius maiore auctoritate: nō adhuc
in vna tm̄ regione: sed vbicūqꝫ rogatus venis-
set verbum salutis eterne alacriter ac suauiter
pullulante atqꝫ crescente domini ecclesia predi
cabat: paratus semper poscentibus reddere ra
tionem de fide ⁊ spe: que cum deo est: ⁊ eius di
cta atqꝫ excepta maxime donatiste in eadē hyp
ponensi vel vicina manentes ciuitate ad suos
episcopos deferebant. Que cum audissent: ⁊
contra forte aliquid dicerent: aut a suis refel-
lebatur: aut eadem res ad sanctum augustinum
deferebatur: eaqꝫ comperta patienter ac leniter
vt scriptum est. cum timore ⁊ tremore salutem
omnium operabatur. Ostendens qꝫ nihil illi
refellere voluerint ac valuerint. Quāqꝫ verū ma
nifestūqꝫ sit quod ecclesie dei fides tenet ac do-
cet. Et hec diebus ac noctibus ab eodem iugi
ter agebantur. Nam ⁊ eplas priuatas ad quos
cunqꝫ eiusdem erroris episcopos ⁊ eminentes
scilicꝫ laicos dedit: ratione reddita admonēs
atqꝫ exhortans: vt vel ab illa se prauitate cor-
rigerent: vel certe ad disputationes venirent.
Illi vero causa diffidentie nihil vnqꝫ rescribe-
re voluerunt: sed irati furiosa loquebāt: atqꝫ se
ductorem deceptorēqꝫ aiarꝫ augustinum esse: ⁊
priuatim ⁊ publice ꝓclamabant: ⁊ velut lupū oc
cidēdum esse in defensionē gregis scilꝫ: sui dice
bant ⁊ tractabant. oiaqꝫ peccata a deo indubi-
tanter esse credendū posse dimitti hijs qui hoc
facere ac perficere potuissent: nec deum timē-
tes nec homines erubescentes. Et vt eorꝫ cau-
sa diffidentie cunctis innotescere elaborauit: ⁊
publicis gestis conuenti non sunt ausi cōferre.
Habebant etiam eidem donatiste per suas pe
ne omnes ecclesias inauditum hominum ge-
nus peruersum ac violentum: velut sub pro-
fessione continentium ambulātes: qui circūcel-
liones dicebant. Et erant in ingenti numero ⁊

turba per omnes fere africanis regiones cōsti-
tuti. Qui malis imbuti doctoribus audacia su-
perba: ⁊ temeritate illicita: nec suis: nec alienis
aliquando percebant: contra ius fasqꝫ in cau
sis interdicentes hominibꝰ ⁊ nisi obedissent:
damnis grauissimis ⁊ cedibus afficiebant: ar-
mati diuersis telis: bachantes per agros vil-
lasqꝫ vsqꝫ ad sanguinis effusionem accedere nō
metuentes. Sed dum verbum dei sedulo p̄di
caretur: ⁊ cū his qui oderunt pacē pacis rō ha-
beretur. illi pacem loquētes debellabāt gratis
Cūqꝫ aduersus eorum dogma veritas innote
sceret: qui volebant ⁊ poterant sese inde vel cri
piebant vel subducebant: ⁊ paci atqꝫ vnitati ec
clesie cum suis quibus poterant coherebant
Unde illi sui erroris congregationem minui vi
dentes: atqꝫ augmentis ecclesie inuidentes: ac-
censi exardescebant ira grauissima: ⁊ intolera-
biles persecutiones vnitati ecclesie compacti
faciebant. Ipsisqꝫ sacerdotibus catholicis ⁊ mi
nistris aggressiōes diurnas atqꝫ nocturnas di
reptionesqꝫ rerum omniū vi inferebant. Naz
⁊ multos dei seruos cedibus debilitauerunt:
aliquibus etiam calcem cum aceto in oculos
miserunt: aliosqꝫ occiderunt. Unde etiam suis
ijdem donatiste rebaptizatores in odium ve-
niebant. Proficiēte vero doctrina diuina sub
sancto ⁊ cū sancto augustino in monasterio deo
seruientes: ecclesie hipponensi clerici ordina-
ri ceperunt: ac deinde innotescente ⁊ clarescē-
te de die in diem ecclesie catholice predicatio-
nis veritate sanctorumqꝫ seruorum dei propo
sito continentia ⁊ paupertate profunda: ex mo-
nasterio quod per illum venerabilem virum ⁊
esse ⁊ crescere ceperat: magno desiderio posce-
re atqꝫ accipere episcopos ⁊ clericos pax eccle
sie atqꝫ vnitas ⁊ cepit primo ⁊ postea consecu-
ta est. Nam ferme decem quos ipse noui sctōs
ac venerabiles viros continētes ⁊ doctissimos
beatus augustinus diuersis ecclesijs nōnullis
quoqꝫ eminentioribus rogatus dedit. Siliqꝫ
⁊ ipsi ex illorū sanctoꝝ proposito veniētes: dn̄i
ecclesijs propagatis: ⁊ monasteria instituerunt
⁊ studio crescente edificationis verbi dei cete-
ris ecclesijs promotos fratres ad suscipiendū
sacerdotiuz prestiterunt. Unde p̄ multos ⁊ in
multis salubris fidei spei ⁊ charitatis ecclesie
innotescēte doctrina: nō solum per omnes afri
canas partes: verumetiaz in transmarinis ⁊
per libros editos atqꝫ in grecuz sermonē trāsla
tos: ab illo vno homine: ⁊ per illū multis fauē-
te deo: multa innotescere meruerūt. Atqꝫ hinc
vt scriptum est peccator videns irascebatur:
dentibus suis frendebat ⁊ tabescebat: serui au
tem christi vt dictum est: cum his qui oderunt
pacem erant pacifici: ⁊ cuz loquerētur debella
bantur gratis ab eis. Aliquotiēs v̄o etiā vias
armati ijdē circuncelliōes cōtra famulum dei
augustinum obsederunt: dum forte iret roga-
tus ad visitandas instruendasqꝫ ⁊ exortandas
catholicas plebes: quod ipse frequentissime fa
ciebat. Et aliquando contigit vt illi succentu-
riati hactenus perderent captionem. Euenit
quidē dei prouidentia sed ductoris hominis er-
rore: vt per aliaz viā cū suis comitibꝰ sacerdos
quo tendebat venisset: atqꝫ per hūc quē postea
cognouit errorem: manus impias euasisset: ⁊
cum in omnibus liberatori deo gratias egisset
illi omnino suo more nec laicis nec clericis pe
percerunt: sicut publica contestantur gesta. In-
terea silendum non est quod ad laudez dei per
illius tam egregij in ecclesia viri studium do-
musqꝫ dei zelum aduersus predictos rebapti-
zatores donatistas gestum ⁊ perfectuz est. Cū
forte vnus ex his quos de suo monasterio ⁊ cle
ro episcopus ecclesie propagauerat: ad suā cu-
ram pertinentem calamensis ecclesie diocesim
visitaret: ⁊ que didicerat p̄ pace ecclesie contra
illam heresim predicaret. factuz ē vt medio iti-
nere eorum insidias incurrisset: ⁊ peruasum cuz
omnibus illi comitantibus: sublatis aialibus ⁊
rebus iniurijs ⁊ cede grauissima eū affecissent
De qua re ne pacis ecclesie amplius impedi
retur p̄fectus: defensor ecclesie inter leges non
siluit. Et preceptus est crispinus qui ijsdem do-
natistis in calamēsi ciuitate ⁊ regione episcopꝰ
fuit: predicatus scilz ⁊ multi tēporis ⁊ edoctus
ad multam teneri auaritiā publicis legibꝰ pre
sentatus contra hereticos cōstitutam. Qui re-
sultans legibus cum presentatꝰ apud proconsu
lem se negaret hereticuz obruta est necessitas:
vt illi recedente ecclesie defensore a catholico
episcopo resisteretur: ⁊ conuinceretur qd̄ esse se
fuisse negauerat: quoniā si ab eodem dissimula
retur forte catholicus episcopus ab ignorātibꝰ
crederetur: illo se quod erat negante: atqꝫ ita ex
hac desidia infirmis scandaluz nasceretur. Et
memorabili augustino antistite omnimodis i-
stante ad controuersiam ambo ipsi calamēses
episcopi venerunt: ⁊ de ipsa diuersa commu-
nione tertio conflictu secum egerunt: magna
populorum christianorum multitudine cause
exitum: ⁊ apud carthaginem ⁊ per totam afri-
cam expectante. atqꝫ ille crispinus p̄consulari
⁊ libellari sentētia est p̄nūtiatꝰ hereticꝰ. Proqꝫ
illo apud cognitorem catholicus episcopus in
tercessit ⁊ ne auraria multa exigeretur ei est be-
neficium impetratuz. Unde cum ingratus ad
pijssimum principem prouocasset: ab impera-
tore relationi redditum est rn̄sum solutū: ⁊ cōse-

quenter preceptum: nullo prorsus loco hereti-
cos donatistas esse debere ⁊ eos ad vim legū
omnium contra hereticos latarum: vbiqꝫ te-
neri debere. Ex quo ⁊ iudex propter officium
⁊ idem crispinus ꝙ minime fuerat exact⁹: prece
pti sunt duas auri libras fisci iurib⁹ īferre. Sꝫ
protin⁹ opera data est ꝑ catholicos episcopos:
precipue per sancte memorie augustinū vt il-
la omnium condemnatio principis dimittere-
tur indulgentia. Et domino adiuuante perfe-
ctum est. Qua diligentia ⁊ sancto studio multū
creuit sancta ecclesia. Et hijs omnib⁹ pro pace
ecclesie gestis: Augustino dominus ⁊ hīc palmā
dedit: ⁊ apud se iustitie coronam reseruauit: ac
magis magisqꝫ iuuante christo de die in diē au
gebat: ⁊ multiplicabat pacis vnitas: ⁊ ecclesie
dei cōfraternitas. Et id maxime factū est post
collationē q̄ ab vniuersis ep̄is catholicis apud
carthaginem cū eisdē donatistarum episcopis
postmodum facta est: adiuuante gloriosissimo
⁊ religiosissimo imperatore Honorio. propter
quod perficiendum etiam a suo latere tribunū
⁊ notarium marcellinū africam iudicem mise
rat. In qua coatrouersia illi omnib⁹ modis cō
futati: atqꝫ de errore a catholicis conuicti: sen-
tentia cognitoris notati sunt: post eorum appel
lationem pijssimi regis responso: iuste inter he
reticos condemnati sunt. Ex qua ratione nota
ti sunt: solito amplius eorum episcopi: qui cū
suis clericis ⁊ plebibus nō communicauerūt.
Et pacem tenentes catholicam: multas corū
persecutiones vsqꝫ ad membrorum amputatio
nem ⁊ internetionem. Et totum illud bonum
vt dixi per sanctum illum hominem consentiē
tibus nostris episcopis ⁊ pariter satagentibus
⁊ ceptum ⁊ perfectum est. Porro autem post
illam que cum donatistis facta est collationē
non defuerunt qui dicerent permissos non fuis
se eosdem episcopos apud potestatem que cau
sam audiuit: dicere omnia pro suis partibus:
quoniam catholice communionis cognitor sue
fauebat ecclesie: licet hoc deficiētes ⁊ victi ad
excusationem iactarent: quando quidem ⁊ an
te controuersiam idem heretici catholice com
munionis eundem esse nouerant: ⁊ dum ab eo-
dem conuenirentur publicis gestis: ꝙ ad colla
tionem occurrerent ⁊ se esse facturos prosecu
ti sunt. Poterant vtiqꝫ susceptum eum haben
tes: recusare congressum. Tamen omnipoten
tis dei prestitit auxilium: vt postea in cesariē
si mauritanee ciuitate constitutus venerabilis
memorie augustinus: quo eum venire cū alijs
ep̄is sedis apostolice lr̄e copulerūt: ob terminā
das videlicꝫ alias ecclesie necessitates. Hac ğ
occasione ꝓuenit vt emeritū eiusdē loci dona-
tistarum episcopū: quē sue secte precipuū in il-
la collatione habuerunt defensorem videret. ⁊
cum eodem publice in ecclesia populo astāte di
uerse cōionis ex hoc ipso disputaret: ⁊ ꝓuocaret
gestis ecclesiasticis: vt qđ forte sicut dicebāt ꝓ
sequi potuit in collatione: sꝫ ꝑmissus nō fuerat
in presenti sine alicuius ptātis ꝓhibitione aut
potentia securus dicere minime dubitaret: et
in sua ciuitate suis oībus presentibus ciuibus
fiducialiter ꝓpriā defendere cōionem nō dene
gasset. Ille nec hac hortatione nec suorū paren-
tum ⁊ ciuiū instanti petitione id facere voluit:
qui ei pollicebantur se ad eius redituros com
munionem. etiam cum discrimine patrimoni
orum: salutisqꝫ sue temporalis: si modo catho-
licam superaret assertionem. At ille ampli⁹ di
cere illis gestis nihil voluit nec valuit: nisi tan
tum: iam illa inquit gesta continent apud car
thaginē int ep̄os confecta vtrū vicerimus an
victi fuerimus. Et dum a notario alio loco vt
responderet ammoneretur ⁊ reticeret: eius cun
ctis manifestata diffidētia: ecclesie dei augmē
ta ac firmamenta ꝓuenerunt. Quisquis ergo
diligentiam ⁊ operam beatissime memorie au
gustini pro ecclesie dei statu cognoscere pleni⁹
voluerit: etiā illa percurrat gesta: ⁊ inueniet q̄
vel qualia ꝓtulerit quibus illum doctum elo-
quentem ⁊ predicatum hominem ꝓuocaret.
hortatusqꝫ fuerit vt ꝓ sue defensione partis qđ
vellet ediceret. illūqꝫ victum cognoscet. Scio
ego non solum ipse possidoni⁹ presul qui vitā
hanc conscripsi: verū etiā alij fratres ⁊ conser-
ui q nobiscum tūc intra hipponen̄. ecclesiā: cū
eodem sancto viro viuebant: nobis pariter ad
mensam cōstitutis eum dixisse. Aduertistis ho
die in ecclesia meum sermonem eiusqꝫ initiū
⁊ finem contra meam consuetudinem ꝓcessisse:
quoniā nō eam rē terminata explicuerim quā
ꝓposueram. sed pendentē reliquerim. Cui rn̄
dimus. Ita nos in tp̄e miratos fuisse scimus:
⁊ recognoscim⁹. At ille. Credo ait ꝙ forte ali-
quem errantem in populo: dn̄s ꝑ nostrā obliui
onem ⁊ errorem doceri ⁊ curari voluerit. In
cuius manus sunt ⁊ nos ⁊ sermōes nostri. Nā
cum ꝓposite questionis latebras ꝑtractarem:
in aliū sermonis excursum perrexi: atqꝫ ita nō
conclusa vel explicata questione disputationē
terminaui: magis aduersum manicheorū erro
rem. Unde nihil dicere decreuerā disputans:
q̄ꝫ de hijs que asserere proposueram. Et post
hec nisi fallar: ecce alia die vel post biduū ve-
nit quidā firm⁹ nomine negotiator: ⁊ intra mo
nasterium sedēte sancto augustino corā nobis
ad pedes eius genibus ꝓuolutus sese iactauit
lachrymas fundēs: ⁊ rogās vt ꝓ eius delictis

sacerdos cũ suis dominũ deprecaret: confitẽs
ꝙ manicheoꝝ sectã secut⁹ fuisset: ⁊ in ea ꝗ̃ plu
rimis annis vixisset: ⁊ ꝓpterea pecuniã multã
ipsis manicheis vel eis quos dicunt electos
incassum erogasset: ac se in ecclesia ꝑ dei miser'
cordiã fuisse ei⁹ tractatib⁹ nuper correptũ
atqꝫ catholicũ factũ. Quod ⁊ ipse venerabilis
augustinus ⁊ nos qui tunc aderamus ab eodẽ
diligenter inquirentes: ex qua re potissimum
in illo tractatu sibi fuerit satisfactũ. ⁊ referente
eo: nobisqꝫ omnib⁹ sermonis seriẽ recognoscẽ
tibus: ꝓfundum consilium dei pro salute aĩaꝝ
ammirãtes ⁊ stupentes glorificauimus sanctũ
eius nomen ⁊ benediximus: qui cũ voluerit: ⁊
vnde voluerit: ⁊ quomõ voluerit: ⁊ ꝑ scientes
⁊ ꝑ nesciẽtes aĩaꝝ opatur salutẽ. Ex eo ille hõ
ꝓposito seruoꝝ dei adherens negociatoris di
misit actionem ⁊ ꝓficiens in ecclesie membris.
In alia regione ad presbyterij quoqꝫ dei volũta
tẽ petitus ⁊ coactus accessit officiũ: tenẽs atqꝫ
custodiens ꝓpositi sanctitatẽ. Et forte adhuc
vsqꝫ nunc in rebus humanis viuit trans mare
constitutus. Apud carthaginẽ quoqꝫ dum per
quendam domus regie procuratorem nominẽ
vrsum fidei catholice hominẽ ad quosdã ma
nicheorũ quos electos vel electas dicũt blas
phemis operib⁹ presentes perueniret: atqꝫ ad
ecclesiam ab eodem deducerẽtur ⁊ ꝑducerẽtur
ab ep̃is ad tabulas auditi sũt. Inter quos etiã
sancte memorie augustin⁹ fuit: q pre ceteris il
lam execrabilem sectã nouerat: ⁊ eoꝝ prodens
eiusmodi damnabiles blasphemias: ex locis
librorũ quos illi accipiunt manichei. vsqꝫ ad
confessionẽ earũdem blasphemiaꝝ eos perdu
xit: ⁊ que inter se illi suo more malo indigna et
turpia facere cõsueuerunt a feminaꝝ illaꝝ ve
lut electarũ ꝑditione: illis ecclesiasticis gestis
declaratũ ẽ. Atqꝫ ita pastoꝝ diligẽtia domini
co gregi ⁊ augmentum accessit: ⁊ aduersus fu
res atqꝫ latrones defensio competens procura
ta est. Cum quodam etiã felice de numero eo
rum quos electos dicunt iidẽ manichei: quiqꝫ
hipponẽ venerat eũdẽ seminatur⁹ errorẽ: publi
ce in hipponen. ecclesia notarijs excipientibus
disputauit beatus augustinus populo astante.
Et post secundam vel tertiam collationem ille
manicheus frustrata vanitate ⁊ errore illius
secte ad nostram cõuersus est fidem atqꝫ eccle
siam: sicut eadem relecta docere poterit scrip
tura. Preterea cũ quodam etiã pascentio co
mite domus regie arriano: qui ꝑ auctoritatẽ
sue persone fisci vehemẽtissimus exactor fidẽ
catholicam atrociter ac iugiter oppugnabat: ⁊
ꝗ̃plurimos sacerdotes dei simpliciori fide vi
uentes: dicacitate ac potestate exagitabat: ⁊ per
turbabat presentibus honoratis ⁊ nobilibus
viris apud chartaginem ab illo prouocatus co
ram contulit. Sed idem hereticus tabulas
atqꝫ stilum: quod magister noster ⁊ ante con
gressum ⁊ in congressu instantissime fieri vole
bat: ne adessent omnimodo recusauit. Et dũ
id pernegasset: dicens quod legũ metu publi
carum periclitari tabulis scriptis nollet: inter
positis stilo ⁊ tabulis augustinus episcopus cũ
suis qui aderant consacerdotibus vt absqꝫ vl
la scriptura priuatim disputarent collationem
suscepit predicens quod postmodum contin
git: ꝙ post solutum conuentum esse cuiqꝫ posset
liberum arbitrium forte dicere. nullo scriptu
re documento se dixisse quod forte non dixe
rit: vel non dixisse quod dixerit. Beatus au
gustinus miscuit cum eodem sermonem atqꝫ
asseruit quid crederet: ⁊ ab illo qd teneret au
diuit: ⁊ vera ratione atqꝫ auctoritate scriptura
rum probata docuit: ⁊ ostendit nostre fidei fir
mamẽta. Illius aũt asserta nulla veritate: nul
la scripturarũ sanctarũ auctoritate suffulta do
cuit ⁊ frustrauit. Et vt a seinuicem partes di
gresse sunt: ille magis magisqꝫ iratus ⁊ fruens
mendacia multa pro fide sua falsa iactabat: vi
ctũ esse a seipso proclamans: multorũ ore lau
datum augustinum. Que cum illum venerabi
lem virũ minime laterent: coactus est ad ip̃m
scribere pascẽtui ꝓpter illi⁹ metum omissis no
minib⁹ conferentiũ: ⁊ in eis litteris quicqd inf
partes dictum vel gestum fuerat fideliter iti
mauit: ad ea si negaret ꝓbanda magnam te
stium habens copiã clarissimos. s. atqꝫ hono
rabiles q tunc aderant viros. Atqꝫ ille ad duo
sibi directa scripta: vnũ vix reddidit scriptum
in quo magis iniuriam facere: ꝗ̃ sue secte rati
onem valuit declarare. Quod a volentibus ⁊
a valentibus legere cumprobatur. Cum ip̃oꝝ
quoqꝫ arrianoꝝ ep̃o quodã maximo cũ gothis
ad africam veniente apud hipponẽ ꝗ̃ plurib⁹
volentib⁹ atqꝫ petentib⁹ ⁊ preclaris interposi
tis viris contulit: ⁊ quid singule asseruerint par
tes scriptum est. Que si studiosi diligenter lege
re voluerint: ꝓculdubio indagabunt ⁊ quid cal
lida ⁊ rationabilis heresis ad seducendum et
decipiendum ꝓfiteatur: ⁊ quid eccl'ia catholica
de diuina teneat ⁊ predicet trinitate. Sed ille
hereticus de hippone rediens ad carthaginẽ
de sua multa in collatione loquacitate victorẽ
se de ipsa collatione recessisse iactauit ⁊ men
titus ẽ. Que vtiqꝫ nõ facile a diuine legis igna
ris examinari ⁊ dijudicari possent a venerabili
viro augustino sequenti tempore stilo: ⁊ illius
totius collationis de singulis obiectis ⁊ respon
sis facta est recapitulatio. Et ꝗ̃ nihil ille obie

ctis referre potuerit: nihilominus demonstratum est additis supplementis que in tempore collationis angusto cuncta inferri ⁊ scribi minime potuerunt. Id enim egerat nequitia hominis: vt sua nouissima prosecutione multum longissima totum qđ remanserat diei spatium occuparet. Aduersus pelagianistas quoqꝫ nouos nostrorum temporum hereticos ⁊ disputatores callidos arte magis subtili noxia scribentes: ⁊ vbicunqꝫ poterant publice ⁊ per domos loquentes: per annos ferme decem laborauit librorum multa condens ⁊ edens ⁊ in ecclesia populis ex eodem errore frequentissime disputans. Et qm̄ iidez peruersi sedi apostolice per suam ambitionē eandez ꝑfidiā ꝑsuadere conabantur: instantissime etiā ꝯcilijs africanis sanctorū ep̄oꝝ gestū est: vt sancto pape vrb rome ⁊ prius venerabili innocentio: ⁊ postea sancto zosimo: eius successori persuaderet: ꝙ illa secta catholica fide ⁊ abominanda ⁊ damnanda fuisset. At illi tante sedis antistites suis diuersis temporibus eosdem notantes: atqꝫ a mēbris ecclesie precidētes: datis litteris ad africanas occidentis ⁊ orientis ecclesias: eos anathematizandos ⁊ deuitandos ab omnibus catholicis censuerunt. Et hoc tale de illis ecclesie dei catholice prolatum iudicium esse pijssimus imperator honorius audiēs ac sequens: suis eos legibus damnatos inter hereticos haberi debere constituit. Unde nonnulli ex eis ad sancte matris ecclesie gremiū vnde resilierāt redierūt ⁊ adhuc alij redeunt: innotescente ⁊ preualescēte aduersus illum detestabilē errorem recte fidei veritate. Et erat ille memorabilis vir augustinus: precipuū dominici corporis mēbroꝝ: circa vniuersalis ecclesie vtilitatē sollicit⁹ sēper ac ꝑuigil. Et illi diuinit⁹ donatū est: vt de suorum laborum fructu etiaz in hac vita gaudere ꝑuenisset: prius quidem in hipponensi ecclesia ⁊ regione cui maxime presidebat vnitate ac pace perfecta. deinde in alijs africe partib⁹ siue ꝑ seipsum: siue per alios ⁊ quos ipse dederat sacerdotes pullulasse: ⁊ multiplicataz fuisse dominici ecclesiaz peruidens: illosqꝫ manicheos donatistas: pelagianistas: ⁊ paganos: magna parte defecisse ⁊ ecclesie dei sociatos eē cōgaudens. Profectibus quoqꝫ ⁊ studijs fauēs erat ⁊ exultans bonorum omniū: indisciplinationez pie ac sancte tolerans fratrum: ingemiscensqꝫ de iniquitatibus malorum: siue eorum qui intra ecclesiam siue eoꝝ qui extra ecclesiam sunt cōstituti dn̄icis: vt dixi: lucris semꝑ gaudens: ⁊ damnis merens. Tanta autē ab eodez dictata ⁊ editata sunt: tanqꝫ in ecclesia disputata excepta atqꝫ emendata: vel aduersus diuersos hereticos conscripta: vel ex canonicis libris exposita: ad edificationem sanctorum ecclesie filiorum: vt ea omnia vix quisqꝫ studiosorū nosse ⁊ perlegere sufficiat. Uerūtamen ne veritatis auidissimos in aliquo fraudare videamur statu deo prestante in hui⁹ opusculi fine etiam eorūdem librorū tractatuū ⁊ epistolaꝝ indiculum adiūgere. Quo lecto qui magis dei veritate qꝫ tēporales amāt diuitias: sibi quisqꝫ qđ voluerit ad legndū ⁊ cognoscēdū eligat: ⁊ id ad scribendum: vel de bibliotheca hypponensis ecclesie petat: vbi emendatoria exemplaria forte poterit inuenire: vel vnde valuerit inquirat: ⁊ inuenta describat ⁊ habeat ⁊ petenti ad describendum sine inuidia etiam ipse tribuat. Secundū apostoli quoqꝫ sn̄iam dicentis. Audet qsqꝫ vestrum aduersus alterum negotiuz habens iudicari ab iniquis: ⁊ nō apud sanctos. An nescitis qr sc̄ti mūdū iudicabūt. Et si in vobis iudicatur mūdus: indigni estis iudicioꝝ minimoꝝ. Nescitis qr angelos iudicabimus. Ne dum secularia? Secularia igitur iudicia si habueritis inter vos: eos qui contemptibiles sunt in ecclesia hos collocate ad iudicandū. Ad reuerētiaz vobis loquor. Sic nō est inter vos quisqꝫ sapiens q possit inter fratrē suū diiudicare: sꝫ frater cū fratre iudicio contendit: hoc apud infideles? Interpellatus ergo beatus augustinus a christianis vel a cuiuscūqꝫ secte hominibus: causas audiebat diligenter ac pie. Cuiusdaz vero sn̄iam ante oculos hn̄s: dicētis se male inter incognitos qꝫ inter amicos causas audire: eo ꝙ de incognitis ꝓ quo arbitrata eqtate iudicaret amicū posset acquirere. De amicis vero vnū eēt ꝯ quē sn̄iam ꝓferet perditur⁹. Et eas aliqn̄ vsqꝫ ad horā refectionis: aliqn̄ autem tota die ieiunans: semper tn̄ noscebat ⁊ dirimebat: intēdēs in eis christianorum momenta aioꝝ quantum qsqꝫ vel in fide bonisqꝫ operib⁹ ꝓficeret: vel ab his deficeret. Atqꝫ compertis reruz oportunitatibus diuine legis veritate partes docebat: eāqꝫ illis inculcabat: ⁊ eos quo adipiscerentur vitā eternā edocebat ⁊ āmonebat: nihil aliud querens ab his quib⁹ ob hoc narrabat nisi tm̄ obedientiam ⁊ deuotionem christianam: que ⁊ deo debetur ⁊ hominib⁹ peccantes corā oib⁹ arguens: vt ceteri timorem haberēt. Et faciebat hoc tanqꝫ speculator a dn̄o constitutus domui israel: predicans verbū: atqꝫ instans oportune importune: arguens: hortans: increpans: in oī longanimitate ⁊ doctrina precipueqꝫ operam dans instruere eos qui essent idonei ⁊ alios docere. Rog tus quoqꝫ a nonnullis in eoꝝ temporalib⁹ causis ep̄las ad diuersos dabat. Sed hanc suam a melioꝛib⁹ reb⁹ occupationez

tanq̃ angariam deputabat: suauem semp̱ hn̄s
de his que dei sunt vel allocutionez vel collo
cutionez fraterne ac domestice familiaritatis.
Nouimus quoq̃ eum a suis charissimis litte-
rarum intercessum apud seculi potestates po-
stulatum non dedisse: dicentem: cuiusdã sapiē-
tis seruandam esse sententiaz: de q̃ scriptũ esset
Qd multa sue fame ꝯtemplatione amicis non
prestitisset. Et illud nihilominus suum addēs
quoniam plerũq̃ potestas q̃ prestat p̄mit. Cuz
vero intercedendum esse rogatus videbat: tã
id honeste ac temperate agebat: vt non solum
onerosus ac molestus non videretur: verum
etiam mirabilis extitisset. Nam dũ exorta ne-
cessitate suo more apud quendam africe vi-
cariam nomine macedoniũ: pro supplice lr̄is
interuenisset atq̃ ille paruisset. hoc modo re-
scriptũ misit. Miro modo afficior sapiētia tua
⁊ in illis que edidisti: ⁊ in his q̃ interueniens p̱
reis mittere non grauaris. Nam ⁊ illa tm̄ hn̄t
acuminis scientie ⁊ sanctitatis vt nihil supersit
⁊ hec tm̄ verecũdie vt nisi faciam quod man-
das culpam penes me remanere non in nego-
tio esse dijudicem. domine merito venerabil'
⁊ suscipiende pater. Non eniz instas qd̄ pleriq̃
hoies istius loci vi faciunt: vt quodcũq̃ solli-
citus petitor voluerit extorqueas: sed qd̄ tibi
a iudice tot curis obstricto petibile visum fu-
erit: ammones ⁊ rogas subseruiente verecun-
dia: que maxima difficiliuz inter bonos effica-
cia est. Proinde statim cõmendatis effectum
desiderij tribui. Nam sperãdi viam ante pate-
feceraz. Sanctoꝝ cõsilia sacerdotũ p̱ diuersas
ꝓuintias celebrata: cũ potuit frequentauit nõ
in eis que sunt: sed que iesu christi querens vt
vel fides sancte ecclesie catholice inuiolata ma-
neret: vel nonnulli sacerdotes ⁊ clerici: siue p̱
fas: siue per nefas excõmunicati: vel absolue-
rentur vel abijcerentur. In ordinandis vero
sacerdotibus ⁊ clericis consensum maiorē chri-
stianoꝝ ⁊ consuetudinez ecclesie sequēdam esse
arbitrabatur. Uestes eius ⁊ calciamēta ⁊ lectu-
alia ex moderato ⁊ competenti habitu erant:
nec nitida nimium: nec abiecta plurimum: q̄
his plerũq̃ vel iactare se insolentur homines
solent: vel abijcere: ex vtroq̃ non que iesu chri-
sti sed que sua sunt ijdez querētes. At iste btũs
vt dixi mediũ tenebat: neq̃ in dexteraz neq̃
in sinistram declinans. Mensa vsus est frugali
⁊ parca: que quidē inter olera ⁊ legumina etiaz
carnes aliquãdo ꝓpter hospites vel quosq̃ in-
firmiores cõtinebat. Semp̱ aũt vinũ hēbat: q̄
nouerat ⁊ docebat vt apostolus dicit. ꝙ omnis
creatura dei bona sit: ⁊ nihil abijciendũ quod
cum gratiarũ actione percipitur. sanctificatᷣ eni

per verbum dei ⁊ orõnez. Et vt idem sanctus
augustin⁹ in suis ꝯfessionũ libris posuit dicens
Non ego immũdiciaz obsonij timeo: sed imũ-
diciam cupiditatis. Scio enim noe oē genus
carnis qd̄ cibo esset vsui manducare permis-
sum. Heliã cibo carnis refectum. ioannez mi-
rabili abstinentia preditum. animalib⁹ hēc locu-
stis in escam cedentibus non fuisse pollutum.
Scio ⁊ escam lenticule cõcupiscētia deceptuz.
⁊ dauid propter aque desideriũ a seipso rep̱hē-
sum: ⁊ regem nostrũ nõ de carne sed de pane eē
temptatum. Ideoq̃ ⁊ populus in heremo nõ q̄
carnes desiderauit: sed quia esce desiderio ꝯtra
deum murmurauit: meruit improbari. De vi-
no autẽ sumēdo apostoli extat sētētia ad thimo-
theum scribentis ac dicentis. Noli vsq̃ adhuc
aquam bibere: sed vino modico vtere propter
stomacum ⁊ frequentes tuas infirmitates. Co-
clearibus tantum argenteis vtens: cetera va-
sa quibus mense inferebantur cibi: vel testea vl'
lignea vel marmorea erant: non tamen neces-
sitatis inopia: sz ꝓposito volũtatis. Sz ⁊ hospi-
talitatem semp̱ exhibuit. Et in ipsa mensa ma-
gis lectionem vel disputationem q̃ epulatio-
nem potationemq̃ diligebat: et contra pestilē-
tiam humane consuetudinis in ea ita scriptum
habebat. Quisquis amat dictis absentum ro-
dere vitam. Hanc mensam idignam nouerit
esse sibi. Et ideo omnem conuiuam a superflu-
is ⁊ noxijs fabulis ⁊ detractiõibus sese abstinē
debere ammonebat. nam ⁊ quosdam suos fa-
miliarissimos coepiscopos illius scripture obli-
tos: ⁊ contra eam loquentes tam aspere aliquã-
do reprehēdit cõmotus vt diceret: aut delēdos
esse illos de mensa versus: aut se de media re-
fectione ad suum cubiculum surrecturuz. Qd̄
ego ⁊ alij qui illi mense interfuimus experti su-
mus. Pauperuz vero semper mēor erat: eisq̃
inde erogabat. vnde ⁊ sibi suisq̃ omnib⁹ secuz
habitantibus erogabatur. hoc est vel ex reddi-
tib⁹ possesionum ecclesie: vel etiam ex oblatõi-
b⁹ fidelium. Et dum forte vt assolet de possessi-
onibus ipsis inuidia clericis fieret: alloqueba-
tur plebem dei: malle se ex collationibus pleb̄
dei viuere: q̃ illarum possessionum curam vel
gubernationem pati: ⁊ paratum se esse illis cedē
vt eo modo omēs dei serui ⁊ ministri viuerēt
quo in veteri testamento leguntur altari deser-
uientes de eodem comparticipari. Sed nunq̃
id laici suscipere voluerũt. Domus ecclesie cu-
ram omnemq̃ substãtiaz: ad vices valentiori-
bus clericis delegabat ⁊ credebat nunq̃ clauez
nunq̃ annulum in manu habens: sed ab eisdē
domus prepositis cuncta ⁊ accepta ⁊ erogata
notabantur. Que anno cõpleto eidem recita-

bantur. quo sciretur quantum acceptum: quantumqꝫ dispensatū fuisset: vel quicquid indispēsatum vel dispensandum remansisset. ⁊ in multis titulis. magis illius prepositi domus fidē sequens ꝙ pbatū manifestatūqꝫ congnoscens. Domum vero vel agrum seu villam: nūqꝫ emere voluit. Uerum si forte ecclesie a quoqꝫ sponte tale aliquid vel donaret vel titulo legati dimitteretur. non respuebat: sed suscipi iubebat. Nam ⁊ aliquas eum hereditates recusasse nouimus: non quia pauperibus inutiles esse possent: sed quoniam iustum ⁊ equum esse videbat: vt a mortuorum: vel filijs: vel parentibus vel affinibus magis possideretur: quibus ab eis deficientes dimittere noluerunt. Quidam etiā ex honoratis hypponensium apud carthaginem viuens ecclesie hypponensi possessionē donare voluit: ⁊ confectas tabulas sibi vsufructu retento vltro eidem sancte memorie augustino misit. Cuius ille oblationem libenter accepit: cōgratulans ei ꝙ eterne sue memor esset salutis. Uerum post aliquot annos nobis forte cum eodem comminus constitutis. ecce ille donator lrās p filiū suū mittēs: rogauit vt ille donationum tabule suo filio redderentur: pauperibus vero erogandos direxit solidos centū. Quo ille sanctus cognito: ingemuit hominem: vel finxisse donationem: vel cum de bono opere penituisse: ⁊ quāta potuit deo suggerente cordi eius: condolenti animo ex eadem refragratione dixit in illius. s. increpatiōem ⁊ correctionem. Et tabulas quas ille sponte miserat: nec desideratas nec exactas: confestim reddit: pecuniamqꝫ illam respuit: atqꝫ rescriptis eundē sicut oportuit: ⁊ arguit: ⁊ corripuit: admonens vt de sua simulatione vel iniquitate cum penitentie humilitate deo satisfaceret: ne cum tā graui delicto de seculo exiret. Frequentius vo dicebat magis securius ac tutius ecclesiam legata a defunctis dimissa debere suscipere: ꝙ hereditates forte sollicitas ⁊ damnosas. ipaqꝫ legata magis offerenda esse ꝙ exigenda. Commendata vero queqꝫ ipse non suscipiebat: sed volentes suscipere clericos non prohibebat. In his quoqꝫ q̄ ecclesia habebat ⁊ possidebat: intentus amore vel implicatus cupiditate nō erat: sed maioribus magis ⁊ spiritualibꝰ suspēsus ⁊ inherens rebus. vix aliquando seipsum adulta temporalia ab eternorum cogitatiōe relarabat ⁊ deponebat. Quibusqꝫ ille dispositis ⁊ ordinatis: tanqꝫ a rebus mordacibus etiam mmolestis: animi recursum ad interiora mentis ⁊ superiora faciebat: quo vel de inueniēdis diuinis rebus cogitaret: vel de iam inuentis aliquid dictaret: aut certe ex iam dictatis: atqꝫ transcriptis aliquid emendaret. Et id agebat in die laborans: ⁊ in nocte lucubrans. Et erat tanqꝫ illa religiosissima maria: typum gestans superne ecclesie: de qua scriptum est: ꝙ sederet ad pedes domini: atqꝫ intenta verbū eius audiret: de qua soror conquesta ꝙ ab eadem circa multum ministerium occupata non adiuuaretur audiuit. Martha martha sollicita es: elegit optimam partem maria: que non auferet ab ea ineternum. Nam fabricarum nouarum nunqꝫ studium habuit: deuitans in eis implicationem sui animi: quem semper liberum habere volebat ab omni molestia temporali. Nō tamen illa volentes ⁊ edificantes prohibebat nisi tm̄ immoderatos. Interea dum ecclesie pecunia deficeret: hoc ipsum populo christiano denunciabat: non se habere quod indigentibus erogaret. Nam ⁊ de vasis dominicis, pꝛpter captiuos ⁊ ꝙplurimos indigentes frangi ⁊ conflari iubebat: ⁊ indigentibus dispensari. Quod non commemorassem: nisi contra carnalem sensum quorundam fieri peruiderem. Et hoc ipsū etiam venerabilis memorie ambrosius in talibus necessitatibus indubitanter esse faciendum: ⁊ dixit ⁊ scripsit: sꝫ ⁊ inde de neglecto a fidelibus gazophilatio ⁊ secretario. vnde altari necessaria inferuntur: aliquando in ecclesia loquens admonebat quod etiam beatissimum ambrosiū se presente in ecclesia tractauisse nobis aliquando retulerat. Cum ipso semper clerici: vna etiam domo ac mensa sumptibusqꝫ cōmunibus alebantur ⁊ vestiebantur. Et ne quisqꝫ facile iuratione etiā ad periuriū decidisset: ⁊ in ecclesia populo pdicabat: ⁊ suos instituerat ne quis iuraret: nec ad modicum quidem. Quod si prolapsus fuisset: vnā de statutis perdebat potionem. Numerus enī erat suis secum cōmorantibus ⁊ cōuiuantibus poculorum prefixus: Indisciplinationes quoqꝫ ⁊ transgressiones suorum a regula recta: ⁊ honestate: ⁊ arguebat: ⁊ tollerabat: quantum decebat ⁊ oportebat. In talibus precipue docens ne cuiusqꝫ cor declinaretur in verba maligna ad excusandas excusationes in peccatis. Et dū quisqꝫ offerret munus suum ad altare: ⁊ illic recordatus fuisset ꝙ frater suus haberet aliquid aduersus illum. relinquendum esse munus ante altare: atqꝫ eundem fratrem esse reconciliandum: ⁊ tunc veniendum ⁊ munus ad altare offerendum. Si vero ipse aduersus fratrē suū aliquid haberet: corripere eum debere in parte ⁊ si eum audisset lucratus esset suum fratrem. Si minus: adhibendum esse vnum aut duos

ꝙ si ⁊ ipsos contemneret: ecclesiaꝫ adhibendã
Si vero nõ huic ⁊ obediret esset illi vt ethni
cus ⁊ publicanus: Et illud addens: vt fratri
peccanti: ⁊ veniam petenti: non tm̃ septies: sed
septuagies septies delictũ relaxetur: sicut quisqꝫ
a domino quotidie sibi postulat relaxari. Fe
mina autem intra domum eius nulla penitus
vnqꝫ conuersata est: nulla mansit: nec quidem
germana soror: que vidua deo seruiens: mul-
to tempore vsqꝫ in diem obitus sui preposita
ancillarum dei vixit. Sed neqꝫ patrui sui filie
⁊ fratris sui filie que pariter deo seruiebant:
quas personas sanctoꝝ episcopoꝝ concilia in
exceptis posuerunt. Dicebat vero: quia ⁊ si de
sorore ⁊ neptibus secum commorantibus nul
la nasci possit mala suspitio: tamen quoniam
ille persone sine alijs necessarijs secumqꝫ ma-
nentibus feminis esse non possent: ⁊ ꝙ ad eas
etiam alie a foris intrarent: de his posse offen-
diculum aut scandalum infirmioribus nasci: ⁊
illos qui cuꝫ episcopo vel quolibet clerico for-
te manerent: ex illis omnibus feminarum per
sonis posse vna commorantibus aut aduentã-
tibus: temptationibus humanis posse perire
aut certe malis hominum suspitionibus pessi-
me diffamari. Ob hoc ergo dicebat nunqꝫ de
bere feminas cum seruis dei etiam castissimis
in vna manere domo: ne vt dictum est aliquid
scandalum vel offendiculum hoc tali exemplo
poneretur infirmioribus. Et si forte ab aliqui-
bus feminis vt videretur vel salutaretur roga
batur: nunqꝫ sine clericis testibus ad eum in-
trabant: vel solus cum solis vnqꝫ est locutus:
nisi secretorum aliquid interesset. In visitatio
nibus vero modum tenebat ab apostolo diffi
nitum: vt non nisi pupillos ⁊ viduas in tribu-
lationibus constitutas visitaret. Et si forte ab
egrotantibus ob hoc peteretur: vt ꝓ eis in pre
senti deum rogaret: eisqꝫ manus imponeret si
ne mora pergebat. Feminarum autem mona-
steria non nisi vrgentibus necessitatibus visi-
tabat. Seruandum quoqꝫ in vita ⁊ moribus
hominis dei referebat: quod in institutis san-
cte memorie ambrosij comperterat: vt vxorem
cuiqꝫ nunqꝫ posceret neqꝫ militare volentem
ad hoc commendaret: neqꝫ in sua patria petitũ
iret ad conuiuium. De singulis rebus prestãs
causas scilicet nedum inter se coniugati casu
iurgarent, ⁊ eum maledicerent per quem con
iuncti essent. Sed plane ad hoc sibi iam illis cõ
sentientibus petitum interesse debere affirma
bat sacerdotem: vt vel eorum iam pacta ⁊ pla
cita firmarentur: vel benedicerẽtur. Et ne mi
litie commendatus suam culpam male agens

suffragatori tribueret. Et ne per frequentiam
in patrie conuiuijs constitutis tẽperantie amit
teretur modus. Indicauerat quoqꝫ nobis se p̃
dicti ⁊ beate memorie viri in vltimo vite con-
stituti audisse sapientissimum ⁊ pijssimum re-
sponsum ⁊ multum laudabat ac predicabat.
Nam cum ille venerabilis vltima iaceret egri
tudine: ⁊ a fidelibus honoratis lecto eius astã
tibus ⁊ videntibus eum de seculo migraturũ
ad deum: ⁊ ob hoc merentibus tãti ac talis an
tistitis ecclesiam posse priuari verbi ⁊ sacramẽ
ti dei dispensatione: cum lachrymis rogare-
tur vt sibi a domino vite posceret commeatuꝫ
eum illis dixisse. Non sic vixi vt me pudeat
inter vos viuere: sꝫ nec mori timeo: quia bo-
num dominuꝫ habemus. Et in his noster au-
gustinus senex elimata ac librata admirabatur
⁊ laudabat verba. Ideo enim eum dixisse in-
telligendum est: nec mori timeo: qꝛ bonũ dñm
habemus: ne crederetur presidens de suis pur
gatissimis moribus presumpsisse. Non sic vixi
vt me pudeat inter vos viuere. Hoc enim di-
xerat ad illud quod homines de homine nosse
poterant. Nam sciens examen equitatis diui-
ne: de bono domino se dicit magis qꝫ de meri-
tis suis confidere. Cui etiam in oratione quo-
tidiana dominica dicebat. Dimitte nobis de
bita nostra. sicut ⁊ nos dimittibus debitoribus
nostris. Cuiusdam quoqꝫ coepiscopi ⁊ familia-
rissimi sui amici: in extremis vite de talibus
frequentissimum referebat dictum. ad queꝫ cũ
visitandum iam morti appropinquitateꝫ ven-
titasset: ⁊ ille manus gestu se de seculo exituruꝫ
significaret: atqꝫ a se illi esset responsum: adhuc
eum ecclesie necessarium viuere posse: illum
ne putaretur huius vite teneri cupiditate re-
spondisse ei. Si nunqꝫ: bene. Si aliquando:
quare non modo? Et talem sententiam mul-
tum mirabatur ⁊ laudabat hominem protu-
lisse: deum quidem timentem. veruntamen
in villa natum ⁊ nutritum: sed non multa lecti-
onis eruditum scientia. Illud etiam cuiusdam
egrotantis dictum afferebat episcopi: de quo
sanctus in epistola sua quã de mortalitate scri-
psit martyr ciprianus ita retulit dicens. Cum
quidaꝫ de collegis ⁊ cum sacerdotibus nostris
infirmitate defensus ⁊ de appropinquante mor
te sollicitus: commeatum sibi precaretur: asti-
tit deprecanti ⁊ iam pene morienti iuuenis ho
nore ⁊ maiestate venerabilis statura celsus: ⁊
clarus aspectu: ⁊ quem astantem sibi vix posset
humanus aspectus oculis carnalibus intueri:
nisi ꝙ talem videre iam poterat de seculo re-
cessurus. Atqꝫ ille non sine quodam animi ⁊

vocis indignatione infremuit: ⁊ dixit. Pati timetis. Exire non vultis. Quid faciã vobis? Ante proximum vero diem infirmitatis obitus sui a se dicatos ⁊ editos recensuit libros: siue eos quos primo tempore conuersionis sue adhuc laicus: siue quos p̃sbyter: siue quos episcopus dictauerat: quecumqꝫ in his recognouit aliter q̃ꝫ sese haberet ecclesiastica regula a se fuisse dictata ⁊ scripta cum adhuc ecclesiasticum vsum minus sciret: minusqꝫ intelligeret: a semetipso ⁊ reprehensa ⁊ correpta sunt. Unde etiam duo conscripsit volumina: quorum est titulus de recensione librorũ. Prereptos etiã sibi quosdam libros ante diligentiorem emendationem a nonnullis fratribus conquerebatur: licet eos postmodum emendasset. Imperfecta etiam quedam librorum suorum preuentus morte dereliquit. Quiqꝫ prodesse omnibꝰ volens: ⁊ volentibus multa librorum legere: ⁊ non valentibus: ex vtroqꝫ diuino testamento veteri ⁊ nouo premissa prefatione precepta diuina seu vetita ad vite regulam pertinentia excerpsit. atqꝫ ex his vnum codicem fecit: vt qui vellet legeret: atqꝫ in eo vel q̃ꝫ obediens deo inobediensqꝫ esset agnosceret: ⁊ hoc opus voluit speculum appellare. Uerum breui consequenti tempore diuina voluntate ⁊ potestate ꝑuenit: vt manus ingens diuersis telis armata: ⁊ bellis exercitata: immanium hostium ⁊ vandalorum ⁊ alanorum commixtã secum habẽs gothorum gentẽ: aliarumqꝫ diuersarum gentium personas ex hyspanie partibus: transmarinis nauibus africe influxisset ⁊ irruisset: vniuersaqꝫ per loca mauritaniarum etiaꝫ ad alias nostras transiens prouincias ⁊ regiones: omni seuiens crudilitate ⁊ attrocitate cuncta que potuit explicatione: cedibus diuersisqꝫ tormentis incendijs alijsqꝫ inumerabilibꝰ ⁊ infandis malis depopulata est: nulli sexui: nulli parcẽs etati: nec ipsis dei sacerdotibus vel ministris: nec ipsis ecclesiarum ornamentis seu instrumẽtis vel edificijs. Et hanc ferocissimã hostium grassationem ⁊ vastationem ille homo dei: ⁊ factaꝫ fuisse ⁊ fieri non vt ceteri homines sentiebat ⁊ cogitabat: sed altius ⁊ profundius ea considerans: ⁊ in his animarum precipue vel pericula vel mortem preuidens solito amplius q̃ꝫ vt scriptum est. qui apponit scientiam apponit dolorem: ⁊ cor intelligens quasi tinea ossibus: fuerunt ei lachryme panes die ac nocte: amarissimãqꝫ ⁊ lugubrẽ p̃ ceteris sue senectutẽ: iã pene extremã ducebat ac tollerabat vitaꝫ. Uidebat enim ille homo dei ciuitates excidio perditas pariter cum edificijs: villarumqꝫ habitatores alios hostili nece extinctos: alios effugatos atqꝫ dispersos. ecclesias sacerdotibus ac ministris destitutas: virginesqꝫ sacras ⁊ quosqꝫ continẽtes vbiqꝫ dissipatos: ⁊ ĩ his alios defecisse tormentis: alios gladio interemptos esse: alios in captiuitate perdita animi ⁊ corporis integritate ac fidei: malo more ac duro hostibus deseruire. Cernebat quoqꝫ hymnos dei ⁊ laudes de ecclesijs deperisse. edificia ecclesiarum q̃ꝫ plurimis locis ignibus concremata esse. solennia quoqꝫ que deo debentur de proprijs locis defecisse. sacrificia etiam sacramenta diuina vel nõ queri vel querenti qui tradat non facile reperiri: in ipsas montium siluas ⁊ cauernas petrarum ⁊ speluncas confugientes vel ad quascũqꝫ munitiões: alios fuisse expugnatos ⁊ interfectos: alios ita necessarijs sustentaculis euolutos atqꝫ priuatos: vt fame ꝯtabescerent: ipsosqꝫ ecclesiarum prepositos ⁊ clericos: qui forte dei beneficio vel eos non incurrerant: vel incurrẽtes euaserant: rebus omnibus expoliatos atqꝫ nudatos egentissimos mẽdicare: nec eis omnibus ad omnia quibus fulciendi essent subuenire posse. Uix tres superstites videbat ex innumerabilibus ecclesijs: hoc est carthaginen. hypponeñ. ⁊ circensem: que dei beneficio excise non sunt: ⁊ earum permanent ciuitates: ⁊ diuino ⁊ humano fulte presidio: licet post eiꝰ obituꝫ vrbs hypponeñ. incolis destituta ab hostibus fuerit concremata. Et se inter hec mala cuiusdam sapientis sententia consolabatur dicentis. Non erit magnus magnum putans ꝙ cadunt ligna ⁊ lapides: ⁊ moriuntur mortales Hec ergo omnia ille: vt erat alte sapiens: quotidie vbertim flebat. Accreuitqꝫ meroribus ⁊ lamentationibus eius: vt etiam adhuc in suo stato consistentem ad eandem hypponensium regionuꝫ ciuitatẽ ab hijsdem hostibꝰ veniretur obsidendã. qm̃ in eiꝰ tunc defensione fuerat constitutꝰ. comes qdã bonifaciꝰ cũ gothoꝝ quondã federatus exercitu. Quam vrbem ferme. iiij. mensibus ꝯclusum obsederũt. Nam ⁊ litus illi marinũ interclusione abstulerunt. Quo etiaꝫ nosipsi de vicino cuꝫ alijs nostris episcopis cõfugeramus. in eandẽqꝫ omni obsidionis tẽpore fuimus. Ubi nobiscum sup̱ his infortunijs sepissime colloquebamur. ⁊ dei tremẽda iudicia pre oculis nostris posita cõsiderabamus: dicẽtes. Iustus es dñe: ⁊ rectum iudiciuꝫ tuũ. Pariter qꝫ dolẽtes gementes ⁊ flentes orabamus miserationũ patrẽ ⁊ deũ omnis ꝯsolatiõis: vt de eadẽ nos tribulatione subleuare dignaretur Et forte ꝑuenit vt vna cũ eodeꝫ ad mẽsam cõstitutis ⁊ inde ꝯfabulantibus cepit corã nobis

dicere. Noueritis me hoc tempore nostre ca-
lamitatis. id deum rogare: vt aut hanc ciuita-
tem ab hostibus circundatam liberare digne
tur: aut si aliud ei videt: suos seruos ad perferē
dam suam voluntatem fortes faciat: aut certe
vt me de hoc seculo ad se accipiat. Que ille di
cens nosqꝫ instruens: deinceps cum eodem ⁊
nos cum nostris omnibus: ⁊ ipsi qui in eadem
fuerant ciuitate a summo deo similiter peteba
mus. Et ecce tertio illius obsidionis mense de
cubuit lecto febribus fatigatus: et illa vltima
exercebatur egritudine. Nec suum sane domi
nus famulum fructu sue precis fraudauit. Nā
⁊ sibi ipsi ⁊ eidē ciuitati quod ⁊ lachrymosis de
poposcit precibus: in tempore impetrauit. No
ui quoqꝫ eundem ⁊ presbyterum ⁊ episcopum ꝓ
quibusdam energuminis petentibus vt ora-
ret rogatum: eumqꝫ in oratiōe lachrymas fun
dentem deum rogasse: ⁊ demones ab omnibꝰ
recessisse. Itemqꝫ ad egrotantem ⁊ lecto vacā
tem quedam cū suo egroto venisse: ⁊ rogauisse
vt eidem manum imponeret vt sanus esse pos
set eumqꝫ respondisse: si aliquid in his posset:
sibi hoc vtiqꝫ primitus prestitisset: ⁊ illum di-
xisse visitatum se fuisse: sibiqꝫ per somnium di-
ctum esse. Uade ad augustinum episcopuꝫ: vt
eidem manum imponat: ⁊ saluus erit. Quod
dum comperisset facere non distulit ⁊ illum in
firmum continuo dominus sanum ab eodem
discedere fecit. Interea reticendum minime
est: cum memorati impenderent hostes: a san-
cto viro quoqꝫ nostro coepiscopo thabennen-
sis ecclesie honorato litteris fuisse consultum:
vtrum nam illis aduentantibꝰ ex ecclesijs epi-
scopis vel clericis recedendum esset an non.
eiqꝫ rescriptis insinuasse. quid magis ab illis
romane euersoribus esset metuendum. Quam
eius epistolam huic scripture inserere volui.
Est enim sacerdotum dei ⁊ ministrorum mori-
bus valde vtilis ⁊ necessaria. Isto modo rescri
ptum est ad eūdem ab eodem. Sancto fratri
⁊ coepiscopo honorato augustinus in domino
salutem. Charitati tue misso exemplo epistole
quaꝫ fratri quod vuldeo nostro coepiscopo scri
psi. putabaꝫ hꝫ me onere caruisse quod mihi ipo
suisti: querendo consilium: quid in his periculis
que in tempora nostra venerunt facere debeat?
Quāuis enim epistolam illam breuiter scripse
rim: nihil in ea tamē pretermisisse me arbitror
qꝺ ⁊ respondenti dicere ⁊ querenti audire suffi
ceret. quandoquidem dixi nec eos esse prohibē
dos qui ad loca: si possunt: munita migrare de
siderāt: ⁊ ministerij nostri vincula: quibus nos
christi charitas alligauit: ne deseramus eccle-
sias quibus seruire debemus: non esse rum pen-
da. Ista quippe verba sunt que in illa epistola
posui. Restat ergo inquam vt nos quorum mi
nisterium quantulecūqꝫ plebi dei vbi sumus
manenti: ita necessarium est: vt sine hoc eam
nō oporteat remanere dicamus domino. Esto
nobis in deum protectorem: ⁊ in locum muni-
tum. Sed hoc consilium tibi ꝓpterea nō suffi-
cit vt scribis. ne contra dei preceptum facere
nitamur. vbi fugiendum esse de ciuitate in ci-
uitatem monet. Recolimus enim verba dicē
tis. Cum autem persequentur vos in ciuitate
ista: fugite in aliam. Quis autem credit ita hoc
dominum fieri voluisse vt in necessario mini-
sterio sine quo viuere nequeunt deserantur gre
ges: quos suo sanguine comparaui. Nunquid
nam hoc ipse fecit quando se portantibꝰ in egy
ptum parentibus paruulus fugit: qui nondum
ecclesias congregauerat: quas ab eo desertas
fuisse dicamus? Nunqd quādo apostolus pau-
lus ne illum comprehenderet inimicus per fe
nestram in sporta summissus est per murum ⁊
effugit manus eius. deserta est que ibi erat ec-
clesia necessario ministerio: ⁊ non ab alijs fra-
tribus ibidem constitutis quod oportebat im-
pletum est? Eis qꝫppe volentibus hoc aposto-
lus fecerat vt seipsum seruaret ecclesie: quem
proprie persecutor ille querebat. Faciant ergo
serui christi: ministri verbi ⁊ sacramenti eiꝰ qꝺ
precepit ipse siue ꝑmisit. Fugiant oīo de ciuita-
te in ciuitatē: qn̄ eoꝝ quisqꝫ spūaliter a ꝑsecuto
ribꝰ querit: vt ab alijs q nō ita querunt nō de-
serat ecclīa: sꝫ p̄beant cibaria cū suis suis: quos
alit viuere nō posse nouerūt. Cū aūt oīum id ē
ep̄oꝝ ⁊ clicoꝝ ac laicoꝝ est cōe ꝑiculū: hi q alijs
indigent nō deserant ab his qbꝰ indigent. Aut
igit ad loca munita oēs trāseāt: aut q hn̄t rema
nendi necessitatē: nō relinquātur ab his ꝑ quos
eoꝝ est ecclesiastica supplenda necessitas. vt aut
ꝑiter viuāt: aut ꝑiter sufferāt: qꝺ eos p̄rfamilias
vult ꝑpeti. Qꝺ si cōtigerit: vt siue alij maiꝰ siue
alij minꝰ siue oēs eq̄liter patiant: q eoꝝ sint q
ꝓ alijs patiant appet. illi. s. q cū se possent a ta-
libꝰ malis eripe fugiēdo: ne alioꝝ necessitatem
desererēt: manere voluerunt. Hinc maxime ꝓ
batur illa charitas quā ioānes aplus cōmēdat
dicēs. Sicut christꝰ aīam suaꝫ ꝓ nobis posuit:
sic ⁊ nos debemꝰ ꝓ fratribꝰ aīas ponere. Nā q
fugiūt: vel suis deuicti necessitatibꝰ fugere nō
pn̄t: si ꝯp̄hensi patiant ꝓ seipsis nō ꝓ fratribꝰ
vtiqꝫ patiunt. Qui vō ꝓpterea patiunt: qꝛ fra
tres q eis ad christianā salutē indigebāt deserē
noluerūt: sine dubio suas aīas ꝓ fratribꝰ ponūt
Unde illud qꝺ coep̄m quēdā dixisse audiuimꝰ

ſi dñs nobis impꝛauit fugaz in eis pſecutionibꝰ
vbi põt eſſe fructus martyrij. quãto magis de
bemus fugere ſteriles paſſiones. qñ eſt barba-
ricus ⁊ hoſtilis incurſus. vex eſt qdẽ ⁊ accepta
bile: ſed his quos eccleſiaſtici officij non tenent
vincula. Nam qui clades hoſtiles iõ nõ fugit
cũ poſſet effugere ne deſerat miniſteriũ chꝛiſti
ſine quo nõ pñt hoies vel fieri vel viuere chꝛi-
ſtiani: maioꝛẽ charitatis inueniet fructũ: q̃z qui
nõ ꝑpter fratres: ſed ꝑpter ſeipſum fugiẽs atq̃z
cõpꝛehẽſus nõ negat chꝛiſtũ: ſuſcipitq̃z marty-
rium. Quid eſt ergo quod in epiſtola tua pꝛio-
re poſuiſti. Dicis enim ſi in eccleſijs perſiſtẽdũ
eſt: quid ſumus nobis vel populo ꝓfuturi: nõ
video: niſi vt ante oculos noſtros viri cadant:
femine cõſtrupꝛẽtur. incẽdãtur eccleſie. noſipſi
toꝛmentis deficiamus: cum de nobis queritur
quod nõ habemus. Potẽs eſt quidẽ deus au-
dire pꝛeces familie ſue: ⁊ hec que foꝛmidantur
auertere: nec ideo tamen ꝑpter iſta que incer-
ta ſunt decet noſtri officij certa fieri deſertio: ſi-
ne quo eſt plebi certa pernicies. non in rebus
vite huius: ſed alterius que incõparabiliter di
ligentius ſollicitiuſq̃z curãda eſt. Nam ſi certa
eſſent iſta mala que timẽtur ne in locis in qbꝰ
ſumus foꝛte contingant: pꝛius inde fugerent
homines pꝛopter quos ibi manendum eſt: ⁊
nos a manendi neceſſitate liberos redderent.
Non enĩ quiſq̃z eſt qui dicat miniſtros manere
opoꝛtere: vbi iam nõ fuerint quibus neceſſe ſit
miniſtrare. Ita quidã ſancti epĩ de hiſpania ꝓ
fugerũt: pꝛius plebibus ꝑtim fuga lapſis ꝑtim
ꝑemptis: ꝑtim obſidione ↄſumptis: ꝑtim capti
uitate diſpſis. Sed multo plures illic manẽti
bus ꝑpter quos manerent ſub eoꝛũdem ꝑiculo
ruz dẽſitate manſerũt. Et ſi aliqui deſeruerũt
plebes ſuas. hoc eſt qd̃ dicimus fieri nõ debere
Neq̃z enim tales docti auctoꝛitate diuina. ſed
humano vel erroꝛe decepti vel timoꝛe ſunt de
uicti. Cur enĩ ſibi putant indifferenter obtem
perandũ eſſe ꝑcepto: vbi legunt de ciuitate in
ciuitatẽ eſſe fugiendum: ⁊ mercẽnariũ nõ exhoꝛ
rent qui videt lupum veniẽtẽ ⁊ fugit: qñ non
eſt ei cura de ouibus. Cur non iſtas duas domi
nicas veraſq̃z ſententias. vnã. ſ. vbi fuga ſinit̃
aut iubetur: alteraz vbi arguitur ⁊ culpatur. ſic
intelligire ſtudent: vt inter ſe reꝑiantur nõ eſſe
cõtrarie: ſicut nõ ſunt. Et hoc quomodo reꝑit̃
niſi attendatur qd̃ iã ſupius diſputaui. tũc de lo-
cis in quibus ſumus pꝛemente ꝑſecutione fugiẽ
duz eſſe chꝛiſti miniſtris: qñ ibi aut plebs chꝛiſti
nõ fuerit cui miniſtret̃. aut põt impleri ꝑ alios
neceſſarium miniſteriũ: quibus eadez nõ eſt cã
fugiendi: ſicut in ſpoꝛta ſubmiſſus qd̃ ſupꝛa cõ
memoꝛaui: fugit apoſtolus cũ a perſecutoꝛe ipẽ
ꝓpꝛie quereret̃. alijs quidẽ neceſſitatẽ ſilẽz nõ
hñtibus a qbꝰ illic miniſteriũ iplerent̃. Abſit vt
deſeratur eccleſia. Sic fugit ſanctꝰ anaſtaſiꝰ ale
xandrinus epũs: cũ eũ ſpũaliter apphẽdere cõ-
ſtantius impatoꝛ ꝑcepat: nequaq̃z a ceteris mi
niſtris deſerta plebe catholca: q̃ in alexandria
cõmanebat. Cũ aũt plebs manet ⁊ miniſtri fu-
giunt: miniſteriumq̃z ſubtrahitur. quid erit niſi
mercennarioꝛum illa fuga dãnabilis: quibus
non eſt cura de ouibus? Ueniet enim lupus
non homo: ſed dyabolus qui plerunq̃z fideles
apoſtatas eſſe permanſit: quibus quotidianuz
miniſteriũ dñici coꝛꝑis defuit: ⁊ ꝑibit infirmꝰ
in tua nõ ſciẽtia: ſz ignoꝛãtia frater. ꝓpter quẽ
chꝛiſtus moꝛtuꝰ eſt. Quid aũt ad eos attinet q
in hac re nõ fallũtur erroꝛe ſz foꝛtitudie ſuꝑant̃
q̃re nõ potiꝰ ↄtra ſuũ timoꝛẽ dño miſerãte atq̃z
adiuuãte foꝛtiter dimicant ne mala ſine cõꝑa-
tione grauioꝛa: q̃ multo amplius ſunt tremẽda
contingãt. Fit hoc vbi charitas dei flagrat: non
vbi cupiditas mũdi fumat. Charitas enĩ dicit.
Quis infirmat̃ ⁊ ego nõ infirmoꝛ? Quis ſcan-
dalizatur: ⁊ ego nõ vꝛoꝛ? Sed charitas ex deo
eſt. Oꝛemus ergo vt ab illo detur a quo iubet̃
⁊ ꝑ hanc magis timeamꝰ ne oues chꝛiſti ſpũa-
lis neqcie gladio necẽtur in coꝛde: q̃z ne ferro
in coꝛꝑe trucidẽtur: vbi qñcũq̃z quocũq̃z moꝛtis
genere moꝛituri ſumus. Magis timeamus ne
ſenſu interioꝛe coꝛrupto pereat caſtitas fidei: q̃z
ne femine violẽter ↄſtrupentur in carne. Qua
violentia non violatur pudicitia ſi mente ſer-
uetur: qñ nec in carne violatur: qñ voluntas
patientis ſua turpiter carne nõ vtitur: ſed ſine
cõſenſione tolerat qd̃ alius oꝑatur. Magis ti-
meamus ne mẽbꝛa coꝛꝑis chꝛiſti deſtituta ſpi
rituali victu necentur: q̃z ne membꝛa coꝛpoꝛis
noſtri oppꝛeſſa hoſtili ĩpetu toꝛqueantur: Ma-
gis timeamus ne lapides viui extinguãtur de-
ſerentibꝰ nobis: q̃z ne lapides ⁊ ligna terrenoꝝ
edificioꝝ incendãtur ꝑſentibus nobis. Non qꝛ
iſta nõ ſunt vitanda cũ poſſint: ſz qꝛ potius ſũt
ferenda qñ vitari ſine impietate nõ poſſunt: ni
ſi foꝛte quiſq̃z ↄtenderit nõ eẽ miniſtrũ impiuz
qui tũc ſubtrahit miniſteriũ pietati neceſſariũ
qñ magis eſt neceſſariũ. An nõ cogitamus cũ
ad iſtoꝝ periculoꝝ ꝑuenitur extrema: nec ẽ po-
teſtas vlla fugiẽdi: quãtus in eccleſia fieri ſolet
ab vtroq̃z ſexu: atq̃z ab oĩ etate cõcurſus: alijs
baptiſmuz flagitantibus: alijs reconciliationẽ
alijs etiam penitentie ipſius actionem: oĩbus
conſolationẽ: ⁊ ſacramẽtoꝝ ↄfectionẽ ⁊ eroga-
tionez? Ubi ſi miniſtri deſint quãtũ exitiũ ſeq̃tur
eos q de iſto ſeculo vel nõ regenerati exeũt vel
ligati? Quantꝰ eſt etiã vel luctꝰ fideliuz ſuoꝝ qui
eos ſecum in vite eterne requie non habebunt?

Quantus deniqꝫ gemitus omniū: ⁊ quorūdaz
quāta blasphemia de ministerioꝝ ⁊ ministrorū
absentia? Uide quid faciat malorum tempora
lium timor: ⁊ quāta in eo sit acquisitio maloruz
eternoꝝ. Si autem ministri adsint pro virib⁹
quas eis dominus subministrat: omnib⁹ subue
nitur. Alij baptizātur: alij recōciliāt: nulli dñici
corpis cōione fraudantur. Omnes cōsolantur:
edificātur: ⁊ exhortant: vt deū rogent q potēs
est oia que timētur auertere: parati ad vtrunqꝫ
vt si nō potest ab eis calix iste transire: fiat vo-
luntas eius qui mali aliqd nō potest velle. Cer
te iam vides: qḋ te scripseras nō videre: quātū
bonum consequātur populi christiani: si in pre-
sentibus malis nō eis desit presentia ministro
rum christi. Quoꝝ vides etiam quantuz obsit
absentia: dū sua querūt nō que iesu christi: nec
habēt illā charitatē de qua dictū est: Nō que-
rit que sua sunt: nec imitantur eum qui dixit.
Non querens qḋ mihi vtile est: sꝫ qḋ multis
vt salui fiant: Qui etiam ꝑsecutoris principis
illius insidias non fugisset: nisi se alijs quib⁹ ne
cessarius erat seruare voluisset. Propt qḋ ait.
Compellor aūt ex duob⁹ desideriū hñs dissol-
ui ⁊ esse cū christo: multo eni magis optimum:
manere aūt in carne necessarium ꝓpter vos.
Hic fortasse quis dicat iō debere dei ministros
fugere talibus iminētibus malis: vt se ꝓ vti-
litate ecclesie tēporibus trāquilliorib⁹ seruent.
Recte hoc fit a quibusdā: qñ sunt alij per quos
suppleatur ecclesiasticū ministeriuz: ne ab oīb⁹
deseratur. Quod fecisse anastasium supra dixi-
mus. Nam quātū necessarū fuerit ecclisie: quā
tūcūqꝫ profuerit qḋ ille vir mansit in carne: ca-
tholica fides nouit. que aduersus arrionos he-
reticos ore illius ⁊ amore defensa est. Sed qñ
est cōe periculū: magisqꝫ timendū est ne quisq̄ꝫ
id facere credatur nō consulendi voluntate: sꝫ
timore moriendi magisqꝫ fugiendi obsit exem
plo: q̄ꝫ viuendi prosit officio: nulla ratione fa-
ciendū est. Deniqꝫ sanct⁹ dauid ne sese cōmit-
teret ꝑiculis preliorū ⁊ fortassis extingueretur
sicut ibi scriptū est. lucerna isrl' a suis hoc petē
tibus sumpsit nō ipse hoc ꝓ̃sumpsit. Alioquin
multos imitatores fecisset ignauie. qui eū cre-
derent hoc fecisse: nō consideratione vtilitatis
alioꝝ sed sue ꝑturbatione formidinis. Occur
rit etiam alia questio: quā ꝯtēnere nō debem⁹
Si enim hec vtilitas negligēda nō est. vt aliq
ministri ꝓpterea fugiant: iminente aliqua va-
stitate vt seruētur q ministrēt eis quos post illā
cladē residuos poterint inuenire: quid fiet vbi
videntur oēs interituri: nisi aliqui fugiant. Si
enim actenus seuiat illa pernicies vt solos mi

nistros ecclesie ꝑsequat. qd dicemus? An relin
quēda est a ministris fugiētib⁹ ecclesia: ne a mo-
rientib⁹ miserabilius relinqtur? Sꝫ si laici nō
querūtur ad mortē pñt occultare quoquo modo
epos ⁊ clericos suos: sicut ille adiuuerit in cui⁹
ptāte sunt omnia: qui pōt ⁊ nō fugiētes per mi
rabilem conseruare potētiam. Sꝫ iō querim⁹
quid nos facere debeam⁹: ne in oībus expectan
do diuina miracula tēptare dñm iudicemur.
Non qdē talis est ista tēpestas: qñ laicoꝝ ⁊ cle-
ricoꝝ est cōe ꝑiculum. sicut in naui vna cōe ꝑi-
culū est mercatoꝝ atqꝫ nautarū. Uerū absit vt
tanto ꝑiclitāda sit hec nauis nostra: vt debeāt
eam naute: ⁊ maxime gubernator ꝑiclitātem
deserere: etiā si in scaphā transiliendo vel etiā
natando possint effugere. Quibus eniz metui-
mus ne nostra desertione pereant: ne tēporalē
mortē q̄ qñqꝫ ventura est: sed eternā q̄ pōt si nō
caueatur venire: ⁊ pōt si caueatur etiā nō veni-
re metuimus. In cōi aūt ꝑiculo vite huius cur
existimemus vbicunqꝫ fuerit hostilis incursus
omnes clericos ⁊ nō etiā oēs laicos esse mori-
turos: vt simul finiant hanc vitā, quib⁹ sunt cle-
rici necessarij? Aut cur nō speremus sicut aliq̊s
laicos: sic etiam clericos remāsuros: a quibus
eis necessarium ministerium valeat exhiberi?
Quāq̄ꝫ oñ inter dei ministros inde sit discepta
tio qui eorum maneant ne fuga omniuz: ⁊ qui
eorum fugiant ne morte omnium deserantur
ecclesie. Tale qppe certamē erit inter eos vbi
vtriqꝫ ferueant charitate: ⁊ vtriqꝫ placeāt cha-
ritati. Que disceptatio si aliter non potuerit
terminari: quantum mihi videtur: qui maneāt
⁊ qui fugiant sorte eligendi sunt. Qui enim di
xerint se potius fugere debere: aut timidi vi-
debuntur: quia iminens malum sustinere nolu
erunt: aut arrogantes: q₂ se magis q seruandi
essent necessarios ecclesie iudicarunt. Deide
fortassis hic qui meliores sunt eligant ꝓ fratri-
bus aīas ponere: ⁊ hi seruabunt fugiēdo quoꝝ
est min⁹ vtilis vita q₂ minor ꝯsulēdi ⁊ gubner-
nādi peritia. Qui tñ piū sapiūt ꝯdicēt eis quos
vident ⁊ viuere potius oportere ⁊ magis mo-
ri velle q̄ꝫ fugere. Ideo sic scriptuz est. Contra
dictiones sedat sorticio: ⁊ inter potentēs diffi-
nit. Melius enim deus in huiusmodi ambagi
bus q̄ꝫ homines iudicat: siue dignetur ad passi-
nis fructum vocare meliores: ⁊ ꝑcere infirmis
siue istos facere ad mala ꝑferenda fortiores: ⁊
huic vite subtrahere quorum nō potest eccle-
sie tantū quantuz illoꝝ vita prodesse. Res fiet
quidez minus vsitata: si fiet ista sorticio. Sed
si facta fuerit quis eam reprehendere audebit
Quis non eam nisi imperitus aut inuid⁹ ꝯgrua

predicatione laudabit? Quod si non placet facere: cuius facti non occurrit exemplum: nullius fuga faciat. vt ecclesie ministerium maxime in tantis periculis necessarium ac debitum desit. Nemo excipiet personam suam: vt si aliqua gratia videtur excellere: ideo se dicat vita ꝛ ob hoc fuga esse digniorem. Quisquis enim hoc putat: nimiu₃ sibi placet. Quisquis autem etiam hoc dicit: omnibus displicet. Sunt sane qui arbitrant̄ episcopos ꝛ clericos non fugientes in talibus periculis: sed manentes facere: vt plebes decipiantur: cum ideo non fugiunt: quia manere suos ꝑpositos cernunt. Sed facile est hāc reꝑhensionē vel inuidiā deuitare: alloquendo easde₃ plebes atq₃ dicendo. Non vos decipiat q̄ de loco isto non fugimus. Non eni₃ ꝑpter nos: sed propter vos hic poti⁹ manem⁹ ne vobis non ministrem⁹. quicquid saluti vestre ꝗ in christo ē nouim⁹ necessarium. Si ergo fugere volueritis: ꝛ nos ab istis quib⁹ tenemur vinculis solutis. Quod tunc puto esse dicendū quādo vere videtur vtile esse ad loca tutiora migrare. Quo audito si vel omnes vel aliqui dixerint in illius potestate sumus cuius irā nullus quocunq₃ vadit euadet: ꝛ cuius misericordiam vbicūq₃ sit pōt inuenire: q nusq̄ vult ire siue certis necessitatibus impeditus: siue laborare nolens ad incerta suffugia: ꝛ nō ad finienda sed ad mutanda pericula. ꝓculdubio isti deserendi non sunt a ministerio christiano. Si autē hoc audito abire maluerint: nec illis manendū est qui ꝓpe illos manebant. Quia ibi iā nō sunt propter quos manere adhuc debeant. Quicūq₃ igit̄ isto modo fugit vt ecclesie necessariū ministerium illo fugiente nō desit: facit q̄ dominus precepit siue ꝑmisit. Qui autē sic fugit vt gregi christi ea q̄bus spiritualiter viuit alimenta subtrahantur. mercēnarius ille est: qui videt lupū venientē ꝛ fugit: quoniā non est ei cura de ouibus. Hec tibi quia me consuluisti frater dilectissime qua existimaui veritate: ꝛ certa charitate rescripsi: sed ne meliorem si inueneris sequaris sententiam: non proscripsi. Melius tamen q̄d in his periculis faciamus inuenire non possumus: q̄ orationes ad dominum deum nostrū vt misereatur nostri: Quod ip̄m vt scilic₃ ecclesias non desererent: dei bono nonnulli prudentes ꝛ sancti viri: ꝛ velle ꝛ facere meruerunt: ꝛ inter dentes obtrectantium a sui ꝓpositi intentione minime defecerunt. Sane ille sanctus in vita sua prolixa pro vtilitate ac felicitate sancte ecclesie catholice diuinitus condonata: vixit annis septuaginta sex. In clericatu autē vel episcopatu annis ferme quadraginta. Dicere autem nobis inter familiaria colloquia consueuerat: post perceptum baptismum etiam laudatos christianos ꝛ sacerdotes absq₃ digna ꝛ competenti penitentia exire de corpore non debere. Quod etiam ipse fecit vltima qua defunctus est egritudine. Nam sibi iusserat psalmos dauidicos qui sunt paucissimi de penitentia scribi: ipsosq₃ quaterniones iacens in lecto contra parietem positos diebus sue infirmitatis intuebatur: ꝛ legebat: ꝛ iugiter ac vbertim flebat. Et ne intentio eius a quoq₃ impediretur cauebat. Ante dies ferme dece₃ q̄ exiret de corpore nobis postulauit presentibus ne quis ad eum ingrederetur: nisi bis tm̄ horis quibus medici ad inspiciendum intrarent: vel cum ei inferretur refectio. Et ita obseruatum ꝛ factum est: ꝛ oi illo tempore orationi vacabat. Uerbum dei vsq₃ ad ipsam suam extremam egritudinem impretermisse alacriter: ꝛ fortiter sana mente: sanoq₃ consilio in ecclesia predicauit. Membris omnibus sui corporis incolumis integro aspectu atq₃ auditu: ꝛ vt scriptum est nobis astantibus ꝛ videntibus ac cum eo pariter orantibus: obdormiuit in pace patribus suis enutritus in bona senectute: ꝛ nobis coram positis pro eius cōmendanda corporis depositione: sacrificium deo oblatum est: ꝛ sepultus est. Testamentum autem nullum fecit: quia vnde faceret pauper christi non habuit. Ecclesie bibliothecam ꝛ omnes codices diligent̄ posteris custodiendos semper iubebat. Si quid vō ecclesia vel in sumptibus vel in ornamentis habuit fideli presbytero qui sub eodem domus ecclesie curam gerebat dimisit. Nec suos consanguineos vel in ꝓposito vel extra constitutos in sua vita ꝛ morte vulgi more tractauit. Quibus dum adhuc superesset id si opus fuit quod ꝛ ceteris erogauit: non vt diuitias haberent: sed vt aut nō aut minus egerent. Clerum sufficientissimū ꝛ monasteria virorum ac feminarum continenti₃ cum suis prepositis plene ecclesie dimisit: vna cum bibliothecis libros ꝛ tractatus vel suos: vel aliorum sanctorum habentibus: in quibus dono dei qualis quātusq₃ in ecclesia fuerit noscitur. ꝛ in his semper viuere a fidelibus inuenitur. iuxta quod etiam secularium quidam poetarum suis iubens quo sibi tumulum mortuo in aggere publico collocarent pro epigrammate finxit dicens. Uiuere post obitum vatem vis nosse viator. Quod legis ecce loquor ꝛ vox tua nempe mea est. Et in suis quidem scriptis ille deo acceptus ꝛ charus sacerdos: quantum lucente veritate videre conceditur: recte ac sane fidei spei ꝛ charitatis catholice ecclesie vixisse

manifestatur. Quod agnoscunt qui eundem de diuinis scribentem legentes proficiunt. Sed ego arbitror plus ex eo pficere potuisse: qui eũ & loquentem in ecclesia presentem audire & videre potuerunt: & eius presertim inter homines conuersationem non ignorauerunt. Erat enim non solum eruditus scriba in regno celorum de thesauro suo pferens noua & vetera: et vnus negociatorum qui inuentam preciosam margaritam que habebat venditis comparauit: verum etiam ex his ad quos scriptum ē. sic loquimini & sic facite: & de quib⁹ saluator dicit. Qui fecerit & docuerit sic homines hic magnus vocabitur in regno celorum. Peto autē impendio vestram charitatem qui hec scripta legitis: vt mecũ omnipotenti deo gratias agatis: dominumq̄ꝫ benedicatis: qui tribuit mihi intellectum: vt hec in noticiam & presentium & absentium: presentis temporis & futuri hominum: & vellem deferre & valuissem. & mecum ac pro me oretis: vt illius quondam viri cum quo annis ferme quadraginta dei dono absq̄ꝫ amara dissensiõe vlla familiarit ac dulcit vixi & in hoc seculo emulator & imitator existam: et in futuro omnipotentis dei promissis cum eodem perfruar. Amen.

Laus deo: pax hõibus: requiesc̄ꝫ defunctis.

Item anno incarnationis domini nostri iesu christi currente. CCLX. aurelius Augustin⁹ natus est. baptizatus eni est anno. CCCXC. a beato Ambrosio. Mortu⁹ võ in Iponia currente anno. CCCCXXXVI. ibiq̄ꝫ honorifice iacuit annis. lxij. Deinde in Sardiniã trãslatus & ibi multis claruit miraculis: annis scilicꝫ. ccxxiij. Post hoc de Sardinia translatus fuit per regem Liuprandum Papiã vbi vsq̄ꝫ in prẽsens multis etiã claruit miraculis. Eiusdem videlicꝫ aurelij Augustini Hipponensis epi ac doctoris ecclesie sanctissimi parit & perspicacissimi: plurimorum opusculorꝫ necnon vite eius a Possidonio cõscripte: impensis & opera Dionysij Bertochi de Bolonia accuratissime impressorũ: finis Anno a natiuitate saluatoris nostris. M. CCCC. XCI. die. xxvi. Martij.

Nos iuuat arguta scrutari indagie verum.
Illos Dulichio verba lepore tenent
At alijs gratum est varios versare libellos.
Sũt q̄ꝫ scripta qbus nõ nisi sancta placet.
Quisqs es ex istis: paucis nũmis eme multos
Aureli libros: hancq̄ꝫ leuato sitim.
Neruosos cernes rationũ viribus: atq̄ꝫ
Ornatos: varios: de deitate simul.

Uale atq̄ꝫ iterum valete.

Registrũ cartharum

a
Prima vacat
Aurelij augustini
De operibus
bemus. ca.lxxiij.
De assumptione hũane nature
Quomodo dicat
b
Meditationes diui augustini
cum dauid sanctus
nam mihi lex oris
lem in consilijs terribilem
rexit ꝑpter iustificationem
c
tia aliqua possides:⁊
corpore propter peccatum
carnis auxius est ⁊
ꝑmiseras. Da queso
carnalis:⁊ de tabernaculis
d
dñe: per filium tuum
sion dormit neq; dormitat
Dñe confiteor:vt docuisti
deus meus: vita mea
ꝙ letissima ... diolanter
e
ad confitendum nomini
sideratissime : ad te clamo
corruptione : beatitudo
libus sempiterna:pro
qm̃ charitas foras
f
mendacij:sed aliquando
iam nolentibus subintraui t
Quod iusta damnatione
maria virgine sicut filius
Non sicut per vnũ peccatẽ
g
h De nunc dicam quod
ditionis non sunt discreti
spondeat. Uidet eni si
igitur etiam ipsa hoīs
nire. Capi.cxvj.
h
vinam. Hoc audito quasi
huius vite defectus
comprobatur. Qui dum
rum greges dilacerant
nescio vtrum temere
i
affluentia:⁊ quasi rei
ptus ⁊ ꝓfusus est vtero
De cuius ptãte si nullus
ciant: vt harum rerum
sui: commemorabuntur

k
nos si tanti patriarche
prehendere non valemꝰ
peccet homo: etiã postq̄
omnis bonus ante aduentũ
mi puritatem ꝯfitentem
l
impedit quid est quod
sunt:nisi quia dominus
opus erat vt tam pericu
patrum multa gloriosa
ream esse.i. nec corpꝰ
m
rum: vt diligam bonas
bi de donis tuis: sed
Predicta est tamẽ causa
officio charitatis qui
quid cuiq; membro
n
libri enodati:cũ deformiter
hi ꝑmittebant non boni
q; certiorẽ dares. Et
a quibus rudes abyssi
ignorabam vel quid
o
num irasceris nobis
sed nondum eẽ me qui
naciter colligebar ex
deus sola certa iocũditas
rus quid mali essem
p
stra: Ego silebam ⁊
Te enim mihi abscondere
Et quedam statim ꝑdeũt
tiens tristiciam metumue
recolo:tametsi
q
desiderium meum.
tor: Aut que tempora
enim dicimus simpla
sonuit. quod autem
informi: quam fecisti
r
te viuere:quia viuit
simus lux dum adhuc
modo. Et exaltatus ste
minaria: nec sydera
ꝯhentes ⁊ cõpaginares
s
dictum est: diliges primũ
poralibus q̄uis ab illo
tibus ⁊ ambiguitatibus
ca: vel ad exemplaria
herere lectorem : partem
t

rit omni sapiẽtia egyptiorꝫ
ꝙ sunt ossa. si autem
duo genera omniũ pctõꝝ
esset tempus. statim se
q; possunt existimare
u
Quod si ⁊ iam figurat
tur nõ intelligunt: ꝑpter
portune:argue:hortare
Dilectio sine simulatione
tur ius ad illecebras
x
cõceptionis atq; natiuitatꝭ
⁊ in ipsis celestibus
arsurus est:qui ⁊ ꝑmus
tinendã nunq; potest
Quẽ interficiet dominꝰ
y
telliget hec: Ergo pro
nes pauperes sunt
Ex libro retractationũ
tes cum populo simulacra
aut heresim aliquam
z
pulo agatur intelligunt
nientiam rediguntur
foueat:atq; aliquo
iam fraterne ꝯiugalia
bi consulunt:⁊ filij cum
⁊
ascendat. rerũ similitudine
lem contemperantiam
est me quando desperabam
Quo quedã intelligimꝰ
antur esse quod nõ sunt
ꝯ
remedio salutari: pertimesce
vnam animalem quam
corpa:corpora propter
um. Nec aliquid est
Capitulum.lx.
ꝝ
domat q; ei salutarium
esse faciat plures
huius seculi inimicus
quia carne caret: nec
genuisse:⁊ post partum
A
ire: quo non vult
ritatã. Hoc aũt quod ait
libidinis. Non occides
gloriaris. Attendis enim
tres. Duo enim loco
B
pturam hominis a tantis

⁊ sic audiunt quod dictum est
git vel in euangelio
uisibili hoste certamina

C

In hoc opera continentur
inter seipsos colũnas suas
nec predicari ⁊ coli
Nã quia mihi superius.
uio deluit: ꝙ noe iustũ

D

euangeliste de christo
nium hoc est humiliationem
texere narrationem
reus in corde suo
oris herodis filius

E

mulier que fluxum
non posset dicere non vult
defuncta est: sed veni
in vobis in hoc seculo
nonne tenebit ⁊ leuabit

F

qũod iste addidit illis
oliueti tunc iesus misit
git atq; dixisse.
commendatur cum dicit
tectum non descedant

G

autem potest quod ille
tẽtationem que inter has
bi domini. Deniq; con
vobis de duobus dimitti
hunc dimittis non eris

H

fit in prima sabbati
non tamen introiuit
ophas. Nãq; ⁊ cleo
surrexisse non crediderunt
q̃ hoc primitus factum

I

Retractatio beati augustini
hebat illa septem vitia
atq; illuminat. Non
bus terminatur. Aut
deorum cum sine filijs

K

se. Deum aũt se diligere
illos labores domi
deo ministrant in ecclesia
scendens ⁊ iudeis ⁊ gentibꝰ
gelis dei. Non vtiq;

L

Non ego. Ma. Non
⁊ vndecim: videmus
duo quem numerum

uererate consuetudo ⁊
barum primum esse

M

cere ipsa veritate
stit: Di. Nihil omnino
tium in tempore coegerunt
pyrrichio an proceleumatico
roris vinclum funestum

N

rithmus vt metrum
aut quatuor ⁊ octo
la nobilitas in lege
miscendos. Poete autem
esse: fatendum est.

O

bus preside: nisi quia
rogator eis dedit
nalem voluntatem: sed
n Os tamen meminerimꝰ
mora spretis pompis

P

ritum contribulatum
luptate animum trahunt

nisi eternum aliquid
n On eos appellarent
circuncisis datur. purgatis

Q

bat. i. in disciplina ⁊
li vt dimitteret eos
scriptura. Flumina
ne non tm̃ monumento
ne damnauit vt eternorũ


R

ius magni exempli
tas tanta vt nec temporis
esse fateremur nulla
Quia ergo vnaqueq; res
ipse quoq; dispensatorũ

S

bantur quo sciretur
vocis indignatione impmuit
si dominus nobis
predicatione laudabitur

Finis registri cartharum horum opusculorum.




Biblioteka Jagiellońska
stdr0008803




Augustinus
1491